qn tñ p q̄ opportunos aliqñ ſe nobis obtulerūt:obtuliſſent uero ſeſe adhuc magis niſi nobis ſingula rimātibus
codicis nimiū carioſa īduiſſet uetuſtas:& ſi ī oēs libros cōparati habeant.q uix tertii libri ſecūdā attigeī.ſaty.
Inuigilauim⁹ uero ipſi ſi mō id cōſeq poſſim⁹:ut oīs huius poetæ pateret eruditio.ꝓbi īterp̄tamēta eiuſmodi
ea fuerūt quæ ſane p exigua ſūt:ne ī minima qdē pte ſubtraximus:aut immutauimus.Cæteꝶ q̄ nā pitia no
ſtra:& quonā demum iudicio aliena tradiderimus docti & pariter acuti uiri iudicarint.quo quomodocunq;
ſint talia eſſe puto ut nec nos nec alios noſtræ pœniteat pigeatq; induſtriæ.ſed de Iuuenale ipſo iā a principio
ꝓbi uerbis:deinde paucis q̄ ſentiā ipſe ſubnectens dicere aggredior.Iunius Iuuena.libertini locupletis incertuꝫ
filius an alūnus ad mediā fere ætatem declamauit aī magis cā q̄ qd ſcholæ ſe aut foro ꝑpararet:& deinde pau
corum uerſuū ſatyra nō abſurde cōpoſita in paridē pātomimū poetāq; ſemeſtribus militiolis emitante genus
ſcripturæ induſtriæ exco'uit:& tñ bene diu ne modico qdē auditorio q̄cquā cōmittere auſus:mox magna fre
quentia tantoq; ſucceſſu bis aut ter auditus ut ea quoq; quæ prima feceratinfert nouis ſcriptis.Quod nō dāt
proceres dabit hiſtrio.tu camerinos & bareas:tu nobilium magna atria curas.Præfectos pelopea facit philo-
mela tribunos.erat tunc in delitiis utilæ hiſtrio multiq; fautorum eius quottidie promouebantur:ut nit ergo
Iuuenalis in ſuſpitionē:quaſi tpa figura notaſſet:ac ſtatim p honorē militiæ q̄q̄ octogenarius urbe ſummot⁹
eſt miſſuſq; ad ꝑfecturam cohortis in extremā ægypti ptē tēdentis id ſupplicii genus placuit:ut leui atq; iocu
lari delicto par eēt.Veꝶ intra breuiſſimum tēpus angore ac tædio piit.At ut aliis placet hic paris hiſtrio ne
rōis gratiſſimū primū:qd principis luxū intendere ſolitus eēt.poſt ſunt q tradant ab eo occiſum quaſi grauem
aduerſarium:ut hiſtrionica uideret excellere.Domitianus quoq; adeo huic hiſtriōi infeſtus fuit ut diſcipulum
eius puberē adhuc:uelut Tranqllus inquit:& ut maxīe ægro q̄ qd arte formaq; nō abſimilis magiſtro uideba
tur:occidit.ſine Hora.ſcribit pridē pantomimū a domitia neronis filia decem q̄ ei ſeſtertia pro libertate de
derat repetiiſſe p iudicē:nec fuiſſe q̄ſitū an domitia ſciens liberū accipiſſet.uñ dep̄hēdit nō amplius a nerōe
delictum.Iuuenalis uero poſt domitiani īperatoris mortē uixit:ut ī quarta huius libri ſatyra multis rōibus cō
uincet.Vixit ergo neruæ Traianiq; tpibus.Qui potuit igit aut pp paridē quē pſtrixerit domitiāo iuſſus eē.
aut ab eo ī exiliū mitti:ut ſummotus ab urbe pierit: uelut ꝓbus:ut iā diximus putauit:Aquinatem fuiſſe cō
iectare poſſumus:qd ī tertia huius libri ſatyra Vmbritiū ita ſit allocutus.Ergo uale nr̄i memor & quotiens
te Roma tuo refici ꝓperantē reddet agno:Me quoq; ad eluinā cererē noſtramq; dianam Conuelle a cumis
Martiali & conſuetudine & amicitia cōiunctū fuiſſe cū ex aliquot apud Mar.ipſum epigrāmatis cōſtat:tū ex
illo.Cum Iuuenale meo que tu cōmittere tentas:Quid nō audebis pfida lingua loq:Te fingēte nefas pyladē
odiſſet oreſtes.Theſea perithoi delituiſſet amor:Tu ſiculos frēs & maius nomē atridas:Et ledæ poteras dis
ſociare genus.Hoc tibi pro meritis & talibus impcor auſis.Vt facias illud qd puto lingua facis.Hæc de au
ctoris gñe.Porro qd ſit:ac unde ſatyra dicat paucis cōcludemus:qñ id uberrime a nobis ubi de arte poetica
ſicut de cæteris quoq; liberalibus diſciplinis locuti ſumus ut locus exigebat expoſitum puto.Satyra ut Feſt.i
quit cibi genus fuit ex uariis rebus conditum:& lex multis aliis confecta legibus,& genus carminis ubi de
multis reb⁹ diſputat.Carmen ſane maledicū fuit:& ad carpēda hoīuꝫ uitia inuentū q̄les archææ fuerūt eupo
lis cratini ariſtophanie,& aliorū ueteꝶ græcoꝶ comœdiæ: quos apud latinos primus Liuius andronicus ſecu
tus fert:ut Valerius Maxi.Paulatim deniq; ludicra ars ad ſatyraꝶ modos pexit quibus omniū primus poe
ta Liuius ad fabularū argumēta ſpectātiū oculos & aīos tranſtulit.eū ſecuti Pacuuis & Ennius.Id olim carm̄
dictū ſatyra:qd ex uariis cōſtabat poematis.Hos ſecutus lucillius alio quodā ſuo uſus rep̄hēdēdi ritu quē ſūt
imitati Hora.perſius Turnus & ſi q alii fuerūt & hic nr̄.Satyrā aut dictam aiūt a ſatyris nemorū numinib⁹
immo eqdē ruſticis a quibus duxit originē ueluti ī libro quē de expetendis fugiendiſque rebus ſcripſimus eui
dentiſſimis rationibus oſtēdimus:qd ſimiliter in hoc carmine ridiculæ res putādæque referantur:quæ uelut
a ſatyris ꝓferūtur:uelut Macrobius σαθη quod genitale membrum ſignificat:ut qdā alii a ſatyra lance q̄
referta uariis multiſq; primitiis ī ſacris diis inferebat.Alii aūt putant dcā a lege quæ uno rogatu multa ſimul
comprobat:quod & in eiuſmodi carmine multa ſimul poemata cōprehendantur.De ſatyra hactenus.

A

B

B

FINIS

ÆTERNI DEI GLORIÆ.

¶ Argumentum satyræ primæ. Prima docet Satyra causas: formamq; libelli.

¶ ANTONII Mancinelli. Domitii Calderini Veronensis. Georgii Merulæ Alexandrini. Necnon Georgii Vallæ Placentini. In Satyras Iuuenalis Commentarii.

INDIGNATVS Poeta q diutius auditor esset q spadones uxorem ducerent. Mulieres in theatro feras occiderēt. Delatoresq; nobilissimũ quẽq; opprimerēt. Adulteri hæredes fie/rent. Pupilli circũuenirent. Damnati repetũdarũ inani quodã iudicio pudorẽ omnẽ exuerẽt Mariti ipsi lenones mœchorũ bona acciperẽt: ptorianæ cohorti infames ẽt præponerent. Testamẽtorũ signatores falsi ditescerẽt. Matronæ uiris suis uenena pararent. Sceleratissimi dona plurima cõsequerent. Soceri nurus corrũperent. Nuberẽt uiris pueri. Vitiorum copia uberior eẽt. Auaritia maxima. Alea frequẽs. Villarũ impẽsæ plurimæ. Gula uorax. ptoresq; & tribuni eti/am sportulã peterẽt paupibus cõstitutã. Libertini di/uitiis affluerẽt: & īde supbia clientes iã lassi qdẽ diui/tes comitãdo nulli cœnæ adhiberent. Illi uero mẽsæ totos ẽt apros apponerẽt. Vitia oĩa ulterius ire mini/me possent. Difficile sibi eẽ nõ scribere satyrã iqt. At quoniã uiuos carpẽdi libertas illa pristina mĩme ade/rat. Quid in mortuos cõcedat expiri uelle cõcludit. | ANTO. MAN. Argumẽ/tũ satyræ primæ.

¶ DECII IVNII IVVENALIS AQVINATIS SATYRA PRIMA.

SEMPER EGO auditor tantum: nunquam ne reponã. Vexatus totiẽs rauci theseide codri.

SEMper ego: latini qdẽ poetæ ubi tractanda ppo/suere: inuocare: deinde postremo narrare solẽt. Saty/rici uero nec inuocãt: nec breuiter quicquam primi/tus dicendum proponunt: sed ex abrupto cum indi/gnatione incipiẽtes: de qbus locuturi sunt lõgiori pro cessu pponũt. Itaq; cũ indignatiõe Iuuenalis erũpit. se ipsum incusans: q totiẽs recitãtes poetas audierit: nec scripserit unq. Vnde iferius ait. Si natura negat: facit indi/gnatio uersum. Eius aũt ppositio illic extat. Quicquid agũt hoĩes uotũ: timor ira uoluptas. Gaudia discursus: no/stri ẽ farrago libelli. SEMper ego auditor tm. Aposiopisis figura ẽ: quam Cicero reticẽtiam. Celsus obticentiã: nõnulli īterruptionẽ appellãt: ut Fabius li. ix. ait. Est enĩ hoc Iuuenalis quasi intercœptũ silentiũ: ut Terentii il/lud. Si sensero. Et poetæ. Quos ego: deest enĩ puniam: uel qd simile. Id aũt fit: cum qs irascit aut pturbat. SEM/per ego: supple ero. Dicendo autem ego maiores affectus õndit: ẽ enim Emphasis in pronomine. i. significatio uel demonstratio: Nunquam ne reponam: pro scribam: scribendo enim reponimus rem: de qua agitur. Vnde si talia non scripsisset: haud reposita nobis essent: & reseruata: hinc & Naso ad Suillum lib. iiii. de ponto aiunt. Scri/pta ferunt annos: scriptis Agamẽnona nostris. Et quisquis cõtra uel simul arma tulit. NVNquam ne: plus est nunquam q non: ut Donatus in ecyra scribit. RAVci: assidua quidem recitatione. COdri: is profecto ille est: de quo tertia satyra inquit. Lectus erat Codro procula minor. Vrceoli sex. Ornamentum abaci. THEseide fa bula de Theseo celebrata: fuit autem Theseus Aetræ pitthei filiæ ac Neptumni seu Aegei filius Herculeæ uir/tutis imitator: ad ea enim certamina adiecit animum: quæ laudem & gloriam essent allatura: hic substulit chori netum externorum interfectorem. Item Schinona arboribus homines lanientem. Aprum siluestrem: qui pluri mos interimebat. Deleuit Scyrõe: qui calce scopulo homines in mari deiiciebat. Item cercyonem a se uictos pe/rimentem. Inde procustem: qui uiatores in lecto lacerabat longiores aut breuiores. Occidit & minotaurum: He lenam decẽnem perithoi consilio lacedæmone cœpit: Athenasq; ubi regnabat aduexit. Inde ad rapiendam Pro serpinam cum Perithoo ad iferos descendit: sed uterq; ibi captus ẽ. Hercules uero Theseum liberauit. Mortuo deinde Hyppolito filio pulsus patria periit. Athenienses pœnitentia ducti: Thesei ossibus athenas allatis: eum p deo coluerunt: hæc & plura Diodorus lib. v. | Poetarũ principia | Aposio/pisis | Emphasis | Repono nunq non | Theseus | Chorine/tus | Schinon | Scyros | Cercyo | procustes

ERGO NE SEMper auditor: scilicet alienorum carminum: de qua molestia & temporis iactantia conqueritur Mar. Tum alibi: tum eo loco: Auditur toto sæpe poeta die. Hora. Hic sponsum uo ca t: hic auditum scripta relictis omnibus officiis. NVNq ne reponam: nonne aliquando scri/bendo resartiam hoc tempus: quod in aliis audiendis consumpsi. Ita enim poetæ reponere dicũ/tur apud Hora. ut antea est dictum. ERGO iile: hoc est alius recitauerit mihi togatas comœ/dias quas scripsit. IMpune: passim cum uoluit: repete. & ego non reponam? Nam ut ante est di ctum impune legere & impune recitare dicebantur poetæ: cum passim id agerent. HIC elegos: repete. Recita uerit & ego non reponam: deniq; repete. Et ego non reponam usq; ad nota magis: ut per indignationem legas. | DOMI.

SCRiptus in ter. ex usu antiquorum hoc ait qui in pugillaribus membranis scribebant: ita ut scripta possent de leri tanq ex tabulis. Pugillares membrani apud Mar. hoc distichõ habent. Esse puta cæras: licet hæc membrana uocetur. Delebit quotiens scripta nouare uoles. Qui interiore pagina non contenti: in tergo scribebant: dam/nabantur tanq loquaces & mimi. Marti. scribit in aduersa picens epigrammata charta. Et dolet aduerso quod facit illa deo. NOta magis: dũ hæc uerba parũ recte accipiunt a nõ nullis: totius pene satyræ sensus deprauat⁹ est. Nã ita accipiũt qsi Iuuena. dicat se operã dedisse his fabulis cognoscẽdis. Inde illa delirameta astruunt: q. s. fa teatur ætatẽ cõsũpsisse in fabulis & inani disciplina. Ego uero hæc uerba accipio iferẽda ad multitudinẽ recitãti um: quos audierat de his fabulis q subsequũtur: ut dicat. Nulli magis domus nota ẽ sua q luc⁹ Martis mihi: & pin de sit ac si diceret. Nulli sæpius aut a plurib⁹ poetis hæ fabulæ recitatæ fuerũt q mihi. RAuci codri: eiusdẽ nois

poeta apud Mar. Illic tñ sp legi Codrũ, in antiqs codicibus. Hic paup fuit qđ idicat alibi Iuue. & Mar. Plus credit nemo q̃ tota Codrus in urbe. Cum sit tam paup: qũo cæcus amat: Eundẽ appellat Alpha penulatorũ. Quod cõposuerit historiam de Theseo: nusq̃ extat testimoniũ nisi deprauato uersu Mar. ubi ait Marsũ scripsisse amazonidem. Nam nõnulli illi supponunt codrũ: q; amazonidẽ scripserit. i. tumultũ amazonũ cũ Theseo. Theseus monumẽtis Plutarchi & Diodori satis notus est. Vnum illud addã ex Pausania scriptore græco pstãtissimo: Corynetum: q. pprio noĩe Periphitus: uel ut ille scribit: Periphanes dicebatur: a Theseo interfectum: Vulcani filium fuisse: quod fortasse ambigebat: ubi Oui. eum uulcaniam prolem appellauit. Home. quoq; theseida scripsit, ut Plutarchus tradit. RAVci: rettulit ad assiduam recitationem.

MERV. Semper ego auditor: causas hic primum reddit: cur relicta frequenti poetaꝝ materia satyras potissimũ sit agressus. Quod. s. per uersus uicia scribendæ satyræ amplissimus cãpus det. Immo Hercule qlibet iners & dur⁹ a scribẽdo tẽperare uix posset: quũ ubiq; crimine famosus & notatione dign⁹ occurrat. Sed quãq̃ prisca illa absit libertas crimina & scelera uiuẽtiũ simpliciter de scribẽdi: tñ igenii sui uires in eos expieť: q iãpridẽ mortui sũt: SEmper ego auditor: idignãtis uerba: utpote semp audiẽtis: & nũq̃ scripturi. Quo pricipio fere satyrici usi sũt. Hora. Quid

Repono sit mœcenas. Persius. O curas hominũ. REponã uel scribã uel reddã. Nã & in reddẽdi significatiõe reponere legiť. Plautus in psa. Des mihi nũmos sexcẽtos quos p capite illius pẽdã: quos cõtinuo tibi reponam ĩ hoc triduo aut qđriduo. Hora. in epistolis. Inspice si possũ donata reponere lectus. Et auctore Seneca ad Luciliũ: prisci signare dixerũt id reponi: qđ creditori debemus. Ergo uelut debitor: qđ audiuerit creditori reponet si recitãdũ qppiam scripserit nec ignoro alias eẽ hui⁹ uerbi significatões. q in ope suis locis apienť. VExatus: crebra recitatiõe & lõga. Nã ut iunior scripsit Plyni⁹. Annis qdẽ illis forte tpibus magnũ puetum poetaꝝ attulerat: adeo ut toto mẽse aprili nullus fere dies quo nõ recitaret aliqs. THeseide: fabula de Theseo celebratissima forma ẽ patro-

Codrus nymica: ut ab æneа æneis. COdri: aut poetæ de quo ifra: Lectus erat codro procula minor. Vel allusit ad illud Virgilii. Rũpantur ut ilia codro. RAuci: male sonãtis: uel assidua recitatione rauci.

VAL. Semper ego auditor tantũ nunquã ne reponã. Ab idignatiõe multi hũc orsum fuisse existimant sicut Persius cœpit. O curas hoĩum. o quãtũ ẽ in rebus inane: & Hora: Quid sit mœcenas ut nemo quã sibi sorte. Seu rõ dederit seu sors obiecerit ulla Cõtẽtus uiuat. Ego in se dictũ potius: ab hoc poeta existimauerim: q; tãdẽ sibi aliqd edẽdũ esse cogitarit: postea quã multos annos aliis operã dederat. Sed cur potissimũ ad scribẽdas satyras aĩum iduxerit: paulopost oñdeť. SEmper: qa ultra fere mediã ætatẽ declamãdo & recitãtes poetas audiẽdo ætatẽ cõsũpserat. EGO: κατ᾽ ἐξοχὴν ut ille egõ q quondam gracili modulatus auena Carmẽ: aut annotata differẽtia itulit: perĩde ac si dixisset: nihil scribẽs alios sp audiã. sua mihi poemata recitãtes: cũ docti & idocti passim oẽs aliqd scribãt. Nã aliud multo post ifert. Cũ tot Vatibus occurras. Alioquin. n. ego ad uerbi primã psonã: sicut tu ad secũdã supflue adiũgiť: cũ sine eis certæ sint psonæ. At ĩ tertiis uerboꝝ psonis recte nomẽ uel pnomẽ tertiæ psone sp accõmodať: ut ea cõfusio: q̃ in eis ẽ euiteť. AVditor tm̃: nũquã scriptor: nunquã meoꝝ: sicut cæteri recitator opeꝝ. Sane audio ἀπὸ τῆς αὐδῆς. i. a uoce: cuius pprium est ut audiať habet iclinatõem. NVNquã ne: cũ in ætate qdẽ media sim: aut iã grãdis natu: ut ipse ĩ hoc. Nr̃a bibat ueꝝ cõtracta cuticula solẽ: nũq̃ ne ego: cũ etas iã mihi sit grãdis. REponã: scribã recitabo: referã uicẽ reddã his q mihi male recitarũt. Pono qdẽ scribo plerũq; significat: ut apud psiũ. Ecce mõ heroas sensus afferre uidemus. Nugari solitos græce nec ponere lucũ. Ponere: sculpere & pingere. Hora. Solers nũc hoĩem ponere nunc deũ. Nã d sculptore & pictore loqť. Repono ãt reuoco repio siue cohibeo Sta. Quotiẽs iã torta reponã Fulmina quã rarus terris hic iperet ignis. Repono reddo. Hora. Inspice si possũ donata reponere lætus. Plau. ĩ psa. Des mihi nũmos sexcẽtos quos p capite illius pẽdã: quos cõtinuo tibi reponã in hoc triduo: aut q̃triduo. Repono: depono. Martia. Vllus si pudor ẽ repone cœnã. Repono reduco & reficio. Virg. in. ii. geor. Et quãtũ lõgis carpent armẽta dieb⁹. Exigua tãtũ gelidus ros nocte reponet. Repono supaggero. Idem in tertio eiusdẽ. Atq; nõ massica bacchi Munera nõ illis epulæ nocuere repostæ. Repono scribo. Hora. Scriptor honoratũ si forte reponis achillem: ita & hic exponẽdum. VExatus totiẽs: iteratã audiẽdo recitationẽ: q̃si ad idẽ freqũter uet⁹. RAuci: uicio si aut obscuri aut assidua recitatõe rauci. THeseide: fabula ut tragœdia đ theseo: uel ut æneis đ ænea: de Thebis thebais & ilias đ ilio noiať & dissoluta & diphthõgo theseide: q p synæresim ĩ masculiõ coit. & theseides uocali ante uocalẽ lõgã quod uerso ε in η agræcis a latinis in e uertať longũ: ita ab Ouidio: elegeia solue capillos dictum.

COdri sui tẽporis poetæ aut certe illud tangit: qđ codrus a Deucaliõe: ut Helanicus scribit historicus hoc mõ ducit ortũ: ex Deucalione & Pyrrha: ut aũt qdã putant: Ione & Pyrrha hellen: hellenis autẽ & othreidos: xutus æolus: dorus: xenopatra: æoli aũt & iphidis filiæ penei salmoneus: salmonei & alcidoces tyro: cuius & Neptũni filius peleus pelei & choridis periclymenus periclymeni & pisidices borus bori & lysidicos penthilus penthili & ancirobes. andropõpus andropompi & henioches filiæ harmenii q filius fuit zeuzippi & zeuzippus cumel & cumelus admeti: melanthus filius fuit: huic Heraclidis ex melene athenas magistratibus natus ẽ filius codrus. aliquanto post cum oborta esset lis iter bohœtos & athenienses. ut qdam ferunt de œnone & panacto. Alii ob aliam causam & bohœti peterent. ut reges inter se de imperio utriusq; populi decertarent soli. Xanthius quidẽ bohœtorum rex fœdus nõ detractat: sed tymoetes atheniẽsium rex id recusat certamẽ. Aitq; se iperium cessurum ei. q id certamẽ uelit subire: melanthus itaq; discrimen subit: ut ipse ac qui ab ipso descenderint: atheniensibus imperet. armatus itaq; procedit & ppe xanthium stetit inquiens. facis o xanthi iniuriam cum non solus ut pollicitus es processeris. xanthius id audiens se auertit spectabundus: an quisquã se cõmitaretur. quem aduersum occidit: & perĩde atticæ rex melanthius declaratus est. Cum igitur athenienses regionem obtinuissent uisum ẽ ipsis festum celebrare ob perpetuam eius rei memoriã. quod pridem aptenariam. postea apaturiam uocitarũt

ab apate.i.fallacia inuenta:melanthi aūt filius codrus atheniēsium mortuo patre adiuit īperium:q̄ ppter patria se morti oblectauit hoc modo:forte fortuna iter doriēses & athenienses bellum trahebat̄:cum apollo consulentibus ipsum doriēsibus respondit forte:ut athenas caperent si codrum regem nō occiderēt:id cognoscens codrus humilem & abiectum iduit habitum securim & falcē sibi capiens:& ad hostium uallū processit.Cūq̧ ex hostib⁹ ei duo occurrissent:unum qdem uerberauit:ac sauciauit:ab altero autē īcognitus cæsus occubuit:unde illud codrus pro patria nō timidus mori:& proīde medonti filio maiori natu regnum stabiliuit:nam iunior filius neleus ioniam dodecapolim adeptus est:huic apud atheniēses in prouerbiū uenit codridarꝝ genus:ut cum nobilissimum quēpiam uellent dicere codro nobiliorē esse prædicarent:qua consuetudine potest hic Iuuena.uideri locutus.q̄ duo lautiores essent romæ:eo ineptiores scriberent uersus:qđ etiam Persius ostēdit elegidia ipsorum diminutiuo usus per cōtēptum uocans:cū iquit.Elegidia crudi.Dictarunt pceres & lectis qcqd scribit̄ in citreis.& quoniā cauet ne sui tpis aliquem unum inquā noīe ꝑprio īfamet:sicut & ī sequētibus plærisq̧ locis uideri potest & plæriq̧ alii sicut Martia.idem sæpe faciunt hunc quem damnat codrum:interim appellauit:& huic poetæ frequens mos est nominum similitudine uti:quod acutius intuenti.cuius erit manifestum.sunt tamen etiam qui legant cordi non codri.

Impune ergo mihi recitauerit ille togatas.
Hic elegos impune diem cōsūpserit ingens

¶IMPVne:frustra & sine effectu aliquo.ut nihil p cepisse uidear:uel i pune.i.passim & continue.Si enim ego scribendi cura non detinebor alios passim & continue auditum iuero.Impune uero significare frustra & sine effectu in ecyra patet.Vbi laches inquit. Nam illum uiuum & saluum uellē:postea respōdet phidippus.Impune optare istuc licet:ille reuiuiscet iam nunquam & tamen utrum mauis scio.Potest aūt hic etiā passim & cōtinue exponi cum dicat ille reuiuisces iā nūquā itaq̧ hoc uno Terētii & Iuue.loco:& utrūq̧ īpune significat:frustra uidelicet & passim. ERgo si nunquā reponam. ANTO. MAN.

TOGAtas: togatæ fabulæ dicunt̄:q̄ scriptæ sūt secūdū ritus & habitus hoīum togatorum.i.romanoꝝ. TOga nāq̧ romana ē:sicut græcas fabulas ab habitu æque palliatas. Varro ait noīari:plura etiā Diomedes. ELEgos elegum metrū binis uersibus cōstat hexametro heroico subiūcto qnario ut idem quoq̧ edocuit λέγω & ἐλεέω miseror dicit.ἔλεγος:luctus dicitur ἐλεγεῖος:uersus ad mœsticiam:solent enim Elegis uersibus miserabiles hoīum erumnæ:amorumq̧ labores describi.Quod autem elegia penultima longa dicendum sit aut elegia nostrum carmen de floribus te docebit si legeris. DIEM cōsumpserit.similiter Martia.lib.x.ad potitum: Auditur toto sæpe poeta die. Togatæ Fabulæ Elegia

¶TOGAtas comœdias:in qbus insignē laudem assecutus est Aphraneus maiore laude futurus nisi ī his amores in pueros esset fassus.Prætextæ itē comœdiæ attellanitæ tabernariæ dicebant̄ & rynthonicæ a rhyntōe acto re quo ꝑ loquaci utit̄ Columella & Varro his uerbis.Quis contra nunc rhynon nō dicit sua nihil interesse:utrꝝ his piscibus stagnum habeat plenum:an ranis.Fidētinus plagiarius præceptoris sui fraudem & prauitatem secutus cum hoc ascriptis meis acceptum ad suas nugas trāsferret:quas multa pecunia curauit imprimendas.ut hui⁹ interp̄tationis laudem nobis p̄riperet:furtum plane prodit p ignorantiam:nam Varronis uerba cum publice profiterer Iuuenalem non dictaui auditoribus:nec fidentinus cum nusquam mea legisset in suis nugis recitauit modeste qdem ut fortasse uideri uoluit.Ego uero imperite factum sentio & per ignorantiā.Quæ de repono & impune diximus multos.& fortasse mouebunt:qui ueteri quadam opinione imbuti sunt.sed unū illud petimus ut ne tam multorum consensum quā linguæ ingenuitatem accipiant:& antiquorum usum quis obsecro uos probare possit quod Tortelius:quod eum secuti tradiderunt. IMpune.i.sine effectu esset exponēdū. Quid continue habent hæc uerba Apuleum afferunt:non tam antiquorum usus imitatorem quā suorum uerborum opificem apud quem si de eo esset disceptatio.impune aliter intelligi facile demonstrari posset.sed Apuleum amittimus.Non enim quid ipse:sed quid Hora.& Iuue.dicant audiuimus. DOMI.

¶IMPVne sine ui & effectu.quale est illud Terētianum in ecyra.Impune istud optare tibi licet.Et erit sensus. Ergo nihil effecerit passim & quodāmodo sine ui recitantes:si nihil reposuero.Nam & īpune sine ui & passim significare quādoq̧ uidet̄ Hora.Optarem patulas īpune legētibus aures. TOgatas fabulæ secūdum ritus & habitus hominū nomīabant̄.Romanæ.n.togatæ dicebant̄:qa toga romana est.sic græcas fabulas ab habitu æq̧ palliatas Varro ait noīari.Sed Diome.diligens grāmaticus hoc notat.Quū togatæ sint generis nomē ꝑ tabernariis nō modo cōmunis error usurpat.q̄ Afranii togatas appellat.sed & poetæ:ut Horatius uel q p̄textas.uel qui docuere togatas.Seneca ad Lucillum.Inter comedias & tragœdias togatos nostro annumerat: utpote qui seueritatis aliquid habeant. Togatarꝝ genera quatuor esse aiunt.Sunt enim togatæ q̄ p̄textatæ dicunt̄ in qbus īperatoris negocia agebant.& publica & reges romani.uel duces īducuntur personarum dignitate.& sublimitate tragœdiis similes.Prætextatæ autem dicunt̄.quia fere regum.uel magistratuum in eiusmodi fabulis acta cōpræhēdunt̄.Secundum genus togatarum tabernariæ dicunt̄ humilitate personarum.& argumētorum similitudine comediis pares.in quibus nō magistratus.regesue sed humiles homies:& priuatæ domus inducunt̄.Quæ quod olim tabulis tegerent̄.cōiter tabernariæ uocabant̄.Tertiū genus Atellanæ.Quartum planipedes.de qbus in sequentibus dicemus.Ryntonicas eē alias comedias Donatus scri.quas iam ferme quinquēnium Euitachium secutus:dum obscuriores quasdam rei rusticæ uoces interpretarer a Ryntone nugatore uilissimo tarētino diximus appellari.Nam quū duplex eēt lectio.modo.n.Ryntō.mō mintō legebā.ex īgenio & uaria lectione aliquid aucupatus de rynthone silere nolui.quāquā postea apud pollucem & epheltionem Ryntonem quēdam legerim.non indoctum eius comediæ.quam Italicam uocauere.scriptorem fuisse. MERV. Togatæ fabulæ & palliatæ Prætextatæ Taberna riæ Atellanæ Rynton Ryntonicæ

¶IMPVNE ergo mihi.īpune incassum frustra.sic Hora.Optarem patulas īpune legentibus aures. & rursus VAL.

alibi.totue tuos patiar labores ĩpune tolli:carpere liuidas obliuiories. ILLE pro quocunq; posuit. TOgatas:latinas comoedias:nam paliatæ græce dicũtur.ut nos de arte poetica locuti poematum genera scribentes tradidimus. HIC elegos:uult uideri hic Iuue.omnia se poematum audisse genera:qa delirum ualde uidet:quod qdam putant Iuue.esse futuræ materiæ propositionem cum nusquam hos repræhendat:mitroq; stultum sit in principio ipso poetæ alios poetas capere:qua enim licentia id cócederetur ut se hic i̇ectet & alios incessas:quod qua in sulsum creditu tam a Iuue.mente est alienum:qui ad scribẽdas se satyras ipulsum dicit quo hominum carpat uitia.Nam si Aristophanes æschylum & euripedem carpit:& Pindarus bacchilidem & alii alios lacerant:nõ tamẽ in eo genere omnes incessunt.sed scriptionem illorum tangunt imperitam:quod ut arrogantiam effugiat nullus in ipso id facit principio. HIC elegos uersus impariter iunctos quos per diminutionem subsanando irridẽdo. Persius elegidia:ut diximus appellauit.Versus inquã hexametro pentametroq; constant heroico: cuius carminis quisnam fuerit inuentor grammatici certant & adhuc sub iudice lis est.ut inqt Hora.Funerale autem carmen fuit:ut Cicero de legibus lib.iii.Extrui autem inqt uetat sepulchrum altius q̃ q; quinq; diebus absoluerit nec e lapide excitari prius nec imponi:quam q; capiat laudem mortui incisam nec plus quatuor uersibus quos elegos appellat Ennius.Sumpsit autem hoc Cicero a duodecimo Platonis de legibus libro.Cur autem hoc sibi apud græcos nomen uendicauerint in arte poetica diximus. IMPVNE:ut nihil assecutus uidear ad scribendum commodius:& est tropus pallilogia.

Thelephus:aut summi plena iã margine libri:
Scriptus & in tergo:necdum finitus orestes

ANTO. MAN. Theleph⁹. ¶THElephus thelephi fabula: fuit autẽ is herculis filius ex Auge Alei archadum regis filio:q quidem ab matre iter uirgulta absconsus cõtinuo ut natus ẽ a pastoribus repertus fuit a cerua exhibito ubere nutriri. in mysia tandẽ magno in honore habitus:quod Diodo.lib.v.scri.Quum ãt emysia græcos arcerce uoluisset.ab achille pcussus est in foemore sinistro:cõsulto ex oraculo:intellexit nullo pacto sanari posse:ni rursus eodem in loco ab Achille uulneraretur.Vnde ut Plyni.scri.lib. xxxiiii.ca.xviii.rubigine Thelephum proditur sanasse Achilles:siue id ærea siue ferrea cuspide fecerit.Ita certe depingebatur ex ea decutiens gladio.Rubiginis autem uis est ligare siccare restringere. SVMmi idest magni. Rubigo Orestes ET i tergo:exteriori pte mẽbranæ:consueuere.n. utplurimum poemata aut oratione: in uoluminibus membranis scribere:quo scripta facilius delerentur:Orestis autem fabula cum ab interiori capi non potuisset:in tergo etiam scripta erat:& tamen nondum finita. OREstes.de oreste tragoedia:dictus ãt Orestes qa τοορ[illegible] mons dicitur:eius enim cadauer.ut Solinus de homine scribit:inuẽtum est cubitorum septẽ.Is præterea Agamẽnonis filius matrem Clytenestram occidit:& pyrrhum Achillis filium:de quo quidem permulta poetæ scribũt hic Maro dixit.Furiis agitatus orestes:hinc & Iuue.scriptus & in tergo.&c.

DOMI. ¶THElephus:poetas tragicos omnes sui tẽporis notat:qualis fuit Bassus.in quẽ Mar.Colchida qd' scribis: qd scribis amice Thyestem.Quid tibi cum Niobe basse uel andromade.Thelephum uero tragoediam ante scripserat actius:unde illi sunt uersus.Nam si a me regnum atq; opes fortuna eripere quiuit:& uirtutẽ non quiuit Thelephi historia ab Eustachio & Diodoro satis perscripta est.

MERV. Theleph⁹ Ex hercule & Auge ¶THElephus a Diodo.siculo traditur:ex Her.& Auge Aiei rege attici filia natus.hic misorum rex cũ a mysia græcos arceret ab Achille percussu in foemore consulto oraculo didicit:non aliter posse sanari nisi ab eo reperetur a quo uulnus accepisset ad Achillem igitur profectus:nouo genere medicinæ:& tunc primum excogitatæ hoc est rubigine siue ab ærea.siue a ferrea cuspide fuerit sanatus est.Ita enim auctore Plynio dependebatur ex ea gladium decutiẽs.Et lacerat hoc loco eum poetam.qui ĩcõmode tragoedias a thelepho:& Oreste in latinum uerterat respiciens ad ea quæ apud Aristophanem in comoedia leguntur quæ inscribitur βατρἀι: hoc est ranæ nam in ea fabula huiusmodi tragoediæ grauiter taxanť apud inferos. PLEna margine:sub foeminino genere ptulit quum alibi masculino Qui.in primo metamor.Longo margine terrarum porrexerat amphitrite. SCriptus & in tergo:magnitudinẽ fabulæ signat.q in tãtũ excreuisset:ut in uolumine nisi scripto tergo cõtineri nõ posset.Quod genus uoluminũ epistrographa prisci dixere.Pli.Iunior ad Macrum de magnitudie & multitudine uoluminum auunculi.Electorum quoq; cõmẽtarios centum sexaginta reliquit.epistographos:qui Opisto graphõ dem & minutissimis scriptos.Qua rõne multiplicatur hic numerus.Ergo opistographõ appellat Ply.quod hic in tergo scriptum.Fit autem ab ὀπίσθεν.i.retro γράφω scribo. NEC dum finitus orestes: fabulæ nomẽ masculino genere dixit:quum apud alios scriptores taliũ fabula℞ nomina foeminini generis habeantur. Terẽ. in eunucho suam de Oreste qui materiam uberem scenis præbuit.multa a poetis finguntur:quæ quod uulgatissima sunt silentio præterimus.

VAL. ¶INGENS thelephus:nõ poeta ingẽs sicut ipse putabat uelut quidam nec corpore ingens sicut alii.sed certe ingens de thelepho tragoedia.Thelephus auges & herculis filius a cerua nutritus:unde & nomen dicitur habuisse rex mysorum fuit:hic euntibus ad troiam excidendam græcis:armatis copiis occurrit incognitis: ac quid molirentur tanto apparatu ignarus conflixit:ubi ab Achille saucius:ac postea errore cognito græcorum sibi recõciliauit grãm & herbarum uirtute ab Achille quarum scientia quam a Chirone habuerat sanatus est: ut Claudianus.Sanus Achilleis remeauit thelephus herbis.Cuius pertulerat uires & sensit in uno Lethalem placidamque manum medicina per hostem.Contigit & pepulit quos fecerat ipse dolores.Sunt uero qui dicant ferri rubigine sanatum:ut Plynius huic fabulæ locus est concessus:q; eadem hasta percussus qua saucius fuerat sanus fieret. PLENA iam margine:extrema foliorum parte:margine foeminino genere enunciauit:cum & masculino efferri possit. SRCIPTVS & in tergo.retro. NEC dum finitus Orestes & de Orestre tragoedia: nota autem satis est de Oreste fabula.

ℭNOta magis nulli domus est sua. Ostēdit poeta doctos & indoctos īferiora describere. se ēt nosse ea cuncta. Cum sæpissime audierit attamen ad satyram indignatiōe potius trahi. LVcus Martis: hoc ē romuli ac remi ur bisq̃ historia: lucus enim martis non longe ab alba erat. In quo Rhea Numitoris filia clausa tanq̃ sacerdos ele cta: duos pueros incertum stupro: an ex marte cōceptos enixa est. Nomina pueris alteri romulo: alteri remo fue re: qui postea urbem romam condiderunt. De q̄bus oībus Iustinum lib. penul. legito. MARtis: martem fabu læ tradūt primū fabricatis armis armasse milites: pugnādiq̃ ac certandi morē induxisse ut scribit Diodo. li. vi. AEOLIIS in rupibus: αἴολος apud nos uarius ac dolosus interpretat̄: fuit aūt æolus hippotæ ex menalippæ filius. Cuius filia Arne metaponti duos filios peperit. Aeolum ac Boetum. Aeolus postea ad insulas tyrrheni maris appulit: quæ ab eo æolides sunt appellatæ: urbemq̃ condidit: quam liparam uocauit: hæc ex Diodori lib. v. excerpta. Solinus uero ait: lipparæ nomen dedit rex liparus: qui eam ante æolum rexit: at Plinius scri. dictam a liparo rege qui successit æolo: nam antea longinis uocitata est. Aeoliæ autem insulæ seu liparæ septem sunt: e quibus maxima liparis siciliæ proxima iacens: post termessa est: hiera sacra Vulcano ē colle in eo nocturnas euomēte flāmas: saxosa tota & ignita ē: trifariāq̃ quasi ternis ex crateribus efflat. In strongile regnauit æolus: quæ etiā ignibus scatebat: flāmarum quidē ui minor. Lumine uero maior: cuius fumo quinam flaturi essent uenti in triduū prædicere incolæ traduntur. Vnde æolo uentos paruisse existimat̄. Cæteræ sunt dindyme. i. gemella uocata. Erycula phenycusa: ab arbustis dicta. Septima & nouissima eadēq̃ minima euonyma dicta. i. sinistra: quoniā e lipara in siciliā nauigātibus sinistra maxie offert̄. Strabo. Pli. & Diodo. qui dicūt etiam sitas eē inter Italiā: siciliāq̃ recto cursu distrareq̃ ab sicilia centū q̄nq̄ginta stadiis. ANtrū uulcani: ætna siciliæ mōs littori catanēsi iminens: & tyrrheno pelago: atq̃ liparitanis insulis: quæ etiam æoliæ dictæ: per nocte m quidem lucet: e cacumine. Interdum aūt fumo & caligine obsidet̄. Insula tota cauernosa sub terra ē: fluuiis & igne plenissima: ut lib. vi. Strabo docet. Diodo. quoq̃ lib. vi. scri. ꝙ asserunt nonnulli meatus eē subterraneos ab ætna ad æolias: & eis oībus eandē ignē spirandi cām eē. Nos uero supius ostēdimus hieram Vulcano sacrā. itaq̃ uulcani antrū illud tutum intelligas. Aetnam scilicet meatusq̃ illos subterraneos. Ac hieram: quæ proprie uulcano sacra erat. VVlcani. uulcanus: ut Diodo. in prin. scri. fuit ignis inuentor apud ægiptios ubi primus regnauit: de igni tamen plura diximus lib. i. g. sibi mellaq̃ decuisset foliis: ignemq̃ remouit. Dicitur autē uulcanus: ut aiunt q̃ si uolicanus: ꝙ per aerem uolet: ignis enim e nubibus nascitur. Vulcani item ferri æris: auri argenti omniumq̃ quæ igne fabricant̄: artem inuenisse ferunt: eāq̃ cæteros docuisse. Quapropter harum rerum opifices essent uota sacraq̃ huic deo maxime facientes: ignem in æternam memoriam suscepti beneficii Vulcanum uocāt auctor est Diodo. lib. vi. QVid agant uenti: ī æolis & ætna. Strabo enī libro. vi. ubi de hiera meminit sic ait. Et lōga uero obseruatione creditum est flammas ipsas flatibus concitari: tum in æoliis: tum in ætna quibus cessantibus cessant & flammæ. Si spiraturus est auster: nebulosam circum insulam effundi caliginem dicunt adeo ut lōge sicilia cerni nequeat: flante uero borea puras flāmas altius extolli: ac maiores emitti strepitus: zephyrum autē medium quendam tenere ordinem.

> Nota magis nulli domus est sua: q̃ mihi luc⁹
> Martis: & æoliis uicinum rupibus antrum
> Vulcani quid agāt uēti: q̄s torq̄at umbras

Margin: ANTO. MAN. — Lucus Martis — Mars — Aeolus — Aeoliæ Insulæ — Lipara — Lipareæ — Hiæra — Vulcanus

ℭLVCVS martis hoc est historia de origine urbis nam in luco martis ad albam: ut trogus & Diony. Halicarnaseus scribūnt. Rhea Ilia peperit Romulum & remum conditores. Lucus item martis Athenis areopagus dict̄ Lucus præterea martis in ponto ubi erat uellus aureū: qd̄ scri. Diodo. sed Fidētinus cum hoc ex scriptis nostris accipiat negat lucum martis dici in ponto: ignorans nullum eē templum sine luco. & uersum Mar. Custodē scythici fuisse luci. i. luci pontici ad ædem martis

Margin: DOMI.

ℭLVCVS martis: apud Iusti. atq̃ Plutar. legimus locū in quo Mars iliam uestalem uirginem compressit. Lucū martis a posteris appellatū fuisse. ANtrū uulcani in septē insulis: q̃ sunt citra siciliā: ex aduerso metauri amnis officinā uulcani fuisse poetæ tradiderunt: & p̄cipue in lipara ubi ioui fulmina fabricabant̄ tres ciclopes quæ insulæ Ephestiades a græcis: a nostris Vulcaniæ & æoliæ: ꝙ æolus iliacis tēporibus illic regnauit. QVid agāt uenti: q̄bus īperitasse æolū scri. Home. Quos in utre clausos ulyxi tradidit: ut ex uoto nauigare posset.

Margin: MERV. — Ephestiades — Vulcaniæ

ℭNOTA magis ulli domus est q̃ mihi lucus martis: lucus alicui sacer deo a ueteribus ē appellatus per antiphrasim: ut etiā Hieronymus scri. cum minime luceat. LVcus martis: ualde alienum eē arbitror: ut hic areopagus exponatur licet omniū bonarum domicilium fuisse dicatur. Valerius lib. v. de ingratis œdipodis. Ossa cæde patris nuptiis & matris contaminata inter ipsum areopagum diuini atq̃ certaminis humani uenerabile domicilium excelsis præsidii mineruæ arcem honore decoratos. Nam areopagus uilla non lucus martis nominatur. Longe etiam petitum mihi illud uidetur ut lucus martis asyllus intelligatur: quē Romulus martis filius constituit: ut sit inde sensus romanoꝝ mihi primordia nota notæq̃ historiæ ut romanus populus ab īfami nomen deducit asyllo: sicut post ipse dicit. Nam & asyllus lucus dictus est. ut Asconius pædianus scri. inquiens. Totus populus Romanus a principio tres fuerunt tribus tatiensis una a Tatia rege: ramnes altera a Romulo luceres altera a Lucomone siue a luco quē lucū asyllū uocauerat Romulus: post de nominibus sabinorum plures feci: ne aliis quidē astipulatus fuerim ut lucum credam hic eum intelligi: qui ut probus inquit apud colobum fuit: ubi æolus erat ex auro quem sustinuerat Romulus martis filius & ubi insigne apollinis oraculum fuisse perhibetur. Vtrum ego lucum martis in quo peperit ilia remum & romulum æoliis uicinum insulis: an certe uelut etiam Probus interpretatur: an lucum martis dicit qui Romæ fuit in apia ibi solerent multi dicere: ut itē Probus putat de quo M. Varro inquit secundæ regionis exquiliæ. Alii has scripserunt ab excubiis regis dictas. Alii ab eo ꝙ excultæ a rege tullo eēnt huic origini magis concinunt loca uicina: quod ibi lacus dicitur facultatis & larnū querquetu

Margin: VAL.

sanum sacellum.& lucus martis & iunonis lucinæ:ex hoc enim luco lucina dicta est:nisi sit q̄ puerperiis præbet lucem.Ouidius in secundo fastorum.Gratiæ lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus.Aut q̄ principium tu dea lucis habes.Nam hic auditorium fuisse multis frequens scholasticis potuit. ET æoliis uicinum rupibus antrū uulcani.Poetæ enim rupes siluas & deuia petebant ad scribendum loca. AEoliis uicinum rupibus antrum uulcani. Virgilius.Insula sicanium iuxta latus æoliamq̄ erigitur liparem fumantibus ardua saxis inde subnectit. Vulcani domus est & uulcania nomine tellus. Vulcani secundam litteram o ueteres faciunt ita ut Donatus etiam refert ubicunq̄ u æolicum erat digamma:unde & coruos & seruos in singulari nominatiuo dixisse plautum legimus. Plane sūt ī iunctim accipiat uulcani qd agant uēti:ut sit uulcani ꝑ uulcanii:sicut Antoni gladios potuit contemnere:alibi dixit pro Antonii:& sit uulcani uenti.i.folles quibus utuntur brontes steropes & nudus membra pyracmon:qui uulcani ministri dicebantur.Sunt uero qui uulcani antrum dicant:legantq̄ separatim quid agant uenti. ET æoliis uicinum rupibus antrum uulcani:poetica est loci periphrasis. QVID agant uenti uerborum hic est ordo. Platani frontonis conuulsaque marmora & columnæ ruptæ assiduo lectore clamant semper quid agant uenti. QVAS umbras torqueat æacus:unde alius deuehat aurum furtiuæ pelliculæ:quantas ornos iaculetur monychus: & ē asyndeton tropus. QVID agant uenti quos uoluant turbines.aut certe quia alii pestilentes sunt ut auster:alii aquas in glaciem conuertunt:ut Boreas alii arborum & seminum foetus educunt. ut Zephyrus.Hæc & id genus alia apud Aristotelem in libro meteororum legas:motus autem huius causa prima ac præcipua sunt stellæ sicut iuppiter qui mouet a septentrione salubres uentos:sol ab oriente:luna ab occidente.Mars a meridie:signa quoq̄ uentos pariunt.Nam tria signa quæ habent calidas qualitates:quæ ignea triplicitas appellantur Aries Leo:Sagittarius orientales mouent uentos altera triplicitas Taurus Virgo & Capricornus terrea uentos excitat meridianos quæ qualitates habet frigidas & siccas:tertia qualitates calidas & humidas habēs aeria:ob hoc etiam appellata occiduos:Gemini Cancer Libra: tria uero reliqua signa quæ dicuntur aquea triplicitas qualitates habent pituitosas uentosq̄ exsuscitant septentrionales. QVAS torqueat umbras æacus.descriptio notatur inferni. Aeacus Iouis & æginæ filius qui ex æneide Chironis filia Telamonem & Pelea habuit:tantæ dum uiueret fuisse dicitur iusticiæ:ut apud inferos animarum creditus fuerit a Plutone delectus iudex:unde Horatius.Quam poene furuæ regna proserpinæ & iudicantē uidimus æacum.Socrates apud Platonem in gorgia iouis dicta referens.Ego igitur inquit utpote qui ante uos hoc præuiderim constitui iam meos filios iudices:quos quidem ex asia minoem & Rhadamantum:unum uero ex Europa æacum:hi ergo postea quam mortui fuerit iudicabunt in prato quodam.ibiq̄ in triuio ex quo geminæ portant uiæ:altera quidem ad tartarum:altera ad insulas beatorum:& asiaticos quidem Rhadamantus eos uero qui ab Europa uenient æacus iudicabit:minoi uero id munus iniungam:ut ipse diiudicet:si quid aliis ambiguum fuerit:ut iustissime procedat iudicium recteq̄ fiat transmissio animorum:in Socratis uero apologia addit etiam Triptolemum inquiens:qui illic iudicare perhibentur minos Rhadamantus æacus triptolemus. QVAS torqueat umbras:torqueat ꝑ iudicet:quod enim sequitur pro eo quod antecedit positum accipimus.

Aecus.unde alius furtiuæ deuehat aurum
Pelliculæ:q̄tas iaculetur monychus ornos
Frōtonis platani cōuulsaq̄ marmora clamāt
Semper:& assiduo ruptæ lectore columnæ.
Expectes eadem a summo minimoq̄ poeta

ANTO. MAN. ¶ Aeacus:is Iouis æginæq̄ filius scribit̄ ab Diodo. libro quinto qui in ea regnauit insula:q̄ ab matre ægina dicta est:unde Ouidius in met.inqt. Enopiā ueteres appellauere.sed ipse æacus æginam genitricis nomine dixit.Eum ꝑterea apud inferos bonorum malorūq̄ iudicem factum fabulæ ferunt. Sic Rhadamātum sic & minoem iouis filios:ut idem Diodo. scri. libro.vi.& Tullius libro.i.tuscu.hinc ait in ibin Naso Noxia mille modis lacerabitur umbra:tuasq̄ æacus in pœnas ingeniosus erit.Notādum ꝑterea.ut Gellius libro.xiiii.c.xxi.scribit ꝑstantissimos uirtute: prudentia: uiribus:Iouis filios portas appellasse ut æacum minoa:Sarpedona ferocissimos uero & immanes:& alienos ab omni humanitate tanquam e mari genitos Neptūni filios dixisse ut cyclopa cercyona:& lestrigona. QVAS torqueat umbras æacus:per id omnem inferorum fabulā denotat. FVrtiuæ aurum pelliculæ. phryxus atamātis filius ex europa in pontum super auro ariete proficiscens:in colchos delatus est:qui cum secundum oraculū arietem sacrificasset:pellem in templo martis suspendit:postmodum Aoeta rex templum muro circūdedit: custodesq̄ plures apposuit:& Draconem:sed reuera templi custos draco dictus est.Cæterum medæam regis filiam tradunt iasonem & argonautas ad templum deduxisse martis:longe ab urbe Sybari colchorū regia stadiis septuaginta:militesq̄ apertis ianuis ut regi filiamītroduxerunt. Argonautæ templum simul īgressi eductis ensibus.cum plures occidissent aliis territis diffugientibusque:erepta aurea pelle e uestigio ad nauem reuersi sunt Medeaq̄ una cum iasone mare conscendit:hæc autem latius Diodo.libro qnto.Tamen græcorum qdam aliter retulere:ferunt enim neptūnum correptum amore Theophanes althidis filiæ illam in iouem conuertisse & in arietis forma cognouisse ex quo compressu aries chrysomalus natus fuerit:sic enim appellant græci arietem: illum q ut est in fabulis lanam auream habuit.de his pontanus in libro de aspiratione meminit.Strabo autem xi.scri.q̄ apud colchos torrentes dicuntur aurum deferre.quod barbari perforatis tabulis ac lanosis pellibus excipiunt. Vnde aurati uelleris fabulosa conficta est inqt. FVrtiuæ furtim & clam ereptæ.Monychus fuit is e centauris unus quē nestor a pirrythoo uocatus ad nuptias pugna īter conuiuas exorta superauit. Vnde ē apud Valerium flaccum.fert grauis īuito uictorē nestora collo monychus.Homerus aūt dat hoc epithetō eqs:q̄ nō habeant fissas ungulas interptat̄ enī monychus unicus unguis.sic enī ē equis non fissus ut bobus μονος solus dicitur.& ονυξ unguis. QVANtas iaculetur monychus ornos per id cētaurorum fabula ac pugnam ab aliis

Aeacus
Aegina
Iouis filii
Neptūni filii
Phrixus
Aceta rex
Medæa
Iason
neptūnus
Theophane
Crysomalus
Aries
Colchi
Aurei uelleris
Fabula
monycus

scriptam significat. FROntonis.fronto nobilis qdam fuit.q poetis egregias domos pro poematū recitatōe cō modabat:ad quem Mar.li.prio inquit. Vota tui breuiter:si uis cognoscere marci. Clarę militiæ fronto togæq; decus. Huius ēt Taci.meminit.scri.eni lib.xvii. Iuliū frōtonē tribunū exauctoratū ab galba ex urbanis cohortibus. Fronto Platani.

PLatani:erant in usu platani apud romanos:uel in uilla:uel in hortis urbanis:ad umbras i ambulationum: quē usum docuerunt Athenæ in philosophorum ocio. Platos autem latitudo dicitur: platis latus: platino dilato. Macro.autem libro tertio refert hortensium platanos suas uino irrigare cōsueuisse: adeo ut in quadam actione quā habuit cum Cicerone suscepta: pcario a tulio postulasset: ut locum dicendi permutaret secum abire eni in uillam necessario se uelle ut uinum platano: quam in tusculano posuerat ipse suffunderet. CONuulsa: assidua sessiōe cōcussa & cōmota. MARmora marmorea hodia. CLAmant: resonant: referunt. QVid agant uenti: quas torqueat umbras æacus &c. Semper. Hora.ēt satyra quarta inqt. In medio q scripta foro recitēt sūt multi. RVptæ nimio.s.clamore lectorum. COlumnæ: supple clamant. Quid agant uenti &c. Eadem q retulimus.s.minimoq; poeta. Hora.item lib.ii.episto.ad Augustum: Scribimus indocti doctiq; poemata passim. QVid ergo ampli us restat: nisi q; & ego aliquid scribere debeam.

¶FVRtiuæ pelliculæ aureæ pellis: qua Iason opera & auxilio medeæ: furto surripuit: cæso serpēte & tauris edomitis. Illud addimus Iasonem primum longa naue nauigasse. Cuius rei plinio tradente Philostephanus auctor est. QVAntas iaculet monychus ornos: monychus unus centaurorum fuit: qui in bello cōtra lapitas cædentes centauros nouis uiribus cenei qui nullo uulnere confodi poterat: grauiter increpans q; ab uno uincerent qui uix uir eēt obliti generis & Ixionis patris. Tandem coniectis trabibus ceneum obruit: de hoc sic ait Ouidius. Fecerat attonitos noua res: heu dedecus ingēs monychus exclamat: & Luca. Aut te lactantem monychon ornos. Et tangit scriptorem belli. quod iter lapitas & centauros gestum est. Nec ignorandum monychon eē frequens epitheton apud Homerum de equis: μονύχαϛ ἵπποuσ. Interpretatur enim monychus solidæ ungulæ. Sed quod quidam ait monychum iterfectum a Theseo: portui athenarum nomen dedisse. Et inde apud Ouidium legi. Hinc se substulerat paribus caducifer alis. monychiosq; uolans agros. gratamq; mineruę Despiciebat humum uanissimum est. Quando munychios legendum sit. Erant enim munychia festa Palladis ut pollux refert. Inde munychii portus athenarum. FRontonis platani. Frōto tum bello: tum pace clarus. De quo Martia. Vota tui breuiter si uis cognoscere marci. Clarum militiæ fronto togæq; decus. Ad hunc diuertentes poetæ carmina sua adeo sæpe & multum recitabāt. ut longa & crebra recitatione marmora rūperētur. PLAtani: platanꝰ arbor oli in italia fuit ex alieno tamen petita orbe: ut in naturali habemus historia. Vmbræ uidelicet gratia. & tribunatiū detinens solum: ut gentes uectigal etiam pro umbra penderent: & quia uoluptuosa fuit platanus: ab Ouidio Genialis dicitur hoc uersu fuit platanus genialis: acerq; coloribus impar. CONuulsa: rupta & fracta: sic Virgilius. Et cātu quærulæ rumpunt arbusta cicadæ. Clamant: resonant. Nouæ de imagine uocis dictum. ET assiduo ruptæ lectore columnæ. Quidam & pro.i.exponunt ut si ephexegesis non itelligentes apud Romanos domos marmoribus incrustari. & inter colūniis marmoreis distingui EXpectes eadem a sommo minimoq; poeta. Adeo communē & præuulgatam hāc esse poetarum materiam dicit: ut eam tam bonus: q malus poeta tractet: & sine discrimine tam sūmus: q minimus describat. MERV.

¶VNDE alius furtiuæ deueat aurū pelliculæ. Iasonem dicit qui ex colcho aureum sustulit uellus: & medeam. Oetæ filiā rapuit: nota est fabula. Sane Stra.aurei uelleris fabulā ita interptatur: ut dicat inter colchidas populos torrētes aurū cōuehere. quod barbari qbusdam psepibus perforatis pellibusq; uellosis excipiant. Sed Varro romanorū omniū doctissimus tradit aureas pelles habuisse oues a uetustissimis dictū, pter rei pecuariæ sūmā obseruantiam sūmosq; redditus: ut argis atreus quam sibi Thyesten fratrem subduxisse, qstus est: sic i colchide oetā ad cuius arietis pellem profecti ex regione dicunt argonautæ qui minyæ dicti sunt. Quam historiam Orpheus primū mox apollonius apud græcos quidē scripsit: apud latinos uero Valerius flaccus. QVAntas iaculet monychus ornos: monychus centauri proprium fuit nomen. Luca. Ille semiferos ixionidas cētauros. Fœta peletroniis nubes effudit in antris. Aspera te poloes frangētem monyche saxa. Teq; sub œtæo torquentem uertice uulsas. Rhœte ferox: quas uix boreas inuerteret ornos. Iaculetur ornos. in pugna monychus hic proprium est. Verūtamen centaurorū oīum epitheton est perpetuum. q; pedes habere equinos diceretur a μονὸσ solus & ὄνυξ unguis quod epithetō eqs dat a græcis ut Home. οσ μοιπηλει ωνοσ αγαου μανοχάσ ιπποuσ Sane colligit Iuuena. quæ fere a poetis tractari solent. ut muris tēpestates. sicut in primo æne. Virgilius aut mentis perturbationes dari pœnas: ut idē in. vi. aut nauigationes & itinera: ut in tertio & i qnto aut bella. ut i sex ultimis libris. q omnia his paucissimꝭ cōplexus est uersibus: qd agāt uenti: quas torqueat umbras. Aeacus unde alius furtiuę deuehat aurum. Pelliculæ quantas iaculetur monychus ornos. Nam cætera ornādi poematis & uariādi causa inserunt: de poesi loquor heroica q alias uidet oēs poeses complexa. ideo proprie quidam existimāt encyclium poema uocari: quamobrē Proclus Platonicus in unico libro. cuius index est de epyco circulo: ubi q poetarum propria sūt & ipsorum uirtutē scribēs: ait pcipue Homeri poeseos hoc eē nomē q; sicut in circulo: quæ est circum centrū oīs ambitus & circūcurrens linea oēs a cētro exeuntes lineas rectas æque cōcludit. ita Homeri poesis reliquorum poetarum excogitata cōplectatur: inde encyclopediā heroicā poesim dictā uoluit quāq; uarias de hac re uideo sentētias. Nam sūt qui dicāt annuū stipendium encyclium uocari: q; i sua terga annus reuoluatur & apud Aristotelē in primo de argumētis demōstratiuis sunt qui nimiū ridicule uerba circulum agere de hoc quiq̄ attinere arbitrent: cum figura circularis circulus uocitetur: ut fur tibi fuit pater: si similis erat tibi: illud etiam ab hoc alienū q; in prio ethicoꝝ Nicomachion inquit abūde diximus in encyclis encyclias siquidem quæstiones dicit q; de rebus omnibus tanq̄ in circulo passim quereretur: ne ei quidem accesserim qui encyclopediam misicen uocet. sicut quidam apud Aristophanem i fabula quæ inscribitur Hippis interpretantur atobone VAL.

peruenere:ut augeri non possit:& de luxu inde nata uoluptas. NEc quereris patri:pro nec quereris romanos
apud patrem:funebria enim uerba:& ut priscia.docet ad accusatiuũ feruntur.ut lugeo te.ploro te. lachrimor. plã
go.propertius.Demissis plangas pectora nuda comis.queror te. Virgili.Dum queror & diuos quanq̃ nil testi-
bus illi profeci . dicimus & queror de te.Horatius.Aelis fidibus querentẽ Sappho puellis de popularibus. SE-
ueri iugeribus campi:quem negligis martium dicit campum ubi fiebant comitia & exercitatio erant militaris.
PER Agendum:conficiẽdum. IN Valle quirini:Romuli:quia a quiri hasta.aut q; cures uicerit:uel q; græce cœ
raneos a latinis rex uocetur.Ouidius in fastis.Siue q; hasta quiris priscis est dicta sabinis Bellicus a telo uenit in
astra deus.Siue suo regi nomen posuere quirites.Seu quia Romanis iunxerat ille cures. PRIMo sole:primo
diluculo. CVpiens & in acta referri:utrum in acta non acta:an certe in codicillos transferri:ut Tranquillus in
caligula:quibusdam absentium maritorum nomine repudium ipse misit:iussitque in acta referri. NIL animis:
subaudi iuris. IN Corpore iuris:idest potẽtiæ:ut supra ipse ius nullum uxori:sensus est:& corpore & animo fra
cti sunt. STEriles.sine prole.a stero quod priuo significat.

LVPerco:mense februario ut scribit Ouidius in fastis:Luperci sacerdotes per orbem nudi discurrebāt:hir cinaq; pelle mulierum palmas percutiebant.ut concipere possent facilius hinc ait idē.Nupta quid expectas:non tu pollentibus herbis.Nec prece nec magico carmine mater eris.Excipe foecundæ patienter uerbera dextræ.Iā socer optatum nomen habebit aui.plura etiam Plutarchus de iis in uita Antonii.Item Valerius maximus libro secundo de ordine equestri.Fabius libro primo scribit inueniri qui lupercalia tres ptes orationis esse contenderent quasi luere per caprum.Nam soli taurilia persuasum est eē sue:oue:tauro. VICit & hoc mōstrū postquam sacerdotum uitia poeta exposuit.hic nobiles arguit q in arena gladiatores eē:unde ait id turpius esse q̄ uirū uiro nubere. HOC monstrum.q; uir uiro nubat. — MAN. Luperci

Nec prodest agili palmas præbere luperco.
Vicit & hoc mōstrū tunicati fuscina gracchi
Lustrauitq; fuga mediā gladiator harenam
Et capitolinis generosior & marcellis:
Et catulis:paulisq; minoribus:et fabinis.et
Omnibus ad podiū spectātib9:his licet ipm
Admoneas:cuius tūc munere rætia misit:
Esse aliquos manes:et subterranea regna:
Et contū:et stygio ranas in gurgite nigras:
Atq; una trāsire uadū tot milia cymba:

FVScina:certabant Rætiarius & secutor.erat fuscina rætiarii iaculum hoc est rate:quo aduersarium cuspide insequentem operiret implicitumq; uiribus superaret.unde inferius ait:cuius tunc munere rætia misit. Secutor uero ab insequendo rætiarium dictus:gestabat enim cuspidem quæ aduersarii iaculum impediret.hinc idem saty.octaua ait.Cum graccho iussus pugnare secutor. TVNicati est tunica uestimentum sine manicis ut Marcellus ait.Tunicati autem in arenā rætiarii gladiatores prodibāt:de quo uideto latius ibi saty.viii.Credamus tunicæ. GRAcchi pro generoso positus:nobiles enim fuerant gracchi ut supra patuit. — Rætiarius Fuscina Secutor Tunica

CAPitolinis:Manlius ob defensum capitolium Capitolinus dictus.Capta enim urbe auctor in capitolium fugiēdi fuit.a quo deīde capitolina gentilitas:de quo legito Pli.Marcellis:Marcus marcellus uir romanus gallorum ducem singulari prælio fudit:syracusas p tres annos expugnauit:quinquies consul insidiis Hannibalis deceptus periit.Legito Plin.& Liuium latius de bello punico secundo.fuit Marcellus alter Octauiæ sororis Augusti filius:de quo libro.vi.æneī. CATulis: Quintus lu ctatius Catulus primo punico bello.ccc.nauibus aduersum pœnos profectus secētas eorum naues inter siciliam & aphricam depressit:de quo Plinius.Id tamen latissime libro primo Polybius scribit. PAVlisq; minoribus: idest Pauli æmilii nepotibus.Maiores paulos accipere possumus patrē & filium:Pater bello castrēsi cōsul obiit: filius de lyguribus triumphauit:persen philippi filium apud samothracas cæpit.fuit is etiam minoris Scipionis genitor:lege Plinium. FABius:fuere ii nobilissimi:quorum trecenti sex duce Fabio consule contra ueientes pugnarunt:& sæpe uictores extitere:insidiis tamen ad unum occisi sunt.Plinius & Naso & Liuius libro secundo. — Manilius Capitolinus Marcellus Luctatius Catulus Pauli æmilii Fabii

PODium:locus erat unde principes & nobilissimi spectare solebant.Tranquillus de Nerone:spectauit primum ex paruis foraminibus:deinde toto podio adapto. HIS licet ipm admoueas:ipm.s.imperatorē Neronē:q Suetonio teste etiā in arenā descēdit.ait.n.Cermina deinceps obiit oīa.De nerone quoq; hic probus intelligit: placet aūt magis Admoueas:nā etiā in tribus antiqs codicibus ita legi.Si tñ Admoneas tibi placuerit:oīo sensus p cedet si diligenter aduertes. CVIVs munere.i.gladiatorio ludo.De nerone.n.sic ait Tranq.Spectaculoꝝ plurima & uaria genera edidit. ESSe aliquos manes:sensus est:quia inferri esse nō credunt apud quos scelera puniant:ppterea & impatores & alios uitia plurima cōmittere.Tu tñ uera omnia istis credere debes:qd Curius qd Fabritius qd Camillus qd Fabii credidere:quapropter uirtuti opam tribuerūt.Erit aūt ordo. Sed qd sentit Curius & ambo scipiadæ qd Fabritius &c.Tu uera puta:si tñ qd legeres p interrogationē:tūc.Sed uera puta superiori snīæ iūgeres. MANes:inferos dicit.Nā quidā manes deos inferos tradūt.Manū auctore Nonio dr̄ clarum.uñ & mane post noctis tenebras diei ps prima.Inde uolūt etiā deos manes appellari bonos & psperos.Immanes uero nō bonos.Varro scribit q bonū antiq manū dicebāt. ET contū:de Charōte portitore apud inferos poeta lib.vi.æn.sic ait:Ipse ratem cōto subigit.uelisq; ministrat: Et ferruginea subuectat corpora cymba.Iā senior:sed cruda deo uiridisq; senectus:huc oīs turba ad ripas effusa ruebat.Matres atq; uiri defunctaq; corpora uita.Magnanimū heroū:pueri innuptæq; puellæ.Impositiq; rogis iuuenes ante ora parentū. CONtū:contus sudes est siue hasta longior duriorq; & acuta sine ferro ad pcutiendū apta.Virg.Ac duris detrudere cōtis.Idem assueti longos muros defendere conto.Sude igit̄ Charon cymbam subit ac impellit.Conti hastæ lōgiores & robustæ dicunt̄.ut scribit Nonius.Et stygio ranas.Strabo libro.ix.de archadia inqt apud phaneū sane stygis aquæ stant.sic enim uocant lætalis aquæ stillicidium quam sacram hoīm facit opinio.Poetæ qdem fabulose describūt inferorū paludem.Deducit̄ autem ab στύγνός quod ē tristis:seu στυγέω qd est odi timeo:seu ab στυγνάζω quod est tristor tristiciam fero. VADum:stygis alueū cocyti & Acherontis:quæ sunt inferna flumina. — Podium Manes Manum Mane Charon Contis Styx

NEC pdest agili:de lupcoꝝ origine satis scribūt plu.in Romulo:& Oui.in in fastis.his discurrētibus p urbē steriles mulieres palmas cædendas præbebant.ita eni fœcūdas se fore sperabāt:ut plu.in cæsare scribit.& Oui. Excipe fœcundæ patienter & uerbera dextræ.Iam socer optatū nomē habebit aui. VICit & hoc monstrum. Hactenus de sacerdotibus:nūc de polluta nobilitate mūere gladiatorio & opa scœnica:nā eius tpibus cū Domi. edidit pugnas uiroꝝ & mulieꝝ multi nobiles illic ptæstiterūt opam:alibi in eosdem quanti sua funera uendant. Quid refert uendūt nullo cogente nerone.In uitellio:Tacitus.Cautum seuere ne equites romani ludo & arena pollueren̄t.& Tranquil.Neronē scribit exhibuisse ad ferrum quadringentos senatores:sexcentos eqtes ro.Domitia.uero nō coegit:sed illic educati sub nerone inter ludos scœnicos sponte in theatrū ueniebant: quod Iuue. conqueritur etiam alibi Cytharœdo principe natu Nobilis:Hæc ultra qd erit nisi ludus:per Gracchum autem — DOMI.

oēm nobilitatem intelligit. Quid clamat Fidentinus:quod alibi scribit Iuu. Cũ graccho iussus pugnare secutor.
Per secutorē non intelligit nobilē stultissime:sed eũ qui mercede opam in scena præstabat:qui iussus ē pugnare
cum nobili retiario imperito. Tu plagiarie pfectissime secutorem Illic scripsisti esse nomen ppriũ. Nos uero.
Tran. testimonio docuimus eũ esse qui cum retiario pugnat. FVScina:telũ retiarii erat. Marmillo aũt qui ad-
uersus retiariũ pugnabat gestabat galeam in cuius uertice erat piscis. in quem retiarius rhete conniciens piscem
dicebat peto:te nõ peto. CAPItolinis:angtissima nobilitate fuit:capitolio a. M. Manlio gentis auctore seruato:
qui cũ affectasset imperiũ decreto senatus statutum est ne quis. M. manlius ptere a ea familia nũcuparet. MAr
cellus:marcellorũ familia nobilitata duobus uiris quorũ alter qntum consul fuit. Alter primus Hãnibalem in ita
lia uicit:plura lege apud Plutarchum. CATullis. catulli nobilitatis initium acceperũt ab eo Catullo: qui tercen-
tum nauibus sexcentas carthaginensiũ inter siciliam & Aphricam ad egatas deuicit. & finem primo bello puni-
co imposuit. PAVli:a Paulo æmilio:quē pythagoræ discipulum fuisse arbitrant:nobilitatem acceperunt. ille
primus dictus Aemilius αποτησ ομιλασ cuius lepore grauissimus erat. Duo familiam illustrarunt. Alter q
ad cannas occubuit:alter qui triumphũ duxit de perseo macedonũ rege:hic minor dictus est. PODium: locus
unde principes & nobilissi spectabant. Tran. de Nerone. Spectauit primũ ex paruis foraminibus. deinde toto po
gio adaperto:iccirco humiliores in Meniano sedebãt:id erat ædificium a primo conditore appellatum. Trangl
lus. Pauci ex proximis menianis. Festus & Marcellus auctores. HIS licet ipsum admoneas. Quid dices hoc to
co Fidentine plagiarie: qui uel tumido uentre obesus:uel præceptoris tui ignorantia hunc locum percipere nõ
potuisti:quis a me expositum pluribus uerbis his scriptis:quibus ineptias tuas olim a te editas:& mali pceptoris
consilio nuper impssas ornare studuisti. Tu cum pceptore legis. Admoueas. i. debes addere Neronem aliis quos
diximus:cuius munere. i. Thyriadatis. Silete importunæ uolucres:& canes obscœni poetã puertitis quottidie ob
latrantes. Admoneas legendũ ē:ut codices antiqssimi habēt:& sensus expostulat:& nõ admoueas: ut sint uerba
Iuue. dicētis. Licet admoneas ipm. i. potes hæc uerba referre ipsi imperatori:q s. sequuntur. CVIus mu. in cuius
ludis gladiatoriis Gracchus nobilis ciuis. MISit rætia. i. fuit rætiarius:ut alibi ait:ipsi pauca uelim. ESSE ali-
quos manes:hæc sunt quæ nunciari uult noīe suo impatori:p quæ monet: & si nullus metus sit inferorũ: tamen
opam uirtuti esse dandam:pro qua maiores qui imperiũ ppagarũt se in apertissima uitæ discrimina obiecerẽt.
MERV. ¶ NEC prodest agili palmas præbere luperco:quod olim steriles romanas iuuit quæ percussæ a lupercis per
urbem discurrentibus:statim cõcepisse legunt. PALmas. Tantũ enim auctore Ouidio palmas cedebant. Ait
enim. Nupta qd expectas nõ iã pallentibus herbis. Nec prece nec magico carmine mater eris. Excipe fœcũdæ
Lupcalia patienter uerbera dextræ. Iam socer optatum nomen habebit aui. LVPerco:in lupercalibus erant lupercalia
Ouidius in honorem panos lycei qua die mulieres februabantur a lupercis amiculo iunonis. i. pelle caprina:interpretã-
unde tur qdam lupercal quasi luere per caprũ. Oui. uero in fastis:uel a lupa uel a monte archadio dictionē hanc dedu
Lupercal cit:sic de lupa tradens:q lac Romulo & remo dedit. Illa loco nomen fecit:locus ille lupercal. Magna dati nutrix
præmia lactis hēt:& infra. Quis uetat arcadico dictos a mõte lupercos. Phaunus in archadia templa liceus hēt.
VICit & ho. m. tu. fus. grac. maius flagitium notat nobilis uiri qui iussu Neronis gladiaturam spectante popu-
lo exercuit. Nero. n. (ut Suetonius:& Tacitus referũt) nobilissimos uiros ad artem ludicrã & gestus usq ad mo-
dos haud uiriles exercendos coegit. TVNicati gracchi. Qui tunicatus fuscinam gestans & retia per mediam
arenam secutorem fugiens actus est nõ sine dedecore suæ familiæ. HOC monstrũ. Viros nubere:nã turpius
erat operam arti ludicræ in propatulo dare:& digladiari q nubere. nam artem ludicram exercentes ignominio
Capito- si habebant. TVNicati:tunicatos legimus gladiatores in arenã prodiisse. ET capitolinis generosior & mar-
lini cellis. Nobilissimæ hæ fuerũt familiæ capitolinis progenies uetus & illustris fuit. Nã Galba imperator statua-
rũ titulis pnepotē se. Q. Catulli capitolini semp ascripsit. qppe significãs se nobilissimũ:qd ex uetere & magna
Marcelli psapia genitus foret. MARcellis: Marcellorũ familia auctore Asco. Claudia quoq dicta est & duplex fuit: plæ
Gens lu- beia q & pulcrorũ dicta ē:& patritia. ET catullis:de gēte Luctatia intelligēdũ:ex qua præstãtes Catulli pgeniti
ctatia sunt. PAVlis minoribus:duos paulos legimus egregios fuisse:eũ q cũ Varrõe apud cãnas cõsul:debelato ab hã
Pauli nibale exercitu mori maluit ex uulnere quũ fugere posset:in cuius laudē dixit Horatius. Animæq magnæ pdi-
duo gũ paulũ superante pœno. Huius filius persam regē macedoniæ deuicit:deq eo triumphauit: & pater natura
Podium lis posterioris Aphricani. AD podiũ spectantibus. principes & potētes iura de podiis spectare solebãt:sic Ne-
Retiarius ronē legimus nisi aperto podio ludos nõ spectasse:& a Iuliano curante gladiatorũ munus Neronis tãta copia in
Manes uenta succini fuerat:ut retia arcẽdis feris podiũ ptegentia succinis nodarentur. Vt aũt tradit Victruuius in thea
Genius tris. Scena orchestra podium & pulpitum extruebant:sed podii altitudo ad libramentum pulpiti cum corona
Lemures fiebat supra quod columnæ erant cum capitulis & spiris. MVNere:ludo: RETia misit. Retiarius is dicebat
Laruæ qui rete immittebat. MANes:animæ dicunt:ut tradit Apuleius i libro de Dæmonio Socratis. Melioris meri
Lares ti:quæ in corpore nostro genii dicunt. Corpori renunciantes. Lemures: tũ si domos incursionibus infestarẽt
laruæ appellabant:cõtra si bonæ fuerint:lares familiares. NIGras ranas. Lepide dixit accolas inferorum.
VAL. ¶ PYXide:uase ligneo ex buxo quod pyxũ. LYDe turgida:quæ crescit in uentre:sane puella lyde:q in araneã
uersa ē ira palladis:p ipsa aranea posita est:hæc inclusa in pyxide fœcundã mulierem de sterili facit. PALmas
præbere luperco:aut eni osculabant:aut mãibus uapulabãt a luperco:quæ uolebant cõcipere. Dr ut Probus ait
& folia si qua post ipm descenderit:statim cõcipere. De lupco locutus. Oui. in fastis. Nupta qd expectas. non tu
pallẽtibus herbis:Nec prece nec magico carmine mater eris. EXCipe fœcunde patienter uulnera dextræ. Iã
socer optatum nomen habebit auũ. Lupcalium aũt originem uerbiq deriuationē nullus:ut opinor ē q ignoret
cũ tot sint auctores:qui de ea re conscripserint: MONstrum: a monstrando:monstrũ q aliquid significando
demõstrct:mõstra terrores:ut erigit plenus mõstris ostẽtũ ab ostẽdendo:portẽtũ a portẽdẽdo. i. postẽdẽdo:&

prodigia q porro dicant.i.futura prædicant. TVNicati:quoniam colobiis utuntur.i.uestimentis sine manicis:si quidem tunica:ut Nonius Marcellus de uirorum doctorum indagine inquit:est uestimentis.Cicero in Catilinam:manicatis ac talaribus tunicis. FVScina:tridens quo lanistæ utebantur.Ergo hinc lanistæ:ut Probus ait:uel dissoluti dicuntur q tunicis uterentur. CAPitolinis:utrum qui in petillio capitolino descenderunt:qui cum capitolii curam ageret coronæ subreptæ de capitolio causam dixit:absolutusq ab Augusto Cæsare est:an certe capitolinum prius hoc nomen inuentum. OMNibus ad po.spe.ad podium ad spectaculum. Träquillus de Nerone.Cæterum accubans primum paruis foraminibus:deinde toto podio adaperto spectare consuerat. HIS li.ipsum:tyridatem armeniæ regem dici uolunt:cui se Nero in spectaculis ludibundum exhibuit. CVius tunc munere rætia mi.hic Probus gracchus inquit gladiator munere Neronis pugnauit:& Nero ipse pugnauit gladio:& in scena cantauit:& auriga fuit:sed ille uelim potius tunicatũ gracchum neroné intelligere ipum:qué gracchũ ut reipublicæ subuersorem supra etiã appellauit:ut sit sensus:uideri sibi magis mõstrũ q palam spectãte populo gladiatoriã exercuerit q q nupserit. ET sty.ra.in gur.ni.hoc ab Aristophanis inuẽtiõe sumptum: qui in comœdia quæ bathracõ inscribitur.inducit Dionysium cum seruo anthio euripidem uisendi desiderio cõmotum inferna loca ab Hercule edoctum petiuisse:& cum duos Charõti obolos.Dionysius exoluisset:tandem ad ulteriorem ripam traiecti ranas in palude stygia audiuere:βρεκεκεξ κόαξ βρεκέκεξ κόαξ κοαξ:resonantes. COTum:quo¦nautæ innituntur. NIGras:luce carentes aut pœnarum squalore luridas.

Nec pueri credũt,nisi q nondũ ære lauantur,
Sed (tu uera puta) curius qd sentit:& ambo
Scipiadæ:quod fabritius:manesq camilli,
Q d cremeræ legio:& cãnis cõsũpta iuuẽtus,
Tot bellorum aiæ:quotiens hic talis ad illos
V mbra uenit:cuperẽt lustrari:si qua darẽt,
Sulphura cũ tædis:& si foret humida laurus.
Illuc heu miseri traducimur.arma qd ultra
Littora iuuernæ pmouimus:& mõ captas
Orchadas:ac minia cõtetos nocte britãnos?

QVI nondum ære lauantur:idest paruuli.ii.n. in thermis lauabantur:ubi quadrantem soluebãt loturi.Hora.in saty.iii.Dum tu quadrante lauatũ rex ibis.Et Iuue.sat.vi. Cædere siluano porcum quadrãte lauari. CVRius quod sentit: quasi dicat inferos esse.De Curio autem in principio huiusce satyræ ibi Qui curios simulant poteris & uidere plurima libro quarto Valerii Maximi in capite de cõtinẽtia. AMbo scipiadæ:Publius & Cn.Scipiones germani in hispania præliis ingentibus Hannonem & Asdrubalem fratrem Hannibalis ceciderunt:rapteq erat impetu hispania nisi fortissimi uiri in ipsa uictoria oppressi punica fraude cecidissent:terra mariq uictores.Quod florus scribit. Horum uero alter pater:alter patruus fuit maioris aphricani.Præterea Macrobius libro primo saturna.scribit non aliter dictos Scipiones nisi q Cornelius qui partem luminibus carẽtem pro baculo gerebat Scipio cognominatus nomen ex cognomine posteris dedit. FABritius.Scribit Liuius libr decimotertio q bello tarentino Fabritius missus ad Pyrrhum epirotarum regem:ut de redimendi captiuis ageret frustra ut patriam desereret ab rege tentatus est.Lucius quoq Florus ubi de tarentino bello meminit sic ait.Fabritius oblatam sibi ab rege imperii partem repudiauit:& paulo inferius de eodem Fabritio inqt q decem pondo argenti circa Rufinum consularem uirũ qsi luxuriã censoria grauitate damnauit. Valerius autem Maximus libro quarto in capite de continentia scribit:q Fabritius licinius honoribus & auctoritate oĩ ciue temporibus suis ita maior fuit censu par unicuiq pauperrimo.qui a samnitibus quos uniuersos in clientelam habebat decem æris & quinq pondo argenti totidemque seruos sibi missos in samnium remisit continentiæ suæ beneficio siue pecunia prædiues & cætera.Meminit etiam Gellius libro primo capitulo decimoquarto CAMilli:Furius Camillus faliscos ditioni subdidit:ueios domuit.Absens dictator dictus Callos interemit:populum Romanum migrare ueios uolentem retinuit:sic & oppidum ciuibus & ciues oppido reddidit.Auctor Plinius.De quo etiam Maro libro sexto ait.Referentem signa camillum. MANes:animæ. CREmere legio Cremera fluuius est in thuscia:apud quem treceti fabii occubuere.Hinc Ouidius libro secundo fastorum ait. Vt celeri passu cremeram tetigere rapacem.Turbidus hibernis ille fluebat aquis & cætera. ET Cannis consumpta iuuentus.Cannæ ignobilis Apuliæ uicus:sed magnitudine cladis emersit:&.xl.millium cæde parta nobilitas:Nam duo maximi exercitus cæsi ad hostium satietatem:donec Hãnibal diceret parce ferro. Auctor ẽ Florus.Liuius autem libro secundo tertiæ decadis scribit:q quadraginta milia peditum:duo milia septingenti equites cæsi dicuntur.In iis alter cõsulum.Paulus scilicet questores.L.Acilius & Lucius Furius bibaculus.xxi.tribu.mili.Consulares quidã prætoriiq ædilitii inter eos.Cn.Seruilius.&.C.Minutius:Numatius.lxxx.præterea senatores aut qui eos magistratus gessissent.Capta eo prælio tria milia peditum & equites trecenti dicuntur. TALis umbra:qualis est Domitiani Othonis & nobilium aliorum:de quibus iam dictum est. Neronis itẽ de quo paulo ante.Pli.libro.vii.ca.lvii.ait.Quæ genitis qes unq si in sublimi sensus aiæ manet:inter ifero umbræ SVLphura cum tædis:purgabant olim sulphure aqua igni.Ouidius.Terq senem flamma ter aqua ter sulphure lustrat.De quibus latius uideto satyra sexta ibi.Nisi se centum lustrauerit ouis. LAVrus:scribit Plinius libro decimoquinto honorem lauris habitum in triumphis:quia suffimẽtum sit cædis hostium & purgatio ut tradit Massurius.De lauro etiam lib.v.fasto.Ouidius ait.Est aqua Mercurii portæ uicina capenæ.Si iuuat expertis credite numen habet.Huc uenit incinctus tunica mercator & urna.Purus suffusa quam ferat haurit aquam Huda fit hinc laurus lauro sparguntur ab huda.Omnia quæ dominos sunt habitura nouos &c. ILLVc heu miseri traducimur.Arguit imperii cupiditatem nihil prodesse ostẽdens multis impare:cũ omnibus ad inferos eundum sit.unde & Naso ait.serius aut citius sedem properamus ad unã.Et Hor.in arte.Debemur morti nos

MAN.

Scipiadæ

Camillus

Cannæ
Cannarũ
Cædes

Laurus in
purgatio
nibus

Iuuerna nostraq. Itē Mortalia facta peribūt. IVuernæ:sup brytāniā iuuerna ē pene par spatio:sed utrinq æqlis tractu littoꝝ oblōga.cœli ad maturāda semina iniq:cultores eius pietatis admodū exptes:qd mela scribit. ET modo

Orchades captas Orchadas.Diuus Hieronymus de tpib⁹ sic ait.Claudius de brytānis triūphauit.& orchadas īsulas romano adiecit impio.In cui⁹ gloriæ memoriā filiū suū brytānicū appellauit.Sūt āt orchades triginta angustis itra se

Britānicus ductæ spatiis.Auctor ē Mela.Pli.ēt li.qrto de iis scribit. Brytānos:finis erat orbis ora gallici littoris nisi brytannia īsula nomē pene orbis alteri⁹ mereret̄ octingētis & āplius milibus passuū lōga porrigit̄.Multæ & aliæ circū brytāniā insulæ:e qbus thule ultīa in q̄ æstiuo solstitio sole de crancri sydere faciēte transitū nox pene nulla.

Britannia

Thule Brumali solstitio pinde nullus dies. Auctor ē Solinus.Pli.ēt libro scdo ait.q in brytānia lōgissim⁹ dies hēt horas.xvii.ubi æstate lucidæ noctes.Vtq Cesar li.v.de bel.gal.inqt.Oēs se britāni glasto inficiūt q cæruleū efficiat

Britannia colorē:atq hoc horridiores sūt in pugna aspectu:capilloq sunt pmisso:at oī pte corpis rasa pter caput & labꝝ superius.Vxores hn̄t deniq cōmunes & maxime fratres cum fratribus & parentes cū liberis:Sed siqui sunt ex iis nati eorum habentur liberi:a quibus primum uirgo:quæq adducta est.

DOM. ¶ NEC pueri credūt:hoc ē iā sublatus ē apud oēs metus inferoꝝ:ut ne pueri qdē nisi q̄ adhuc ipuberes sunt id credāt. QVI nōdū lauant̄ ære.i.q sunt ipuberes:ab his eni qdrans nō exigit̄ in tharmis.imo nec lauant̄ quidem in publicis thermis:qd ex oratore Ciceronis facile agnoscas:hoc ē q nōdū sapiūt. Quid sentit Curius & Scipiadæ & Camilli:hi eni uirtutē coluerūt:& p dignitate impii obierūt mortē. QVOtiēs:hic Iuue.de Domitiano ait. Talis umbra:qlis erat Domitiāi. SVLphura:purgabant̄ antiq:si aliquo piaculo eēnt polluti.sulphure aqua igne Ouid.Terq senē flāma:ter aq:ter sulphure lustrat. ET lauro:massurius auctore Plinio trium phātes coronari putauit.quoniā ea arbore purgarent̄ cædes in bello cōmissæ.Serui sniam de generibus purgationū omitto:nā mihi nō probat̄.Oui.uero de lauro humida ad purgationē.Vda fit hic laurus:lauro spargunt̄ ab uda. Oia quæ dominos sunt habitura nouos.Putarent inqt se pollutos esse psentia Domitiani uiri illi pstantissimi si illuc accederet. IVVernæ:iuuerna inter insulas oceani britannici numerat̄:quā multi hiberniā falso putarūt.De hæc Mela satis multa. ORcades:orcas pmontoriū hiberniæ:ut Ptolemæus scribit.Orcades item sunt insulæ eiusdē oceani:De quibus Ptolemæus Mela Solinus & Plini.hæ inter se modicis spatiis discretæ sunt quo arma romana nō penetrarūt nisi ad uicinitatē usq siluæ calidoniæ. MODo captas:hoc ex historia:nā Vespasianus Claudio imperāte:ut Trāquillus scri.īsulā uectē britāniæ pximā in ditionē redegit.Fidē.Plagiari⁹ cū hoc a nobis didicerit:ut id dissimulet uerba Suetonii refert ex loco quē indicauimus. COntētos minima nocte Britānos habere breuiores noctes Cæsar qdē testat̄.uideturq negare uerū esse:qd alii tradiderāt:nullas.s.eē p brumā.Pli.scribit in Thile ultima orcadum sole transeūte cancrū nullas eē noctes:& tpe brumæ nullos eē dies.

MER. ¶ AERE lauant̄.Mos erat:ut corpora loturi æs soluerēt:quod & infra idē poeta significat cū ait.Cedere silua no porcū quadrante lauari:& Horatius.Dū in quadrāte lauatū rex ibis. AMBo scipiadæ:duo scipiones:Gneus & Publius qui fraude punica potius q̄ armis cæsi fuere:secutusq est Virgiliū:q dixit.Geminos duo fulmina belli scipiades.Hac forma usus est. FABritius:hic queādmodū Curius frugalissimus fuit:& in tenuissimo cēsu samnitū munera forti animo spreuit. CAMillus:assertor patriæ:quā galli subegerant:exul dictator creatus signa re

Cremere cepit:de quo Virgilius.Referentem signa Camillū. QVID cremere legio.Fabios signat:q idibus februariis trecenti & sex ad unū per insidias a ueientibus iuxta cremerā fluuium cæsi fuere:quoꝝ cædem Ouidius in secu

Cannæ do fastoꝝ sic deplorat.Vna dies fabios ad bellū miserat oēs.Ad bellum missos perdidit una dies. CANnis cō sumpta iuuentus.Apuliæ uicus cannæ clade romana nobiles:nam apud eum Paulo & Varrone consulibus in

Cur laur⁹ in purgationibus foelicissime cū Hannibale pugnatū est. LVStrari purgari expiari. SI QVa daret̄ sulfura cū tædis:& si foret humida laurus.Sulphure:tæda & lauro in purgationibus usi sunt ueteres:nanq in religiōibus auctore Plinio locūm habet sulphur ad expiandas suffitu domos.Tæda inter arbores liquorem stillantes annumerat̄ ab eodem

Tæda abundans succo liquidiore:& ob hoc flāmis ac lumini sacroꝝ gratam laurum Massurius putauit suffimentū cædis hostiū & purgationis esse:adeoq in prophanis usibus polui laurū & oleam:ut ne ppiciandis qdem numinibus:accendi ex his altaria:aræ ue debeant.Et Ouidius in fastis docet ramū lauri februa:hoc est purgamina rite

Februa uocari sic.Nomē idē ramo qui cæsus ab arbore pura.Casta sacerdotū tempora fronde tegit. ILLuc heu miseri traducimur.Miseriā humanam deplorat.Nam oēs & si inferos eē non credamus:illuc tn̄ descēdimus:nec adhuc inferos inuenimus:& si extremæ occidentis partes armis quæsitæ sint. IVVernæ:inter septētrionē & occidentem ut celebres geographi tradūt duæ sitæ sunt insulæ:Britānia:cui albion nomē fuit:& hiberia:ut qdā scribūt paulo minor britannia:Vltra quas sunt quadragita insulæ Orcades appellatæ modicis spatiis inter se distinctæ IVVernæ:ratio metri legi exigit:græcæ Vernia scribit̄. MODo captas orcadas.Hieronimus in cronicis Eusebii tradit Claudium imperatorem de Britannis:triumphasse & Orcades insulas romano adiecisse imperio.Id quod apud Senecā Octauia his uersibus cōmemorat.Miserandæ pater modo cui totus paruit orbis.Vltra oceanum cui q britanni terga dedere.Ducibus nostris ante ignoti:iurisq sui. MINima contento noctes britānos: apud quos longissimus dies.xvii.horarum depræhenditur & æstate lucidæ sunt noctes auctore plinio.

VAL. ¶ NEC pueri credunt:ne dum iuuenes:unde & ipse Cice.p cluentio:nūc quid tandem illi mali mors attulit: nisi forte ineptiis atq fabulis ducimur:ut existimemus illum apud inferos imperiorum supplicia præferre:ac plures illic ostendisse inimicos:q̄ hic reliquisse:quæ si falsa sunt:id quoq omnes intelligunt:quid ei tātum mors erupit:præter sensum doloris.Nisi qui nondum ære lauantur:qui infantes sunt ac credunt quæq etiam uanissima. ÆRe lauantur:quia pueri gratis balnea intrabant quandiu fuissent impuberes:ut ait Probus. SCIpiadæ: imitatione:Virgilius pro scipionidæ. MANesque ca:hoc est Camillus:& est periphrasis:plane putat Apuleius animas hominum dæmōas esse:ex hominibus autem qui meriti bona sint lares fieri.lemures uel laruas si mali sint manes autem dici si incertum sit bonorum ne an malorum sint meritorum.

QVID cremeræ legio.trecētos & sex bebios dicit qui cum seruis & clientibus dimicarunt.insidiis apud cremerā fluuiū interempti. Quid in fastis Carmentis portæ dextro uia ꝓxima iano. Ire p hāc noli: quisqs es.oēm habet.Illa fama refert fabios exisse trecētos.Porta uacat culpa:se tñ omen habet. Vt sceleri passu camerā tetigere rapacē.Turbidus hyberis ille fluebat aquis.Ex fabiis uero unus supfuit tm̄ q maximus Fabiꝰ appellatus.is autē propter tenerā adhuc ætatē i urbe remāserat.& cū Annibalis impetū ferre nō posset.mora elusit:uñ Enniarū illud ē. Vnus q nobis cūctādo restituit rē:nō.n.rumores ponebat añ salutē. CAnis cōsum.iu.ubi Paulus Varroq cōsules superati. Varro qdē fugit.Paulus uero libēter occubuit. TOT belloruꝫ pro tot bellātiū & hæc cū iterrogatione oīa legēda sunt. HINC.a nobis. TALIS.tā immūda. Ad illos:qui inferna loca esse sentiētes bn̄ mori q̄ turpiter uiuere maluerūt. CVperēt lustrari:purgari.Si qua darenť sulphura cū tædis & si foret humida laurus:cū pœnaꝝ octo genera corpi inuenta fuisse ueteres scribāt:dānū.uincula uerbera:talionē:ignominiā:exiliū:seruitutē mortē.In sacris uero tres:qs purgatiōes appellarūt:nam aut tæda purgabātur sulphurne aut aqua:aut ære:proīde nullas nisi purgatorias post uitā defunctaꝫ pœnas esse credit uetustas unde & Virgi.Ergo exercētur pœnis ueteꝝq maloꝝ.Supplicia expēdūt aliæ pendunť inanes.Suspēsæ ad uētos: alii sub gurgite uasto:Infectū eluiť scelus:aut exuriť igni.Et qm̄ terris supiora sūt elemēta aq:aer:ignis.ex aliquo istoꝝ mūdari uoluerūt q expiarēt pœnas eius qđ terrena cōtagiōe cōtractū esset & quoniā materia hæc mūdana:uñ oīs stultitia & oē malū nasciť.i quattuor hæc elemēta diffundiť.ex qttuor ēt elemētis dilui & purgari oē aī uitiū crediderūt.Aer qppe accipiť i eo qđ ait.suspēsæ ad uētos.aq i eo qđ ait sub gurgite uasto.Ignis aūt suo noīe cypressus ē cū dixit:aut exuriť igni.Iuue.āt p sepulchra & tædas ignē ītelligēs:& p humidā lauꝝ.aquā duo solū piacula ponēs cætera subaudit exēpli.n.cā hæc posuisse satis putauit. CVPerēt lustrari:piari purgari:qđ de cāpis elyses & Virgilius inqt. Quiq sui memores alios feceř merēdo.i.q.ꝓmeruerūt alios.eosq sui memores ꝓmerēdo fecerūt.prorsus tanq̄ diceret qđ ore christiano frequēter dici solet:cū se cuiq sanctoꝝ summisse ac suppliciter commēdat:& īfert:memor mei esse:ergo cuperē lustrari aīe cū ad inferna trāsierūt:nā quæ in corpibus uiuētes p dilectionē reꝝ uisibiliū corpalibus imaginibꝰ afficiunť.a corporibus exeunte in eisdem imaginationibus tormēta patiunť propterea corpalibus passionibus ibi teneri pn̄t:quia a corruptione corpalium affectionum hinc purgatæ nō sunt:quā corpulentiā: ut ita loquar de corpis dilectiōe traxerunt. ILLic:ubi anima cruciatur. TRVcidamur circūducimur:& pœnaꝝ uaria subimus genera:in aliis legitur:illuc.ut sit sensus:tādem morimur & uult & amētes fuisse cōprobamur qui magnam rebus humanis curam impenderimus. MISEri:cæci:qui sentientes nos quottidie mori cuꝫ infantes:cum pueri cum iā uiri post senes & decrepiti efficiamur.& nihil morte certius habeamus:nos futuros tñ credamus immortales. ARma qd ul.lit.iuuer.promo.qd est q multos uicimus populos & fines extendimus cum intra breuissimum tpis spacium hæc sint nobis deserēda.IVVerna insula inter britāniam & hyspaniā sita est:quæ lōgiore ab aphrico in boream tractu porrigit. ET modo ca.or.oceani insulas.orchades ut Solinus scripsit:sunt septem dierum totidēq noctium cursus numero tres:non habent syluas:tantuꝫ iunctis herbis inhorrescunt.cætera eaꝝ nudæ arenæ & rupes tenent:ab orchadibus tylen usq quinq dieꝝ & totidem noctium nauigatio est. AC mi.con.no.bri.subaudi ubiq ultra.Insulæ in ipsa brytānia sunt:ubi æstiuo solstitio prope nox nulla est:quia uicinus occasus uel ortus solis ex obliquo terræ margine laxe ad undas proximā sibi insulam & noctibus illustrem facit.xii.horas dies lōgissimi habere dicuntur.At Solinus inquit multæ circum brytanniam insulæ e quibus tyle ultima:in qua æstiuo solsticio sole de cancri syderi faciente transitum nox pene nulla:brumali solsticio dies adeo conductus:ut ortus iunctus sit & occasus.

Sed quæ nunc populi fiunt uictoris in urbe
Non faciunt illi quos uicimus:et tādem unus
Armenius zalates cūctis narratur ephebis
Mollior ardenti sese indulsisse tribuno
Aspice qd faciāt cōmertia:uenerat obses:
Hic fiunt homines:nā si mora lōgior urbem
Indulsit pueris:non unq̄ deerit amator.
Mittentur bracæ:cultelli:fræna flagellum:
Sic prætextatos referūt artaxata mores.

Satyra tertia.

Q Vamuis digressu ueteris confusus amici
Laudo tamen uacuis q sedem figere cumis
Destinet atq unum ciuem donare sibyllæ

¶SED quæ nunc romanos arguit multa.n.scelera cōmittebāt:q qdem uicti populi uitabāt.Oñditq honestos alibi romæ cōtagiōe corrūpi. ARmenius:armeniā Cæsar Augustus uēdicauit:ut Suetonius docet. ZALATes.id obsidis proprium est. Datos autem fuisse ab armenis Clodio & Domitio corbuloni Tacitus scribit. EPHebis εφηβοσ puber dicitur. εφηβεω pubesco:εφηβïα ætas est pria adolescentiæ. COmmercia:cōuersationes. OBSes:is ē q dari solet cū honore custodiēdus:nec unq̄ liganť obsides auctore ēt Seruio lib.ii.æn.Et Festus ait q obsides dicuntur pro obfides.i.pp fidem quia ob fideꝫ patriæ ꝑstāda danť. HIC fiūt hoīes.Ironice loquitur. MIttenť pro omittenť & relinquenť: BRAcæ:idest uestimēta qbus utebātur in patria & cultelli frena flagellū hoc est studia exercēdoꝝ equorū.& uirillis disciplina dediscetur.reportabuntq in patriā romanos mores pditissimos:hæc sentētia placet:Persius.n.satyra tertia.Brachatos medos appellat utq Ptolomæus libro sexto edocet.Media ab occasu terminať maiori armenia.in qua sunt artaxata:ut idem lib. quinto ostendit.Optime ergo post illud mittentur brachex.Artaxata subiicit. BRAcæ:sunt qui bracas & braccas sunt qui brachas & bracchas dicunt scribuntq

MAN
Armeni
Ephebos
Ephebeo
Obses
Media

esse uelamē illud siue lineum siue laneū siue ēt scorteū ab umbilico icipiēs & ad crura usq3 protendens: quo
Bracae nautæ in primis & gentes frigidioris plage utunt̄. Diodorus āt li.vi. de galatis scribēs ait uestes ad terrorē itō sas ac coloris uarii ferūt.q̄s illi uocāt brachas. SIC in urbe morādo & studia pristina omittēdo.i. romanos: ii.n. prætexta ueste utebantur. ARtaxata: urbs est maioris armeniæ i cāpis sita iuxta araxē: teste pli. li.vi. Tacitus uero lib.xiii. scribit Neronis tempore corbulonem romani exercitus imperatorem artaxatus ignē im-
Artaxata misisse. Illaq3 deleta & solo æquata esse. quia nec teneri sine ualido præsidio ob magnitudinem mœniū: nec id romanis, uirium, erat quod firmando præsidio & capescendo bello diuideretur.

Argumentum satyræ tertiæ.

Ex urbe Vmbritii digressum tertia monstrat.

QVAMuis digressu: scriptur⁹ poeta urbis scelera umbritii digressū describit. Eūq3 illa exprimētē i ducit pli. lib.x. cap.iiii. de uulturibus sic ait. Vmbritius haruspex nr̄o æuo peritissimus parere tra-
Vmbritius dit oua tredecim. Tu tñ aduerte phylosophū scribere li. sexto de aīalibus q̄ Vultur nidificat in ex celsissimis rupibus: uñ fit: ut raro nidus & pulli uulturis cernātur pariūt uultures oua bina &c. De umbritio itē paulo iferi⁹ uideto: ibi.s. ranaꝝ uiscera nunq̄ īspexi. AMIci: amicus est q mihi usu uitæ similis
Vultur pio ac fideli amore cōiūgit̄. socius uero ē qui nobis aliquo pacto ad aliquid gerendū cōiungit̄: ut īquit i rhet. Victorinus. CVmis: cumæ in campania sunt antiquitate cunctas & siciliæ & italiæ urbes antecellit urbs.
Amicus ipsa. Hippocles autem cumæum & megasthenes calcidēsis cōdiderūt qua ex re cumæ nuncupantur non-
socius nulli cumas ob κυπατα. i. fluctus nomē duxisse, memorāt: littus.n. proximum frequentibus abundat tergo-
cumæ ribus. quibus illisæ fremūt: unde auctor est Strabo libro quinto. Ibidem uero Sibillæ sacellū erat: ut etiam Solinus ait & Maro. VACuis: nō plenis ciuium uti roma. Destinet: deliberet constituat.
DOM ¶ QVOS uicit. armeni.s. & daci quos uicit Domitianus. ZAlates ꝓpriū est nomē obsidis: ut Degis apud Mar. Accola iam nostræ degis germanicæ ripæ. O fidentinū ridiculū qui Zelotes populos esse ait armeniæ idq3 audet Iosephi auctoritate affirmare: hō uanissimus modo ait zelotas dici lasciuiis imbustos. testeq3 utit̄ Mar. Transcurrunt zelote leuesq3 läces: cum eo uersu scribatur: transcurrunt gabatæ. Gabatæ autem sunt lā ces quædam: ut in commentariis a nobis editis satis disputatum est: hic autem cuius animus semper in pati-nis est cuiusq3 magnam ingluuiem uix uenter capit miror qūo a lancibus sibi iucundissimis ad populos discesserit. ALterius satyræ hic er t finis: ubi uinum illud ab omnibus litteratis & satyræ luue. studiosis diligentissime peto nostrum, ut laborem uel prohibent: uel adiuuent: deniq3 ueniam liberius aliq̄ñ irascenti & obiurgā ti impudentissimū plagiarum: qui me quidem non moueret: est.n. omnino contēnendus: nisi quorūdam inuidorum & maliuolentissimoꝝ hominum perditissima cōiuratio: hunc sibi ducem & furoris facem p̄ferret: ego uero nec insanus eoꝝ uocibus: nec ullis iniuriis per territus: quæ laboraui. quæ peperi quæ mea sunt. de manibus alienis auferā: & uindicabo. proferam in lucem ad cōem studiosoꝝ hominum utilitatem.

QVāuis digressu. Rephēsurus acerbitate satyrica ciuitatis uitia ex hoc p̄sertī: q̄ bonis uiris locus ñ sit i urbe: sed tātū pegrinis seruilibus assentatoribus. Vmbritiū suæ ætatis uiꝝ optimū & aruspi cē migrare parātē itroducit: eiq3 suas dat ptes ad urbis icōmoda exponēda. VACuis cumis: cu mæ i cāpania italiæ oppidū italiæ & siciliæ urbes antiqtate antecellit cōditū ab hipocle cumis cu-mæo & megasthene calcidēsi: nomē sortitū est a Cumæis.q ex Euboia uenerāt: q̄uis id calcidēses cōdiderint ut Strabo scribit alii a fluctibus q dicunt̄ κυματα: sūt em̄ in littore appellatas putarūt hæc ex Strabōe & Plinio. VACuis: ad urbis dr̄iam: ubi multitudine sceleratoꝝ & pegrinoꝝ locus bonis uiris nō erat. Baiæ i littore cāpo: a Baio Vlyssis socio. Sillius. Sedes ithacēsia bai: quē locū deprauatū: ut multa alia apud Siliū emen dauimus. q̄d in cōmētariis nostris: quos in eum poetā cōposuimus: et Prope dieꝫ edemus: facile aparebit.
MER: ¶ ARMENius. Zalates. Hic quū obses esset tribuno impatienter amāti pudicitiā ꝓstituit: datos fuisse ab ar meniis obsides Claudio & Domitio corbuloni tradit Cornelius tacitus. HIC fiūt homines. Ironicos dixit MITtentur braccæ: cultelli: frena. flagellū: his sane muneribus honestius & peride facilius capi uident̄ pue ri q̄ pecunia & uidetur respexisse ad illud Aristophanis in Pluto.q generosos adolescētes atheniensiū ait hu-iusmodi munera ab amatoribus suis exiere. αἰτοῖν οὐκ ἀργυριον οἱ χρηστοί τι λ᾽ μεν ἵππον ἀγαθὸν ὁ δὲ κυνάς θηρευτικάς. Braccæ uestes quibus pudēdæ partes uelātur: & ab umbilico usq3 ad genua protendūt falsoq3 adducit Diodorum siculum expositor quidam q̄ cælte intonsas uestes: ac coloris uarii ferent. quas uocāt bracchas: cū is historicus scribat a gallis braccas uocari: quas græci ἀναξυρίδας dicunt. uerbaq3 græca subiciemus: ut uerior nostra snīa habeatur. ἐσθῆσι δὲ χρωνται καταπληκτικαῖς χιτῶσι μὲν βα-πτοῖς χρωμασιπαντο δαποῖς διηνθισμένοις καὶ ἀναξυρίσιν ἃς ἐκεῖνοι βρακὰς τῶν. ARTaxata accusatiuus pluralis aduerbialiter positus & declinat̄ hæc arataxata τὸν artaxaton ē armeniæ ciuitas.

QVAMuis digressu ueteris confusus amici. Laudo tamen uacuis quod sedem figere cumis. Destinet. Sub umbritii persona uiri innocentis & integri plurima carpit uitia: quib⁹ uniuersa Roma laborabat: sed in primis græce gētis moresq: quæ assentatione totam urbē inuaserat: imitatq3 Horatiū: qui nūc p Damasippum: nūc p patrē: plurimos nō bonos designat. Ergo migraturus cu mas umbriti⁹: uelut rogatus a poeta causas affert cur Romā relinquit. VAcuis: desertis CVmis ciuitas in cāpania. Cumæ: q ab undis nomen traxit. Nā κῦμα undā significat. VNum ciuē donare sybillæ festiua p̄iphrasi significauit hunc ciuem cumanum futuꝝ. Cumas.n. sybilla incoluit: ubi & sortes dabat.
VAL. ¶ SED quæ nūc populi fiunt uictoris in urbe.i. quæ uitia admittuntur romæ. Zelotes: qui græce ζηλωτής idest imitator dicitur & est systole: quia proprium. CVNctis narrarur ephœbis. puberibus hinc ephœbia pubertas est etiam ætas prima adolescentiæ. adolescentia extrema pueritiæ: ab epi & hebe pubertas. ARdē ti: amanti depereunti INDulsisse: exibuisse. QVID faciant commertia: cōsuetudines unde uitia oriun-

tur. HIC fiūt hoīes:irōia ē hic fiūt obſcœni. NON unq̄ deerit amator.ē ſynalœpha p craſſim.prior enī ma net & ſeqūes abiicit uocalis qđ ſi duo e ſcribant:ut in qbuſdā codicib⁹ ē:erit ſynalephia per ſynezeſim nō per ſynæreſim. MIT tentur bracæ:aphæreſis ut placet Probo mittentur pro omittentur:alia ab amatoribus mitti putant.ut apud Ariſtophanem illud κοὶ τοὺσ γέϖάιλασ φασὶ τουτὸ λράν ουτὸν ἐράσόν ἀλλα ταργύριου χαριν. FREna dicimus & frænos.Lucanus.Saxa quatit pulſu rigido uexātia frænos. FLAgel lum quo equi excitant ad curſum.ē aūt flagellū uirga ſurculus q ex arbore porrect⁹ ucto pdatur. Virgili⁹ in geor. Ne ue flagella ſūma pete aut ſūma defringe ex arbore plātas. PRAEtextatos:turpes romanoꝝ mores.Refe rūt artaxata:ad harmeniæ nobiliſſimas ciuitates:hoc ē in urbe corrupti referūt romana ad parthos uitia:arta xata enī urbs harmeniæ fuit.ſane priſtinā hermeniū tenuē admodum extitiſſe ferūt:inde artaxiæ & hariedis opa ampliorē factā.Strabo armeniæ inqt ciuitates ſunt artaxata:quā & artaxiata uocāt:quā ab ānibale cōditā ferūt regi artaxiæ:huic artaxinus cāpus uicinus ē frequētibus habitatus colonis cū illis ſit regia.hanc urbē ſub ſeuero Macrinus uindex expugnauit.

QVāuis digreſſu ueteris cōfuſus amici:de urbis incōmodis & de receſſu umbritii locutur⁹ urbis rome cōſuetudinē deteſtat ſub pſona umbritii amici ſui. CONfuſus deeſt ſim. VACuis:carētibus mo leſtia:aut certe minus q̄ romæ hɑbitātis. CVmis.cumæ ab undis maris q̄ cymata dicunt.aut a mu liere prægnāte:ut ſeruius putat:qđ ἐγκύειν prægnantē eē ſignificet. DEſtinet:nūc deliberet:ali qñ enī mittere ſignificat:ut ipſe alibi:deſtinat hoc monſtrū cymbe liniq̄ magiſter Pontifici ſūmo. ATq̄ unū ciuē donare ſibyllæ:cumeæ:ſane ſibyllas ueteres puellas oēs dixerūt:quarum pectus numē recipet:& a cōſiliis deorū nūciandis hoc nomē impoſuerūt ſius enī deos nō theus:& cōſiliū nō bullē:ſed bylē æoles dicebant itaq̄ ſi byllā dixerūt q̄ſi θεου βουλην Fuerūt aūt ſibyllæ decē:quarū prima noīata ſambethe.hanc calcidicā ueteres fuiſſe phibent:ſunt q hebræā dicāt & uni filiorū Noe nupſiſſe:& cū ipſo arcā cōſcendiſſe & ipam pdixiſſe quæ de turri cōſtructa feruntur linguarūq̄ uarietate:linguaq̄ uſam hæbraica: & de alexādro macedone prædixiſſe multa:ut Nicanor refert:qui alexādri uitā ſcripſit ſecūda ſibiſſa:cuius facit mētionē Euripides in ſalaminis plo go.tertia delphis:quæ nata in delphis eſt ſicut Chriſippus ſcribit:quarta italica:q in italiæ ſolitudinibus uixit.qn ta erithrea q bellū imminens troianū pdixit:de qua apollo ſcribit erithræus.ſexta ſamia quā pitho nominatā fe runt:ſeptima cumæa noīe amalthea:ut alii erophile:ſunt qui taraxandrā uocent.Virgilius aūt ipſam deiphobē nominat.octaua helleſpontiaca quæ in uico marmiſſo nata fertur prope quondā oppidulū gergetiona.nona phrigia.decima autem tiburtia nomine albumea:hanc aiunt oracula conſcripſiſſe certiſſima cunctis uero præ ſtitiſſe erithræam ferūt:quæ cum prima nata eſt cœpit loqui:& grauia & nomine ſuo multos compellare.

Ianua baiarum eſt & gratū littus amœni
Seceſſus:ego uel prochitam p̄pono ſuburæ
Nā qđ tā miſerū: & tā ſolū uidimus:ut nō
Deterius credas horrere incendia lapſus
Tectorū aſſiduos:ac mille pericula ſæuæ:
Vrbis & auguſto recitantes mēſe poetas.
Sed cum tota domus rheda cōponitur una:
Subſtitit ad ueteres arcus.madidāq̄ capenam
Hic ubi nocturnæ numa cōſtituebat amice
Nūc ſacri fontis nemus. & delubra locantur
Iudeis:quorū cophinus fœnūq̄ ſuppellex
Ois enī populo mercedē pendere iuſſa eſt
Arbor. & eiectis mendicat ſylua camœnis.
In uallē egeriæ deſcendimus & ſpeluncas
Diſſimiles ueris.quanto preſtantius eſſet
Numē aque uiridi ſi margīe clauderet undas

¶ IANVA baiaꝝ:cōtiguus baiis lucrinus adeſt ſi nus.Baias aūt ab Vlixis ſocio baio noīe uocabulū tra xiſſe ferūt.Erāt ibi calide aquæ & ad uoluptatē & ad ſanādos morbos accōmodiſſimæ:qđ etiā Strabo lib. v.ſcribit. GRatū littus:ſunt.n.amœna cāpaniæ litto ra ut ſcribit Mela. PROchitā:ante miſerū prochita iacet inſula a pithecuſis qñq̄ diuulſa.ut ſcribit Stra.li. v.Dicta aūt pchita a προχέω qđ eſt effundo. Nā ut Plini.ſcribit li.iii.c.vii.ab enaria iſula pfuſa erat.Ena ria uero a ſtatione nauiū.Aeneæ ab Homero inari me dicta:ut idē ait. Virg.quoq̄ ſic. Tū ſonitu pchita alta tremit:durūq̄ cubile inarime iouis imperiis ipo ſita Tipheo.Dioni.aūt ſcripſit a pchita muliere troia na pchitā inſulā dici. SVBurræ. in antiqs textibus: & in Varrone quoq̄ ſuburra eſt nō ſuburra.itaq̄ p unicū r melius ſcribit.nam Varro inqt ſubura q ſub muro terreo carinaꝝ.Et poſtea ſic ſubura Iunius ſcri bit ab eo q fuerit ſub antiqua urbe:cui teſtimonium pōt eē q ſubeſt & loco q terreus murus uocat. Erat aūt celeberrima regio pptereа Iuuena.illā opponit p chitæ:qđ quidē Martia.oſtēdit li.xii.dicēs.Dū tu for ſitan inquietus erras:Clamoſa iuuenalis in ſubura.Et paulo inferius ad Marcellā. Nulla nec in media certa tabit nata ſubura Nec capitolini collis alūna tibi. AC mille pericula ſæuæ urbis.Idē fere Cicero q̄ſtus ē li.vi. epiſtolaꝝ ſam.his uerbis.Equidē nos q romæ ſumus miſerrimū eē duco nō ſolū q in oibus malis acerbius ē ui dere q̄ audire:ſed etiā q ad oēs caſus ſubitoꝝ periculoꝝ magis obiecti ſumus q̄ ſi abeſſemus. AVGuſto recitā tes mēſe poetas:eos.n.recitātes audiēdo tædio maximo afficiebant. SEd quū tota:in antiquis ē quū & dum. RHÆda:dicūt aliqui rhædā uehiculū dici q rotas hēat.Fabi.uero li.i.docet gallicū eē uocabulū. VNA:p id ga zæ tenuitatē oñdit. AD ueteres arcus.hos lateritios ab Romulo cōſtructos dicūt:nec florētes poſtea romani paſſi ſunt in marmoreos cōmutari:ut antiquitatē & memoriā cōditoris cōſeruarēt. MADidāq̄ ca.porta ca nape Appia quoq̄ dicta ē ut Frontinus ſcribit:ſcđm uero alios a capena oppido iuxta quā portā fontes erant & aquæ ductus ſup eam.De aqs capene portæ uicinis Oui. li.v.faſt.ſic ait.Eſt aqua mercurii uicina capenæ &c. HIC ubi nocturnæ romani po.carpit locabāt.& enim nemora aliis muſarū ppria. HIC:p illic. CONſtitue

MAN.
Baiæ
Prochita
Pracheo
Enaria
Inarimæ
Subura
Rhæda
Capena porta

Ægeria bat:loqbať. AMIcæ.i.ægeriæ:de q̃ li.iii.faſt.ait,poeta.Aegeria ẽ q̃ p̃bet aq̃s dea grata camœnis.Illa Numæ cõ
Camœna iunx cõſiliũq; fuit. Sacri fontis nemus.Liui.n.li.i.ſic ait.Lucus erat quẽ medium ex opaco ſpecu fons p̃eni riga
rum lucus. bat aq̃:quo qa ſe pſæpe Numa ſine arbitris uelut ad cõgreſſũ,deæ inferebat:camœnis cũ lucũ ſacrauit ꝙ dearũ
Camœna ſibi cõcilia cũ cõiuge ſua Aegeria eẽnt.Plu.uero ſcri.nõ ſolũ camœnis lucũ & prata q̃ circũ erãt ſacrata ab numa
rum fons. fuiſſe:ſed & fontẽ ip̃m ſacris ueſtalibus uirginibus cõſtitutũ.Scriptores p̃terea nẽora appetũt.uñ Hor.li.ii.epi.
Scriptorũ ad floꝶ ait.ſcriptoꝶ chorus oĩs amat nemus & fugit urbẽ. DELubra:Camœnaꝶ.ſ.utq; Aſconi.li.i.uerrinarum
ſeceſſus ait.Tẽpla ſunt ſinguloꝶ diis attributoꝶ locoꝶ Delubra uero multaꝶ ædiũ ſub uno tecto ab diluuio pluuiæ mu
Templa nitarũ.Alii delubra dicũt ea tẽpla ĩ qbus nũc delubra corpoꝶ abluẽdoꝶ mor̃ dodõei iouis aut apollinis delphi
Delubra ci:in qbus delubris lebetes tripodeſq; uiſunť:li.aũt.iiii.geor.ẽt aliter ex Macro.diximus. IVDæis:qbus edicto
Domitiani urbe pulſis neceſſe fuit ſyluas incolere. COPhi.uas.ex uirgultis:græca aũt ẽ dictio:Priſci.corbẽ iter
Cophinus p̃tať. SVPpellex:ſuba facultas ſarciulæ. COPhinus fœnũq;.ex tenui & uili ſupplectile iopiã declarauit iudeo
Pendere rũ:de iis aũt latius dixi.ſat.yi.cophĩo fœnoq; relicto.itaq; uidere ñ pigeat. PEnder̃:ſoluere.pẽſo.n.ære ñ nũera
pœnas to debitũ ſoluebãt.uñ Feſt.ait pœnas pẽdere ꝓprie dr̃ q ob delictũ pecuniã ſoluit.qa pẽſo ære utebãť. ElEctis
ca.qb⁹ ſacraꝶ erat nem⁹. MENdicat:ab aliis neceſſaria q̃rit & captat. SYlua.i.iudæi ip̃i ſiluã ĩcolẽtes.uñ ſat.yi.
ait.Quũ dedit ille locũ cophino fœnoq; relicto Arcanã iudæa tremẽs mẽdicat ĩ aurẽ ĩterp̃s legũ ſolymaꝶ &c.
DOM. ¶ IANua ba.ẽ.urbs cumaꝶ.baiæ a ſocio Vlyxis baio illic ſepulto nomẽ adeptæ ſunt Silius italicus. Primores
adſũt capuæ docet ille tepẽtes.Vñ ferãt nomẽ baiæ comitẽq; dediſſe.Dulychiæ pupis ſtagno ſua noĩa mõſtrat
GRAtũ littus qd̃ illac p̃tereũtib⁹ multã p̃ſtet uoluptatẽ.littus ἀπὸ τοῦ λιτάνευειν eẽ uoluerũt qdã qd̃ ꝓfi
ciſcẽtis & reuertẽtes ſolẽãt ibi uota accipe:& dona litare. EGO uel ꝓ inarimes mõs fuit iqt Plin.q terræ motũ
paſſus alterã fudit ĩſulã q̃ ꝓchita ab effuſiõe dcã ẽ:nã ꝓcheo effũdo ſignãt.Oui.ĩarimẽ ꝓchitãq; legit Vir.Tũ ſo
ſonitu ꝓchitã alta tremit. PRæpono ſub.ſuburrã ꝓ roma poſuit.q̃ romæ ps fuit.Suburra iuni⁹ ſcri.ab eo q̃ fue
rit ſua antiq̃ urbe:cui teſtimoniũ eẽ potuit ꝙ ſuberat ei loco q terreus murus uocabať:ut inquit Varro. TAM
ſo.deſertũ. AVGuſto re.mẽ.poe.cũ recitatiõi poetaꝶ tp̃s magis aptũ elegi debuerit:auguſto.n.mẽſe,hũanum
corpus maxĩe debile ẽ:ut uel minimo labori ſuppeditare nõ q̃at:quo reficeret ergo corpus ſuũ coibat populus
poetaꝶ labores q̃ ĩ eẽnt nõ reputãs. SED dũ to.do.amici ſũmã exprimit inopiã. RHeda co.una rheda uehi
culi g̃nus.Ci.ad Var.qd̃ ſituã heri rhedã nõ hũiſſem.uarices hẽrẽ:teſte aũt Quin.gallicũ uerbũ ẽ. SVBſtitit:ſte
tit rhedã ſpectãs. MADidãq; ca.portã.Proper.Armaq; cũ tulero portæ uotiua capenæ.Madidã:iõ ꝙ ſup eã aq̃
ductus erat uelut ait Prob⁹.Hic,urbi nocturnæ numa cõſtituebat amicæ. EGEriæ:egeria fuit nympha q̃ cole
bať ĩ aricino:cũ q̃ numa & cõnubiũ & colloquiũ ſe hr̃e ſimulauit ſup cultũ religionũ:quo armoꝶ & p̃dæ ſtudio
flagrãtẽ populũ romanũ abſtraheret.uñ Oui.Aegeria ẽ q̃ p̃bet aq̃s dea grata camœnis.Illa numæ cõiũx cõſiliũ
q; fuit.NVNc ſa.fon.ne.huius meminit Liui.Ingẽs lucus erat quẽ mediũ ex opaco ſpecu fons p̃enni rigabat aq̃:
quo qa pſæpe ſe numa ſine arbitris uelut ad cõgreſſũ deæ ĩferebat:camœnis eũ lucrũ ſacrauit:ꝙ caꝶ ſibi cõſilia
cũ cõiuge ſua egeria eẽnt:& ſoli fidei ſolẽne ĩſtituit:ad id ſacrariũ flamines bigis curru archuato uehi iuſſit:mãu
ad digitos uſq; ĩuoluta rẽ diuinã facere ſignificãtes:fidẽ tutãdãq; cædẽ eius ẽt ĩ dextris ſacrã eẽ. ET de.idẽ deco
riata ꝓ ſimulacris deoꝶ more ueteꝶ poſita exiſtimẽt:ſe male ꝓinde ſũt q tẽpla eẽ dicũt ſinguloꝶ diis attributo
rũ locoꝶ:delubra multaꝶ ædiũ ſub uno tecto a deluo ĩmutatũ:alii delubra dicũt ea tẽpla qbus nunc delubra cor
porũ abluẽdo more dodonei iouis aut apollinis delphici ĩ quoꝶ delubris lebetes tripodeſq; uiſũtur. IVDæis:
ſubaudi mẽdicis. QVOꝶ cophinis fœnũq; q̃les dicit ubi ſabbato calida ſeruat. SVPpellex:paupes aũt ſigni
cat. POPulo:rõano. MERcedẽ:pẽſionẽ ĩmẽſã rõanoꝶ:dat ĩtelligi auaritiæ crudelitatẽ.ARbor:lucũ dicit uel
hortũ. ET ſpe.eũdẽ locũ dicit ubi ſũt fontes. DISſimiles ue.quia nõ erãt naturales ſed manu cõfectæ. QVã
to præſtãtius:melius ſi natura ſua eſſent nymphæ q̃ marmoribus:nec a flagitioſis hoibus polluerentur.
MER. ¶ IANua ba.ianua ĩgreſſus:& aditus baiaꝶ. BAiaæ:locus amœniſſimus ĩ cãpania ab Vlyxe conditus:& ab
Aduectus romā: quo pruna & coctana uēto
Vsque adeo nihil est q̄d nostra infantia cœlū
Hausit auentini baccha nutrita sabina:
Quid q̄d adulādi gens prudentissima laudat
Sermonem indocti faciem deformis amici:
Et longum inualidi collum ceruicibus æquat
Herculis antæum procul a tellure tenentis

MAN. Epulandi mos in lectis democlis — ℭSIGnabit. s. testamentū. TORo meliore: honoratiore loco discūbet: tribus. n. stratis lectis olim epulabanᷣ. Epulandi uero morē in lectis stratis Cicero lib. v. tusc. ostendit. ait enim de Dionysio tyrāno siculo ĩ democlis cōuiuio hæc uerba. Collocari iussit hominem ĩ aureo lecto strato pulcherrimo textili stragulo magnificis opibus picto: abacosq₃ q̄ plures ornauit argento auroq₃ cælato: tū ad mensam eximia forma pueros delectos iussit cōsistere &c. QVO pruna & coctana uento. i. eodem mō uenalis. Coctana aūt est in antiquis nō coctona. Plinius de iis libro decimo tertio ait q₃ syria peculiares habet arbores. In ficorū aūt genere caricas & minores eius generis q̄ coctana ūocāt. Itē prūa ĩ damasco monte nata. Martialis

Caricæ Coctana — libro decimotertio. Hæc tibi quæ torta uenerunt cōdita mēta. Si minora forēt coctana ficus erant. VSQue adeo. i. certe: uel intantum si interrogatiue legeris uel usq₃ adeo. i. continue hausit cœlū: est aūt sensus Romæ nati atq₃ nutriti fuerimus nihil est: græci enim & uenales serui in ptio sunt. HAVsit cœlum: spirando cōcepit aere. BACca sabina: fructus a sabine ĩ urbē latis. QVId q₃ adulandi: adhuc ēt ĩ græccos inuehiᷣ. QVId

Collu; Guttur Cula Ceruix Antæus Antæro Hercules — supple ulterius dicā. GENs: græcca. s. PRVdentissima: scilicet est. Et longū ĩualidū: adulatio ē ĩ luctatorē. COLlū ceruicibus æquat: collū dr̄ q₃ iter pectus & faciē ē: cuius ps prior gutur: posterior gula: ps āt posterior colli extrema ceruix appellata ē: ut scribit philosophi iterps lib. i. de aīalibus. ANTæū ἀνταῖος cōtrari⁹ iterptaᷣ ἀντιστῶ cōtra eleuo. De Antæo cū Hercule Pugnāti uideto Lucanū lib. iiii. ibi. Nōdū p⁹ gēitos tell⁹ effœta gigantes. Terribilem lybicis partu concepit in antris &c. Eusebius autem scribit q₃ diciᷣ Antæus terre filius: quia solum palæstricæ artis certaminumq₃: quæ in terra exercentur scientissimus erat: & ob id uidebatur a terra matre adiuuari. PROcul a tellure tenentis apud Lucanum libro quarto Hercules cu; antæo certans ait. Non credere solo sterniq₃ uetabere terræ. Hærebis præssisq₃ intra mea pectora membris. Hunc antæe cades: sic fatus substulit alte. Nitentem in terras iuuenem morientis in artus. Non potuit nati tellus submittere uires. Alcydes medium tenuit iam corpora pigro. Stricta gelu terrisq₃ diu non crediditi hostem.

DOM. ℭPRuna & coctana: fructus sunt peculiares syriæ: ut scribit plinius. Coctana uero fici minores erant: ut idē est auctor Martia. Si maiora forent coctana ficus erant. LONgum collum: hæ assentatio erat in gymnasio ĩ palæstritam amicum: nam procera ceruix in palæstrita laudatur: & obstina. Martialis de Tyrone palæstræ Hæc rapit antæi uelox in puluere draucus. Grandia qui uana colla labore facit: pudet refellere deliramenta Fidentini & eius præceptoris. AMIci: a quo uel cœnam: uel aliquid aliud captat: ut Selius cœnipota in paulino apud Martialem: cuius pedes comas & singula membra laudat. QVOD deterius non sonat gallus: ea uox maxime damnabatur. Quintilia. Nam & suffocator sæpe & maiore uisu minus clara est & interim elisa in illum somnum erumpit: cui græci nomen a gallorum immaturo cantu dederunt.

¶FVLtusq; tho me.recũ.Honoratiore loco discũbet:nam tribus stratis lectis epulari ueteres consueuerant.un de Virgilius.Inde thoro pater æneas sic orsus ab alto. ADuectus ro.quo pr.& coct.uẽto.Sic Persi⁹. Ita fit post quã sapere urbi cũ pipere & palmis uenit nostrũ hoc maris expers:ergo ita naui uectus est romã græculus: quẽadmodum e Damasco pruna & de Syria coctana. PRuna:hac in parte damascena intelligo:nã peregrina erãt & trãsmarinis locis uecta.Mar.Pruna peregrinæ cariæ rugosa senectæ.Sũmæ solent duri soluere uetris onus. COctona:uero ficus minores:de qbus idẽ.Hæc tibi quæ cocta uenerunt condita mẽsa.Si maiora forent coctana ficus erant.De utrisq;.xiii.naturalis hist.hæc legimus.Syria peculiares habet arbores:in nucũ genere pistacia nota prodesse aduersus serpẽtum morsus tradunt & potu & cibo.In ficoꝝ aũt caricas minoris eius generis: quæ coctana uocant:itẽ pruna in damasco mõte nata & i qntodecio in peregris arborib⁹ dicta sũt damascena a syriæ damasco cogminata:iampridẽ in Italia nascẽtia. BAccha sabina: oleo sabino per hoc rõæ indigena ondit. MERV. Pruna damascena. Coctona

¶PRVna:damascena dicit.quæ ex damasco primũ fuerant auecta. ET coctana:caricæ minutæ.Plinius ficorum autẽ caricas minoris eius generis:quæ coctona uocant.Hæc tibi quæ cocta uenerunt condita mensa.Si maiora forent coctana ficus erant. QVod nostra infantia cœlũ ausit auentini.idest romani & qui romæ nati sumus. COElum hausit auentini:aut q; romani deorum genus eẽ crediti sint:aut cœlum aerem dixit:ut Lucre. Quæ generantis in hoc cœlo qui dicitur aer.Auẽtinum aliquot de causis dicunt:ut Varro inquit uocatum.Neuius ab auibus q; eo se a thyberi ferrent aues:alii a rege Auentino albano:q; ibi sit sepultus:in qua sentẽtia messalla etiam est:qui inquit ex tyberio superfluit agrippa:ex quo Romulus siluius:qui sine prole fulmine ictus stirpẽ eiusdem auentinum in regno reliquit:is decescens in quo sepultus fuerat:colli nomen dedit.Alii auentinum ab aduentu hominum:quod commune latinorum ibi dianæ templum sit constitutum:ego maxime pũto q; ab aduentu inditum sit nomen:nã olim paludibus mõs erat ab aliis disclusus itaq; eo ex urbe aduehebant ratib⁹. BAccha nutrita sabina:quia Romanorum & sabinum imperium unum fuit:baccha hic fructus est arborum agrestium:nam & bacchantem mulierem & margaritam significat mutata tamen scriptura. ANTAEVM pocula te lute tenentis sustulisse dicitur nota est de antæo fabula. GALLINA marito.gallo siquidem tum cum gallina mordetur inconcinnissime sonat. VAL.

Miratur uocem angustam:qua deterius nec
Ille sonat: quo mordetur gallina marito.
Hæc eadem licet & nobis laudare:sed illis
Creditur: an melior cũ thaida sustinet an cũ
Vxorem comœdus agit:uel dorida nullo
Cultam palliolo:mulier nempe ipsa uidetur
Non persona loqui uacua & plana oia dicas
Infra uentriculum & tenui distantia rima
Nec tamẽ anthiochus:nec erit mirabilis illic

¶ANGVstam: raucam suffocatam imperfectam: nam mox ut emissa fuerit cõtiscescit:iccirco nequaq longius producitur QVA deterius nec ille sonat hanc uocem libro undecimo Fabi⁹.ita ĩprobat. Vox autem ultra uires urgẽda nõ est:nam & suffocatur sæpe & maiore nixu minus clara est:& interim elisa in illum sonum erumpit.cui græci nomẽ ab gallorũ immaturo cantu dederũt. ILLIS græculis.s. AN melior:scilicet est:ostendit autem græculum personæ cuilibet in scena idoneum esse. THAIda: idest meretricem. SVstinet:repsentat. COmœdus ipse græculus agẽs comœdias. DOrida: nympham Oceani filiam. CVLTAM ornatam tectam. PALliolo uelo & fascia.Fabius eni libro undecimo inquit.Palliorum sicut fascias,quibus crura uestiũtur focalia.& aurium ligamenta sola excusare potest ualitudo. PERsona:uir personatus:est enim persona oris tegmen qua comœdi utebãtur & tragœdi:eam inuenit Aeschylus.Vnde ait Horatius in arte.Ignotum tragicæ genus inuenisse camœnæ.Dicitur & plaustris uexisse poemata thespis.Quæ canerẽt agere:utq; peruncti fœcibus ora.Post hunc personæ pallæ quæ repertor hõestæ.Aeschylus & modicis ĩstrauit pulpita tignis.Edocuit magnumq; loquitiq; cothurno.Dixiimus etiam plura in satyra sexta. VAcua omnia planaq; deest enim pœnis. DIstantia separata. RIma:ipsius hiatus fissura. ILLIC:ubi græci sũt. ANthiocus is & alii mimi optimi suo tempore erãt: unde & Quintilianus libro undecimo in fine ita scribit.Maximos actores comœdiarum Demetrium & stratoclea placere diuersis uirtutibus uidimus:sed illud nimis mirũ q; alter deos & iuuenes & bonos patres seruosq; & matronas & graues anus optime.Alter acres senes callidos seruos parasitos lenones & oia agitatiora meli⁹ sunt eni natura diuersa:nam uox quoq; demetrii iocũdior illius acrior erat. MAN. galli uox Palliolũ Persona Thespis Aescilus Demetri⁹ Stratoclea

¶MIRAtur uocẽ angustã qua deterius nec ille sonat quo mordet gallina marito.Hãc uocis figuram improbat his uerbis Quintilia.in.xi.Nam & suffocatur sæpe & maiore nixu minus clara est:& iterim elisa in illũ sonum erũpit:cui græci nomẽ ab ĩmaturo galloꝝ cãtu dederũt. SVstinet thaida:psonã agit thaidis in comœdia DORida:personã doridis. NVLlo cul.palliolo:nullo tectã lineo uelamine quod mulieꝝ est:palliolũ a pallio fit:& uidetur lintheum eẽ ad caput obtegẽdum:ide palliolatus.Sueto.de claudio palliolatus nouo more psedit Mattia.Hanc uolo quæ facilis quæ palliolata uagatur.& idẽ.Sucida palliolo uellera qnq; petit. INfra uem. auctore Macro.uentriculũ id latini uocãt:quod græci нκα̃ τωκοιλλια. TEnui.di.rima.uenuste partem qua muliebris sexus discernitur expræssit. MER. Vox elisa Palliolum Vẽtricul⁹

¶CVM tha.su.refert.hoc dicit si uoluerit græcus in scena comœdus agere ita idoneus ita actuosus erit.ut cuilibet.psonæ cõueniet. COmœdus q ædit comœdias:comicus qui scribit. NOn perso.loq.persona tegmẽ & totius corpis opimẽtũ.Hora.post hũc personæ pallæq; reptor hõestæ.Aschylus:a psonando dicta:ut Au.Gel. scribit bassiũ retulisse:q; idumẽtũ oris illud clarescere & resonare uocẽ faciat:& o litterã pp uerbi formam pducere psonã quoq; dicimus q̃litatẽ quãdã p trãslationẽ q̃si habitũ:quẽ gerere deponereq; possum⁹ uel aio uel cor VAL.

pore:uel in extra positis:sicut cũ dicimus:hic uel ille cõtinẽtis:aut incõtinẽtis pueri aut senis formosi uel defor/mis:diuitis uel pauperis:ciuis uel pegrini:plæbei aut clari personã geri:quo pacto Ho.locutus est cũ inqt: Qui didicit patriæ qd debeat & qd amicis. Quo sit amore parẽs:quo frater amandus & hospes:quod sit cõscripti:qd iudicis officium:quæ partes in bellum missi ducis ille profecto:reddere psonæ sit cõueniẽtia cui. Sed hic persona pro indumẽto capit. VAcua & pla.oia di.plana sine pẽne.i.iguina esse fœminea:q: referat fœminã. INfra uẽ, umbriculum. TEnui di.ri.muliebria iguina significat. NE ta.an nec erit mirabilis illic aut stratocles:aut cũ molli Demetrius œmo qui oẽs auctores fuerũt.quos Deme.& Stratocles clarissimi fuisse credunt. Quĩ maximos actores comœdiaɳ Demetrium & Stratoclẽ placere diuersis uirtutibus uidimus.

MAN. ¶ OEmo:oiμω cantilena dicit uel pnũcintio:inde oemus uiri pprium. NAtio.natio dr græcus an barbar⁹ patria atheniensis an lacædemonius. Cognatio qb⁹ maioribus qbus cõsanguineis:auctor ẽ Cicero libro.i.rhetorum. COMœda:agẽdis comœdiis apta. & mima.

Oemus

Natio

Patria

Cognatic

Cicero

Cachinor

Endro/mys

CAchinno:Cicero libro quarto tuscu.sic ait. Vt si reddere concessum sit uituperatur tamẽ cachinnatio. Κἀϱχαζω autem cachinor significat nobis. Κάγχασμος uero cachinnus dicitur. CONcutitur græcus: scilicet: ENdromydẽ:erat hæc uestis hyemalis crassa:qua qdẽ in gymnasiis post certamẽ utebant ne refrigescerẽt:hic Martialis libro quarto ait de endromyde.

Aut stratocles:aut cũ molli demetri⁹ œmo
Natio comœda est:rides maiore cachinno
Cõcutitur:flet:si lachrimas cõspexit amici
Nec dolet:igniculum brumæ si tpe poscas
Accipit endromydẽ si dixeris æstuo sudat
Nõ sumus ergo pares:melior q semp & oi
Nocte dieq; potest alienũ sumere uultum:
A facie iactare manus: laudare baratus
Si bene ructauit:si rectum minxit amicus.
Si trulla inuerso crepitũ dedit aurea fundo

Hanc tibi sequanice pinguem textricis alumnam
Quæ lacædemonium barbara nomen habet.
Sordida sed gelido non aspernanda decembri
Dona peregrinam mittimus endromydem.
Seu lentum cæroma terris tepidumue trigona.
Plumea seu laxi partiris pondera follis.
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus.
Ridebis uentos hoc munere tectus & imbres:
Siue harpasta manu pulueruleta rapis:
Siue leuem cursu uincere quæris atham.
Neue grauis subita te præmat iris aqua.
Nec sic in tyria syndone tutus eris.

SI dixeris æstuo sudat:semper enim auget assentatio id quod is cuius ad uoluntatem dicit uult esse magnũ ut scribit in Lælio Cicero. ERgo:quoniam scilicet adulandi gens prudentissima est:& natio comœda. ALienum nunc enim thaida nunc uxores nũc dorida substinet. A FAcie iactar e manus admiranda signa. LAVdare paratus si bene ructauit si rectum minxit amicus &c. Solebant diuites luxuriose quidem & intemperantes inter epulas & ructare & meiere & crepitum uentris ædere palam:quæ omnia ex luxu prouenientia ædita corpori prosunt:quod ita fieri a qbusdã ut diximus. Martialis me docuit libro tertio in zoilium sic scribens. iacet occupato galbanatus lecto. Cubitisq; trudit hic & inde cõuiuas. Effusus ostro sericisq; puluinis. Stat exoletus suggerit que ructanti. Pennas rubentes cuspidesq; lentisci. Et æstuanti tenue uentilat frigus, Supina prasino concubina flagello. Fugatq; muscas myrtea puer uirga. Percurrit agili corpus arte tractatrix. Manumq; doctam spargit omnibus membris. Digiti crepantis signa nouit eunuchus. Et delicatæ suscitator urinæ. Domini bibentis ebrium regit penem. Et libro decimoquarto. Matella fictilis sic loquitur. Dum poscor crepitu digitorum & uerna moratur. O quotiens pellex culcitra facta mea est:li.uero decimo ait Martia. Nil aliud uideo quo te credamus amicũ. Quam q; me coram perdere crispe soles.

Hæc autem omnia non in ægrotis arguit ut quidam putant:uerũtamen in sanis luxuriosis:itaq; trula non pro uase ad egerendum accipi debet:sed pro uinario uase:nec unquam aliter reperitur:unde Martialis libro nono sic ait Clinicus herodes trulam subduxerat ægro:idest furatus fuerat. Depræhensus dixit stulte quid ergo bibis:est hic uinarium uas:non autem ægestionis.ut ille intellexit. Horatius item satyra tertia libri secundi sermonum. Qui ueientanum festis potare diebus. Campana solitus trula.uappamq; profestis. Et Varro libro primo de lingua latina:uinaria trula accessit:est autem diminutiuum a trua:& idem inquit trua uero uas erat q; e culina in lauacrinam aquam fundebat expones igitur sic laudare paratus si aurea trula inuerso fundo dedit crepitum: idest si exhausta trula bibendo emiserit diues luxuriosus crepitum, scilicet uentris. Quod quidem absurdum minime ulli uideri debet:solent enim bibaces id agere quod quum aduerterem illico locus iste in mentem uenit: qua de re hic uerus est sensus:nec ullus alius omnino conuenire potest. Stoici autem ut Cicero scribit libro nono epistola ad Papiriũ dicebant crepitus æque liberos ac ruptus esse oportere. Et Claudius Cæsar & tranquillus scribit dicitur meditatus edictum quo ueniam daret & flatum crepitumq; uentris in cõuiuio emittendi:cum periclitatum quendam præ pudore ex continentia reperisset.

DOM. ¶ DEMEtrius & Stratocles:Hæmus Antiochus temporibus. Iuuena. histriones. Papinius de Hæmo. Huc intrant faciles hæmi puellæ. Iuuena. alibi. Mollius hæmo. Stratoclis & demetrii Fabius meminit:quos scribit maximos fuisse actores comœdiarum alterum deos iuuenes:bonos patres:seruos matronas graues:anus optime representasse:alterum acres senes:callidos seruos parasitos lenones melius. Stratoclis uox acrior. Demetrii iocũdior. ENDROMydem. Endromis uestis uillosa qua potissimum in gymnasiis utebantur sed adulator hoc loco accipiebat ad fouendum corpus ut ostenderet se algere. A FACIE iactare manus. Adulatorim est Martialis de adulatore. Geminas tendis in ora manus. TRVLLA. a trulla dicitur. uas erat aqua quo e culina in lauacrinam proiiciebat. Hic significat uas quo sordes uentris accipiebatur aureis autem uasis in obscænis

desideriis uti primis instituit. Antonius auctore messala. & stipulante Pli. Mar. in Bassam. Ventris onus misero: (nec te pudet) excipis auro. Assentator igitur græcus applaudebat amico: cũ eius deiectione alui trula q̃ suberat aurea strepitum faciebat ob pondus & multitudinem sordium: quas inuerso & uacilanti fundo exceperat & optime sequitur post id quod dixit: Si rectum minxit. Non moueor quorũdam loquacitate: quin hanc scientiam affirmem & putem ueram. Quæ omnia ex præceptore suo narrat hic Fidentinus.

¶ AVT stra. aut cũ molli demetrius hemo. Antiochus. Stratocles. Demetrius hemus comœdi celebres fuerũt quorum Stratocles & Demetrius diuersa uirtute a Quintiliano commendantur: hiis ferme uerbis. Maximos actores comœdiarum placere e diuersis uirtutibus uidimus: sed illud nimis mirum: quod alter deos & iuuenes: & bonos patres seruosq; & matronas & graues anus optime: alter acres senex: callidos seruos: parasitos: lenones & oĩa agitatoria melius: fuit eñi natura diuersa: nã uox demetrii iucũdior: illius acrior erat. ENdromidem. Endromys uestis gallica: nomẽ tamẽ græcũ sortita: quæ potissimũ arcendo frigori cõueniebat: de qua Mar. in apophoretis. Pauperis est munus. sed nõ paupis usus. Hanc tibi ꝓ togula mittimus endromyda. ET alibi usus Endromydis hoc epigrãmate enumerat. Hãc tibi sequanice pinguẽ textricis alũnam. Quæ lacedæmonium barbara nomen habet. Aspera sed gelido nõ aspernẽda decẽbri. Dona peregrinã mittimus endromyda. TRulla inuerso crepitum dedit aurea fundo. Nõ infestine: est autẽ sensus græcus adulator laudat & emissum crepitum: & quotiens rectũ minxerit: quia utrũq; bonæ ualitudini cõferat crepitum quẽ diuitis uenter emittit trãslatiõe uenusta aperuit: nã inuersa trula in aquã cadens crepitũ hũc imittat. Fit aũt Trula a trua dicta auctore Varrone a traiiciendo q̃ p eam traiiciat aqua. Pli. in. xxxvii. natura. hi. Murinam trulã dicit hoc est in formã trulæ excauatam. MERV.

¶ MOLli œmo io μον ꝓnũcio dicitur ιομοσ aũt uia unde ꝓhœmiũ: sed hic ꝓpriũ de quo ipse alibi: œmo q̃q̃ & carpophoro. NAtio: subaudi græca. COmœda mimmica. MAiore. cachinno: solutiore risu: solutus enim risus græca nominatiõe cachinus dicitur: a chanccazome: quod solute rideo significat. Home. υπουκαγχαλόωσ ικαρηκόμοωντεσ τοκάιοι. ACcipit en. uestem peliceã ad arcẽdũ frigus pellibus fultam. A FA. iama. qđ dum aliquid admirantur adulatores solent facere. SI be. ru. Hora. autem uersus ructatur dixit: ergo ructo & ructor: sicut assentio & assentior: fabrico & fabricor: & multa alia dicitur. REctum: ꝓ recte: nomen: ꝓ aduerbio: & est metalessis. SI Trul. inuer. cre. dedit au. fũ. trulla & trulleũ per diminutiõem truæ dicta sunt. Non. Mar. de doctorum uirorum indagine. Truam ueteres a terẽdo quam nos diminutiue trullam dicimus: põpo. in paniceatis: mulier ubi aspexit tam mirifice titulatam trullam. Var. autẽ trulla inquit ad similitudinem truæ q̃ q̃ magna & hæc pusilla ut trulla truæ qua eculina in lauatrinã aquã fũdunt trua q̃ trauolet ea aqua ab eodem uocata est trulleum quo manus pluũtur. Var. de uita patrum itaq; ea sibi nõ ponere ac suspendere quæ utilitas postularet trulleum matellionem pelui nasiternam: simile enim trullæ fuit nisi q̃ latius erat: fuit etiam trulla uas quo uẽtris onus deponiť: ut apud Mar. Cilinius Herodes trullam subduxerat ægro: hic enim manifesto reꝑhendiť matellionem significare: hoc est uas ad secretiora naturæ: hinc sunt inducti quidam ut hũc sensum Iuue. ita accipiat, ut si diues in matulam ex uẽtre egestionẽ tanto ĩpulsu ĩmiserit ut fundũ trullæ ĩuerterint magnopere id. s. a græculo laudari assentatore: nec refert q̃ aurea dicat: leguntur enim q̃ aureas matulas habuerit ut apud Mar. Ventris onus misero: nec te pudet accipis auro. Bassa bibis uitro: carius ergo cacas. Ego autem lõge alium fuisse Iuue. sensum arbitror: nam cum trulla ꝓ bascanda. i. lato ꝓfundoq; uase capiatur qđ in mensam inferri plærũq; solet: nec me præterit potui ineptum uideri ad potum tamẽ usurpatum fuisse legimus: ut apud Horatium. Qui ueiẽtanum festis potare diebus. Cãpana solitus trulla uapẽq; ꝓfestis. ut sit sensus. si diues trullæ aureæ bibendo fundum uerterit crepitũq; dederit a græculo statim laudabiť: bibacẽ ergo diuitẽ arguit q̃ in trulla bibat: ineptum q̃ crepitus inter bibendum ædat: & stultum: q̃ ob id a græculo sibi sinat adulari. VAL.

Præterea sanctũ nihil est & ab inguine tutũ
Nõ matrona laris non filia uirgo neq; ipse
Sponsus leuis adhuc nõ filius ante pudic⁹
Horum si nihil est: aulam resupinat amici.
Scire uolunt secreta dom⁹: atq; inde timeri
Et quando cœpit græcorum mentio: transi
Gymnasia: atq; audi facinus maioris abollæ
Stoicus occidit baream delator amicum.
Discipulumq; senex ripa nutritus in illa
Ad quã gorgonei delapsa est pẽna caballi.
Nõ est romano cuiq̃ locus hic: ubi regnat

¶ SANctum: inuiolatum incorruptum: ut illud in marone. Tu q̃ o sãctissima cõiũx fœlix morte tua. In quo castitas honorem incorruptæ uxoris amplexus est. Vnde & sanctæ leges quæ nõ debeant pœnæ sanctiõe corrumpi. Præterea sanctũ quãdoq; est idẽ qđ sacrũ: ideq; quod religiosum. ut ibi. Et sanctos restinguere fõtibus ignes. In libro secundo æn. hic enim sanctos sacros accipiemus: quia diuinitus cõtigerũt. Sacrum uero diciť qcquid est qđ deorum habeť. Macrobius libro. iii. sat. ita scribit. Sanctitas uero ut scribit Cice. in libro de. n. d. est scientia colendorum deorum. INguine: pẽne. MAtrona: Gel. li. vii. c. vii. scri. matronã dictã q̃ in mrimonium cũ uiro cõuenisset. etiam si liberi nõdũ nati forẽt. dicit & plura. LAris: idest domus. LEuis: iberbis & sine pilis. REsupinat: subuertit. QVando: qm̃. TRansi: ꝓteri dimitti. Gymnasia: exercitia palestras & gladiaturas ludos item & certamina gymnasia. qbus quidem romani ad græcorum imitatiõem exercebanť γυμνάζω exerceo denotat γυμνάσιοσ. g. f. græce exercitium nobis γυμνάστηκη ars exercitatiua γυμνόω nudus dicitur γυμνόσ nudo. MAIORIS abollæ: maioris ait: qm̃ erat Abolla: ut aiunt uestis philosophica & militaris: scribuntq; Diploidẽ dici ab græcis uestem duplicem quam latini abollam appellant. STOicus occidit bareã. Tacitus lib. xvi. ubi de Nerone meminit ita scribit. At baream soranum iam sibi Torius sabinus eques romanus poposcerat reum ex pro cõsolatu asiæ: in

MAN. Sacrum Sanctitas Matrona gymnasia Abolla Diplois

qua offensiões principis auxit iustitia atq₃ industria:& quia portui ephesioꝝ aperiendo curam insumpserat:uiq₃ ciuitatis pergamenæ ꝓhibētis A cratum Cæsaris libertas statuas & picturas auehere multam omiserat sed crimini dabatur amicitia plauti & ambitio cōciliandæ ꝓuinciæ ad spes nouas. Postea īquit idem Tacitus. Mox datus testibus locus & quantū nunc sæuitia accusatōis permouerat:tantum iræ. P. Egnatius testis cōciuit. Cliēs hic sorani.& tunc emptus ad opprimendū amicū auctoritatem stoicæ sectæ præ se ferebat habitu & ore ad exprimendam imaginem hōesti & exerciti:cæterum aīo perfidiosus auaritiam ac libidinē occultās:quæ postq̄ pecunia reclusa sunt dedit exemplum præcauendi &c. Subdit inde q̄ sorano & seruiliæ eius filiæ datū ē mortis arbitriū.

STOicus delator:idest publius Egnatius. De stoicis aūt uide satyrā secundā ibi.s.stoicidæ. DElator:suo enim

Secundus testimonio damnatus est bareas. DIscipulūq₃ senex. Heliodorus stoicus præceptor Licinium syllanū discipulū

carinas suum cū argueretur cōiuratiōis inficiantem præter domesticā dilectiōem oppressit:auctore Probo satyra pria.

pmessus ibi.s. Et post hunc magni delator amici:ubi nos uaria rettulimus de. L. syllano:posset tamen qđ Probus ait ue-

Olmeus rum esse:nō omnis enim historicus omnia cōplectitur:posses i:em hunc locū intelligere aliter de secundo carina

Helicon te uidelicet q̄ discipulum aliquem detulerit:nam ut Tacitus libro decimo quinto scri. Neronis tempore secun-

Cytheron dus carinas fuit græca doctrina oretenius exercitus animumq₃ bonis artibus non imbuerat.& Philostratus in

Ismenus uitis sophistarum secundum atheniēsem sophistam ait. R. Ipsi nutritus in illa:græcum esse & thebanum osten-

Aganippe dit:in Helicone enim mōte phocidi affini nec ꝓcul a parnaso distante est consecrata musis ædes.fonsq₃ caballi

Hyppo nus & libethridum:spelunca nympharum.ex quo ēt mōte Permessus & Olmeus fluentes in unumq₃ permixti

crene in copaidem lacū incurrūt:auctor est Stra. lib. ix. ripa igitur Iuuenalis ait ꝓpter permessum & Olmeum fluuios

Pegasus Solinus uero sic scribit. Apud Thebas helicō lucus est. Cytherō saltus amnis. Ismenus. fōtes Arethusa. Oedipo-

G ryphes dia. psarmate. dirce:sed ante alios Aganippe & hippocrene:quos cadmus litterarum primus repertor:dum ri-

Perseus matur quænam adiisset loca qm̄ equestri exploratiōe deprædisset:incensa est licentia poetarū:ut pariter utrūq₃

Gorgonei uulgarent:scilicet q̄ eoꝝ alter alitis equi unguicula sollicitatus foret:alter potatus &c. PEnna caballi: scri. Hyginus aratusq₃ & alii cōplures pægasum equū Neptuni & Medusæ gorgonis filium dixerunt. qui i heliconæ boetiæ mōte saxū ungula feriens fōtē apuit:qui ex eius noīe hippocrene est dictus. Naso in lib. iiii. metamor. scri pægasum & medusæ sanguine natum eē. Pli. autem lib. x. capit. quinquagesimo sexto sic ait. Pegasos equino capite uolucres & Gryphes auritos aduncitate rostri fabulosos reor:illos in schitia hos in æthiopia. GOrgonei: medusei:fuerat enim mædusa gorgonidum regina. quæ cum ui es auxissent ab Perseo Iouis filio expugnatæ sunt: ut libro quarto Diodorus refert:pugnauerant sæpius antea cū amazonibus a moribus igitur ut puto dictæ gorgones. Nam γοργὸσ terribilis ac uelox dicitur.

DOMI. ¶FACinus maioris abollæ. Ingenti testimonio ōndit malas artes græcoꝝ perniciosas:nam tēporibus Neronis Torinus Seuinus. ut scribit Tacitus:per calūnias accusauit Baream Soranum addiditq₃ q̄ ꝑ eo seruilia filia magicas artes in principem tractasset. Egnatius Sorani amicus græcus stoicæ philosophiæ ꝓfessor:pecunia corruptus testimonium falsum in baream dixit: Tacitus Egnatius emptus ad opprimēdum amicum auctoritatē stoicæ sectæ præ se ferebat habitu & ore ad coprimendam imaginem honesti. cæterum animo perfidiosus & subdolus auaritiam ac libidinē occultās. quæ postq̄ pecunia reclusa sunt:dedit exemplum præcauendi ut fraudibus inuolutos aut flagitiis cōmaculatos:sic specie bonorum falsos & amicitia fallaces:alibi corruptor amicitiæ cuius se magistrum ferebat. SEnex discipulum: Egnatius Torium: seuinum.

MERV. ¶TRAnsi gym. hoc est sileto de ludis & certaminibus gymnicis quibus romana iuuentus ad imitatiōem græ

Abolla corum exercebatur. ATq₃ audi facinus maioris abollæ. Abolla cynicæ sectæ uestis erat. Vnde Mar. de cynico philosopho. Cerea quem nudi tegit uxor abolla grabati. De qua ueste intellexisse horatium sentit Seruius cum de Diogene loquens ait. Cōtra quem duplici pāno patientia uelat. Mirabor uitæ uia si diuersa decebit. nā in expositione illius Virgiliani duplicem ex humeris reiecit amictum. Hora. uerba affert:cōtēdens duplicē amictum eē abollā:qua philosophi & milites utebanť. Nonius itē. M. Abollā militarē accipit u: stem Varrone fretus: de

Bareæ qua dictiōe plura alio loco diximus. STOicus occidit bareā:hic fuit Soranus Bareas:quem in Asia minore ꝓ-

orani ac- cōsolatum agentē:reū detulit Torius Seuinus eques romanus. orditusq₃ crimen ab amicitia rubellii qui in piso-

cusatio & niana cōiuratiōe cōtra Neronem senserat. obiiciensq₃ ꝓcōsul nihil ex utilitate cōi fecisset imo seditiōes in ꝓuincia

cædes aluisset. Neronem in primis in reum cōmouit cognitioneq₃ senatui mandata:accitaq₃ filia, cui seruiliæ nomen erat quæ & ipsa rea facta est:q̄ pecuniam dilargita eēt ad deuotiōes & ueneficia pro salute patris:testibus locus

p.ægnati' datus fuit:multumq₃ ire aduersus Soranum. P. Egnatius testis cōciuit. Cliēs hic Sorani:&tunc emptus ad oppri

Pyrene mendū amicū stoicæ sectæ præferebat habitum:& ore ad exprimendum imaginē & hōesti & exerciti: cæterū

fons aīo pfidiosus & subdolus auaritiā & libidinē occultās. quo teste. Sorano & filiæ datū est mortis arbitriū. Hæc de cornelio sūpsimus. apud quē itē legiť a. P. celere. Baream soranū falso testimonio fuisse circuuētū. Gorgonei delapsa est pēna caballi:pægasi quem uolucrem equum poetæ finxerunt:hic ictu ungulæ ad radices parnasi fōtē excitauit:nō absurdū itē foret pyrenē ītelligi corinthi fōtem:iuxta quē edomitus fuit a bellerophōte pægasus

VAL ¶AB inguine:a græcoꝝ libidine. SPōsus leuis adhuc. imberberis. AVlam:resupinat amici. i. subuertit: resupinare enim hōeste ab incœpto reuocare uel ꝑuertere significat. Actius in anthigōa. Quid agis perturbas rē omnem ac resupinas sorori. TRansi gymnasia:res ludicras præteri: ad maiora cōscēde. FAcinus ma. abollæ: maioris ponderis. Abollam uestē dicit senatoriā:ut ipse alibi. rapta ꝓperabat abolla pægasus. Nonius Marcellus autem:abollam uestē dicit esse militarem. STOicus occidit bareā:hæliodorum bareā dicit ꝓbi testimonio: cuius supra meminimus:ubi ipse inquit. Post hunc Magni delator amici. AD quam gorgonei delapsa est penna caballi. Non est romano cuiquam locus hic ubi regnat. utrum corinthium montem dicit. ubi fama est pægasum alatum caballum a Bollerophonte primo præhēsum fuisse:an parnasum quem pægasus primum cōscēdit

& ungula terram scalpēdo: fontē eduxit hippocrenē. GORgonei: medusei: nam licet tres sorores gorgones di ctæ sint: ex solo tamen medusæ sanguine chrysaor & pægasus progeniti sunt: ut in theogonia scribit Hesiodus.

RIPpa nu. in il. notissima aūt illa in fabulis sūt: ut musæ termesum hippocrenē & olmū in pnaso coluerint.

¶PROtogenes: idest pictor qualis ptegenes: qui teste fabio lib. xii. c. x. cura præstātissimus fuit: sicut ratione Pāphilus ac Melanthius. De Prothegene etiam meminit Cel. Dicitur quoqꝫ Prothegenes aliquis primi generis: a quo. scilicet genus incipit ut ostēdit Dionysius in principio historiarum. DIphilus: is iterpretatur Iouis amicus: idest principis. Erimantus. idest mathematicus aliquis: iterpretatᷓ enim ερι λόσ. i. litis & contētionis μαντις idest uates & diuinus. PArtitur: participem facit de bono aliquo. FAcilem. credulā: quod quidē uitium ē unde Quintus Cicero de petitiōe cōsulatus ait. illud teneo neruos atqꝫ artus esse sapiētiæ non temere credere. AVrē: diuitis alicuius. STillauit: susurrādo im misit. LImine: e domo ipsa diuitis. NVsq̄ minor ē iactura clientis. i. facilior seu ironice loqtur ut idicant pcedentia. PORro: certe. NObis qui mediocri censu sumus: BLādiar. blādicias faciā: dicēdo forte nos officia mereri. NOcte togatus currere: Erat toga uiliorum uti superius per Asconium docuimus: hanc salutantes clientes summo mane summebant: hinc ait Martialis libro tertio ad Candidum.

MAN. — Diphilus — Erimātus — Credere temere — Toga

Protogenes aliquis: uel diphilus: aut erimāt⁹
Qui gentis uicio nunq̄ partitur amicum:
Solus habet: nam cum facilē stillauit in aurē
Exiguum de naturæ patriæqꝫ ueneno:
Limine submoueor: perieūt tempora longi
Seruitii: nusq̄ minor est iactura clientis.
Qđ porro officiū: ne nobis blādiar: aut qđ
Pauperis hic meritū: si currit nocte togatus
Curreretum prætor lictorem ipellat: & ire
Præcipitē iubeat dudum uigilantibus orbis:
Ne prior albinā: aut modiā collega salutet.
Diuitis hic serui claudit latus ingenuorum
Filius: alter enim quātum in legione tribuni
Accipiunt: donat caluinæ uel catienæ:
Vt semel atqꝫ iterum sup illam palpitat: at tu
Cum tibi uestiti facies scorti placet: heres:
Et dubitas alta chionē deducere sella.
Da testem romæ tam sanctū: q̄ fuit hospes
Numinis idæi. procedat uel numa: uel qui
Seruauit trepidā flagrāti ex æde mineruam
Protinus ad censum: de moribus ultima fiet
Qō: quot pascit seruos: quot possidet agri
Iugera: q̄ multa magnaqꝫ paropside cœnat.

Exigis a nobis operam sine fine togatam.
Non eo libertum sed tibi mitro meum.
Et lib. x. ad Gallū. Mane uel a media nocte togat⁹ ero

LIctorē: eius mistrum: sex eni lictores prætor habebat duodecim cōsul. De littoribus late in satyra octaua. DVdū: pauloante. Albinā aut modiā. eæ qdē ue tulæ erant diuites ac orbæ. HIC: Romæ. VEstiti. i. fucati: per quod natura turpē indicat meretricem: ut Chione erat: hinc Martialis lib. ix. in Gallam ait. Nec dentes aliter q̄ serica nocte reponas. Et lateas cētū cōdita pyxidib⁹. Nec tecū facies tua dormiat &c. Scorti. i. meretricis: scorta enim ut Festus ait appellanᷓ meretrices: quia ut pelliculæ subigantur. HAEres: sistis CHione: a χιων. i. nix dicta est: de qua ēt Mar. ait li. iii. DIgna tuo cur sis idignaqꝫ nomine dicam.
FRigida es & nigra es: non es & es chione.

Lictores — Scorta — Chione

DA testē romæ: ondit in urbe fidē nō adhiberi bonis uiris: licet eēnt qualis Scipio Nasica: uel Numa: uel Metellus: sed diuitibus oia credi. HOSpes numinis idæi. i. cybeles: quæ uenit in urbē ex ida troiana: ut habetur libro. iiii. fasto. & apud Liuiū lib. uigesimonono ubi cybeles effigiē sacrū lapidem fuisse ondit. Publius aūt Scipio Nasica ab senatu uir optimus iudicatus matrē deū hospitio recepit: eloquētia primus iuriscientia consultissimus fuit: unde uulgo Corculū dictus: hæc & plura Plinius. Solinus item capite secundo ubi de homine meminit sic ait. Vir optimus Nasica scipio iudicatus est nō priuatio tantū testimonio: sed totius senatus sacramento: quippe qꝫ inuētus dignior nō fuit cui præcipue religionis crederetur mysteriū &c. NVma: iclita iustitia religioque Numæ pompilio fuit. Curibus sabinis habitabat consultissimus uir omnis diuini atqꝫ humani iuris audito que nomie eius patres romani ad unū omnes ei regnū deferendū decreuerunt: regno ita potitus urbem iure legibusqꝫ ac moribus ornauit: hæc & plura Liuius lib. i. Flagranti ex æde: libro sexto fast. legiᷓ qꝫ signū cœleste Mineruæ armigeræ: quod in troiā conciderat romā deductū fuerat: seruabaturqꝫ in tēplo uestæ: sed quum id templum arderet ministræ attonitæ flebant: tunc itaqꝫ Lucius Metellus homo patritius & pōtifex.

Cybele — Scipio Nasica — Numa pō — Palladiū — Metellu

Haurit aquas tollensqꝫ manus ignoscite dixit. Sacra uir intrabo non adeunda uiro.
Si scelus est: in me commisi pœna redundet. Sit capitis damno roma soluta mei.
Dixit & aripuit: factum dea rapta probauit. Pontificisqꝫ sui munere tuta fuit.

Videto item Plutarchum de comparationibus: & Plinium libro septimo capitulo quadragesimo sexto ubi dicit Metellum orbam luminibus exegisse senectā amissis incēdio quū palladiū raperet ex æde uestæ. TRepidam mineruam: pro tremētē: palladium nanqꝫ illud oculos mouebat atqꝫ hastam: quam manu detinebat: uel trepidā de qua trepidabatur. PROtinus ad censum: si quis testis adhiberetur: de censu illico peteret: de moribus ultimo

DE moribus ultima fiet quæstio: scribit Cicero libro se aiunt uel petunt. PAROpside: paropsis dicitur a παρα & ὄψον. idest ad cibum: est enim proprie iuris genus auctore Polluce & Eustachio: sed pro obsoniorum lance ac uase hic ponitur. QVAntum quisqꝫ sua &c. Hinc Salustius in Iugur. inquit. Et iam antea expertus sū quarum fidei miseris esse. Et Horatius satyra prima inqt. At bona pars hominum decepta cupidine: falso nil satis est inquit: quia tanti quantum habeas sis.

DOM. ¶ SOlus habet:solus uult possidere:nõ uult dare aliis. Mar. Solus habet nũmos. CVrrere togatus nocte. Nam toga summo mane sũmebatur a clientibus cũ ibant ad salutandũ. Mar. Si matutinos facile est tibi rumpere somnos. A tritta ueniat sportula multa toga. CVm ꝑtor. idem in paulum cõsulem Mar. Quem nõ pudebat salutare diuites more togati. Dum tu laurigeris intras qui fascibus annum. Mane salutator limina mille teras. ALbinam & modiam:uetulas orbas & diuites. Martia. Ad uetulas tecum plus minus ire decem. FIlius ingenuorũ claudit latus diuitis:serui igenui inquit togati sunt & comites diuitum seruorum & libertinæ cõditiõis hominum. Libertini uero adeo sunt diuites:ut Caluinæ Catienæque mœchis donent quantum uix tribuni accipiunt ex stipendio ad hoc alludens ꝙ ut diximus libertini & tribuni edicto imperatoris quædam ex maximis officiis habebant cõmunia: ꝓdigalitatem igitur libertinorum cum salariis tribunorum cõparauit. CHione:cuius meminit Martia. SCorti uestiti.i.meretricis togatæ & publicæ:nam cõuictæ adulterii togatæ in publicũ procedere cogebantur:ut ante diximus:uel certe ad differentiam ancillæ quæ ꝓ ueste palliolum habet. Mar. Hanc uolo quæ circum palliolata uagatur. SEruos quos pascit:nam tot alebant seruos romani:ut eorum iustos & integros prope uestitus domi haberent:ut scribit Plinius.

MERV. ¶ DIPhilis:legendum est quasi Iouis amicus:nõ aũt dysphilus:quasi malus amicus:ut quidam sõniauit. LIMine submoueor repellor ab amicitia:sic Seruius illud enarrans de turno se limine pelli:limen dicit a poetis pro amicitia poni. NE nobis blandiat:in malo uidelicet sic Quint. Bladiar iudices paulisper calamitatibus meis. SI curret nocte togatus currere cum præ.licto.impellat potentes aut qui in magistratu erãt quotiens ante Lucano tempore ad amicos salutandos ibant post & ante se togatos habebant a quibus in ædes amicorum deducebantur:& inde domum reducebantur. Martialis. Exigis a nobis operam sine fine togatam. Et ad Aphrum. Nec caret officio cõsul uterq; tuo. Et alibi. Et sine te nulli est ꝓdire tribuno. DIVItis hic serui claudit latus ingenuorum fil. sic Horatius. Comes exterior si postulet ire recuses. Vis ne tegam spurco damæ latꝰ. Vt semel atq; iterum super illã palpitet:tecta periphrasi coitum signat. sic Persius. Cum tibi moroso singultiet inguine uena. Patritiæ in meiat uuluæ. CHIONE:meretrix:in cuius nomen hoc disticho iocatus est Mar. Digna tuo cur sis indignaq; nomine dicam. Frigida es & nigra es non es & es chione:chion græce:latine nix. HOspes numinis idæi: Scipionem Nasicam intelligimus:qui (ut ipsis Plinii uerbis utar) uir optimus semel a cõdito æuo iudicatus: & dignus qui domi matrem deum usq; ad cõditum templum exciperet:unde in fastis. Nasica excepit templi non perstitit auctor Augustus nunc est ante Metellus erat. SEruauit trepidam flagranti ex æde mineruam. Lutium Metellum designat qui orbam luminibus exegit senectam amissis incendio, cum palladium pontifex raperet ex æde ueste memorabili causa sed euentu misero:de quo ut apud Senecam legimus facta fuit declamatio. Metello pontifici negatur post amissos oculos sacerdotium. Ouidius in fastis. Prouolat in medium & magna sucurrite uoce. Nõ est officium flere metellus ait. QVAM mul.pa.ce.paropside per o legendum est non per a παροψίς. ad cibum:& est proprie paropsis iuris genus:auctoribus Polluce & Eustachio:q̃q̃ nõnunq̃ ꝓ repositorio obsoniorum apud idoneos tam græcos q̃ latinos legatur.

Limen ꝓ amicitia — *Mos salutantium* — *Chione* — *Scipio Nasica* — *Metellus cæcus* — *Paropsis*

VAL. ¶ PROtogenes aliquis uel diphilus. per os græcos oẽs his similes dat intelligi. GEntis uitio: siquidem inter se oẽs cõueniunt. LImine summoueor:domo eiicior. CVM prætorẽ impellat:lictorẽ populi ministrum:quem Nonius. M. a ligandi ꝓprietate uult deriuari. ALbinam aut modiam:noĩa matronarum uiduaꝝ sunt. HIC romæ. CLaudit latus:ad obsequia subsequit̃:sic Hora. ut ne togam spurco damæ latus. IR e ꝑcipitem:q̃ celerrime. DOnat caluinæ uel catienæ:noĩa sũt meretricum. SCOrti meretricis cuius ꝓprietas:ut Festus Põpeius putat a corio uenit. CHionem nomẽ meretricis q̃ a frigore niuis nomẽ habet. Mar. Digna tuo cursis indignaque noĩe dicam. Frigida es & nigra es nõ es & es Chiõe:chiõ enĩ nix appellatur. TAM san.q̃ fuit ho.nu.idæi.P. Scipionem nasicam dicit qui a senatu uir optimꝰ iudicatus matrem deũ suscepit hospitio nota histo. est. PRO ce.uel.nu.nũa. Põpi.uir sabinus & pietate & iusticia ĩsignis: q secũdus a Romulo rex fuit pacatis finitimoꝝ odiis gemini Iani tẽpli ædidit qđ aptũ bella clausũ pacẽ idicaret:moxad religionẽ cõuersus in deorũ timorem: quo ad mitiora truces flecteret animos:sacra instituit:sacerdotes creauit:uirgines uestales facrauit: põtificem maximũ primus declarauit:dies fastos nefastosq; cõdidit. annũ in.xii.mẽses diuisit:postremo ubi maxia cũ reuerẽtia & suorum & finitimoꝝ creuisset:quadraginta q; regnasset annos:diem suum obiit. VEL qui ser.tre.fla.ex æde mi.metellum dicit qui amissa oculorum per incendium acie cum palladium ex æde ueste repararet: memorabili quidem causa sed euentu misero orbam luminibus exegit senectam. q̃obrem tribuit ei populus romanus: qđ nulli ante alii cõcesserat. ut quotiens in senatum iret, curru ueheretur ad curiam magnum & sublime decus. sed pro oculis datum iquit. Pli. PROtinus ad cen. si quid cum aliquo cõtrahendum:ut si facienda spõsalia: de censu quæritur primum:post mentio solet de moribus fieri:q; de his sit posterior cura. QVAM mul.ma.pa.cœ. q magno sumptu parapsis uas in quo obsonia reponuntur.

MAN. ¶ SAmothracũ & nrorum aras. Macrobius li.iii. saty. scribit Varronẽ humanaꝝ secũdo referre. Dardanum deos penates ex samothrace in ꝑhrigiam: & Aeneã ex phrigia in Italiam detulisse:aitq; ẽt Varronem nõ expressisse q eẽnt dii penates:sed q diligẽtius eruũt ueritatẽ penates eẽ dixerũt ꝑ quos penitꝰ spiramꝰ:ꝑ quos hẽmꝰ corpus:ꝑ quos rõnẽ animi possidemꝰ:esse autẽ mediũ æthera Iouẽ. Iunonẽ uero imũ aera cũ terra. & Mineruam sũmum ætheris cacumen. & argumento utuntur. ꝙ Tarquinus demarati corinthii filius samothracis re

Penates — *Iuppiter, Iuno minerua*

Quãtũ quisq; sua nũmorum seruat i arca:
Tãtũ hẽt & fidei:iures licet & samothracũ
Et nostrorũ aras:cõtẽnere fulmina pauper
Creditur:atq; deos diis ignoscẽtibus ipsis.
Quid ꝙ materiam præbet cãsq; iocorum
Omnibus hic idem; si fœda & scissa lacerna
Si toga sordidula est: & rupta calceus alter

ligionibus mystice imbutus uno tēplo ac sub eodē tecto numina memorata coniungit. Cassius uero emina dicit samothracas deos eosdēq; romanoꝝ penates ꝓprie dici θεοὺσ μεγάλουσ .i. deos magnos qđ Maro sciens ait. Cum sociis natoq; penatibus & magnis diis. Expressit.n. μεγάλουσ: hæc & plura Macro. per qđ intelligendum samothraces & nostros deos eosdem esse hoc etiam loco. Dionysius aūt lib.i hist. scri. qđ erāt penates adolescentes duo sedentes: ac pila tenētes: & in omnibus simulacris iuuenes duo militari habitu apparebant. Cice. uero in li. de. n. d. scri. penates dictos siue a penu: est.n. oē quo uescunt̄ hoīes penus: siue ab eo ꝙ penitus insidēt: ex quo ēt penetrales a poetis uocant̄. SA Mothracū: samothracia insula est in mari ægeo: ait.n. Dionysius. Tū ēt & imbros: uñ statim thracia illa & ꝓuagata emicat samos: at paulo inferius inqt. Et samos ipsa gratissima olim iunonis pelasgidos sedes Ptolemæus lib. iii. scrib. sami Iunonē natā & nutritam fuisse: ibiq; uetusta delubra tenuisse. QVID: supple dicendum amplius. LACErna: idest penula: nam sequit̄ si toga sordidula est: de lacerna autem uideto ibi lacernatæ cum se iactaret amicæ.

Penates
Penus
Samothracia
Samos iunonis
DOM.

¶ SA Mothrachum: maximū iusiurādū hēbat̄ cū obtestabant̄ deos romanos .i. Iouē: Iunonē: Palladē: & penates: q ex samothracia aduecti fuerunt: ita Scipio apud syllium. Tarpeia pater q tēpla scdam Incolis a cœlo sedē .i. o Iuppiter: & saturnia .i. o Iuno. Nōdū illiacis mutata malis: tuq; aspera pectus. Aegide gorgoneos uirgo succincta furores .i. o pallas: hactenus numina romana Tū sequit̄. Indigetesq; dei spōte inter numina nostra i. o penates: ii e samothracia aduecti a Dardano Troiam: & ab Aenea e Troia Romā: ut Var. scribit. Nigidius & Labeo auctore Macrobio scripserūt Apolinē & neptunū eē deos penates. Dionysius Alicarnaseus sententia Timæi cōfutata scri. penates fuisse deos Romæ: quoꝝ duo simulacra ænea tenebāt hastas: non placet qđ ex Tarquinio recitat Macro. PER Samothracū .i. per penates. ET nostroꝝ ꝑ Iouē: Iunonem: & Palladē

¶ IVRes li. & samo. & no. aras. Dii Samothraces: ut Var. scri sunt terra: & cœlū: qui iidē pricipes in latio saturnus & ops: uulgus putauit deos magnos eē samothracas. hoc est castorē & pollucē: Sed nō sunt: imo mas & fœmina: quos auguꝝ libri scriptos hñt: sic diuipotes sunt ꝓ illo qui samothraces: hæc duo cœlū & terra.

¶ IVRes licet & samothracū & nostroꝝ aras. Macrobius samothraces deos penates dici uult. Var. āt neque inquit ut uulgus putat ii samothraces dii q castor & pollux: s; ii mas & fœīa: & ii quos auguꝝ libri scriptos habēt: sic diui q pote ꝓ illo q samothraces theæ dynatæ hæc duo cœlū & terrā: idem qđ aīa & corpus: qđ humidū & frigidū. Pli. in na. hist. scopas inquit cū his certās fecit uenerem ac phætōtem: q samothracæ sacris cærimoniis colunt̄. Nigidius uero deos samothracas dixit quoꝝ argumentū nephas sit recensere ꝑ eos q ministeriis præsunt: cui sn̄iæ illud accedit in argonauticis orphei. ἰδ' ἐσάθεαν σαμοθρακὴν ἔνθα καὶ ὄρκια φρικτὰ θεῶν ἄρρητα λέβρο τοῖσιν. Sūt qui zethū & āphiona uelint: Orpheus etiā in hymno quem cureton scripsit deos samothracum curetas dicit inqens οἵτε σαμοθράκην ἱερὴν χθόνα ῥαίετ' ἄον τεσκύρ... ὀρουσ ἐρητωράττ ἐρ ὑκετε ἐπόρτοτ λαρητωουμειδ ἐτελετηρ προτοὶ μεσοπεσσὶρ θεσσεα θαρατοὶ κούρητεσ ἀρηια τεύχεεχ ὀρτεσ. SA Mothracum: samothraces populi sunt phrygiæ sic dicti ut Apollodorus scribit ꝙ ducentis & nouem annis a troia cōdita samii ex Apolline pythio oraculū habuerint in troade thracem incolerent a quibus samothrace ea insula appellata est: quod samii honoris suæ gentis causa fictum putarunt: at ab altitudine nomen impositum ꝙ samos altitudo uocetur: cu; ex eo loco tota prospectui ida pateat: & priami urbs & achiuorum naues olim uiderentur. Sunt qui a saiis priscis thraciæ incolis samothraciæ indutum nomen putarint: ita Strabo. ET nostrorum aras. ut Romuli cæsaris.

MER.
Samothraces dei
VAL.

Pelle patet: & si consuto uulnere crassum
Atq; recens linum ostendit: nō una cicatrix
Nil habet infœlix paupertas durius in se:
Quam quod ridiculos hoīes facit: exeat iqt
Si pudor est: & puluino surgat equestri:
Cuius res legi non sufficit: & sedeant hic
Lenonum pueri quocūq; in fornice nati.

¶ QVā ꝙ ridiculos homines facit. Cice. item in Lelio sic. Quid aūt turpius q̄ illudi. Exeat inquit. Pedianus in orōne pro Cornelio sic ait. Quāq̄ Lucius roscius Otho biennio añ cōsul firmauit in theatro ut equitibus romanis q̄tuordecim ordines. spectandi gratia darent̄. Et seneca epist. q̄dragesimaquarta inquit. At me hercle multis. xiiii. gradus clausi sunt: nō omnes curia admittit: Hoc āt loco poeta in Domitianū inuehit̄. Othonis.n. legē reuocarat: ut patet per Suetoniū ubi sic ait. Susceptamoꝝ correctiōe licētiā theatralē ꝓmiscuā iniquitate spectādi inhibuit. Florus ēt libro. xcix. epit. Liuii sic ait. Lucius Roscius tribunus plæbis legē tulit: ut equitibus romanis in theatro quatuordecim gradus ꝓximi assignarent̄. DE puluino equestri .i. ab equestribus in quibus sedebāt equites. Seneca lib. vii. de bñficiis. Equestria omnium equitum romanoꝝ sunt. Popularia aūt dicebant̄ ubi plæbs in theatris sedebat. Suetonius in Domitiano: Et quia pars maior intra popularia desiderat &c. SVRgat: seruandis gradibus præfecti erant Lectius & Oceanus. Mar. lib. v. Quadringenta tibi non sunt chererestrate surge. Lectius ecce uenit. Et lib. tertio. Est & in hoc aliquid uidit me roma tribunū. Et sedeo qua te suscitat oceanus. FORnice. cauerna antro.

MAN.
Lutiꝰ roscius otho
Equestria
Popularia
Lectius oceanus

¶ EXEat inquit: alii hunc locū sunt interpretati aduersus Neronem: qui loca equitum romanoꝝ sedilibus plæbis præposuit ad circum: nā de ordine sedēdo in theatro Lucius roscius otho tribunus plæbis. ut scribunt pædianus. Liuius Porphyrio multis ante annis legē tulerat: ut. s. quatuordecim proximi gradus equitibus assignarent̄: ergo aduersus Domitianum dictum interp̄tor: qui legē othonis temporum uetustate ferme abrogatam restituit quod Tranquillus his uerbis indicat de Domitiano. Licentiam theatralem promiscuam iniquitate spectandi inhibuit. ex ea dictum erat ne in: xiiii. sederet. nisi cui essent quadringenta sestertia. his. n.

DOM.

erat census equester ita factum est ut,multi nobiles & boni uiri qui non integro censu equestri pro equitibus se præstantes ante legẽ reuocatam illic sedere soliti erãt:magna cum ignominia singulis prope spectaculis iuberentur surgere:de hoc multa extant Mar.epigrammata.Seruando ordini præfecti erant Lectius & Oceanus. SVRgat Martia.Quadrigenta tibi non sunt Cherestrate surge.Lectius ecce uenit.

MER. Equestria q̃ essent. popularia VAL.

¶EXEat iqt si.pu.ẽ.uox ẽ excitãtis.de.xiiii.primis gradib⁹ eũq legitimũ cẽsu3 eqstrẽ nõ hẽbat:q q̃dringẽtorũ erat sestertiũ. PVLuino sur.eque.puluinũ hic accipit ꝓ equestribus ĩ qb⁹ sedebãt eqtes.Seneca.vii.de bñficiis.Equestria oĩu3 eqtũ romanoꝝ sunt:& itẽ:sed cũ ĩ theatrũ ueni si plena sũt eqstria & iure hẽo locũ illic:qa sedere licet mihi:queadmodũ popularia dicebant̃:ubi plæbs ipsa ĩ theatris sedebat:Sueto.in domitiáo: Et qa ps maior ĩtra popularia d̃ciderat qnq̃genas tesseras ĩ singulos cuneos equestres:ac senatorii ordĩs,ꝓnũciauit. ¶Q VAM ꝙ ridiculos hoĩes:de qbus rident diuites:est.n.ridiculus qui risui est:ut Cicero.Cn.sicinius homo impurus:sed admodũ ridiculus neq3 aliud in eo oratori simile quicq̃. ET De puluino sur.equestri: idest ex ordine & equitũ sedibus exurgat q paupꝫ.ẽ.Puluinũ.n.ꝓ sedili:in quo puluini adhibent̃:posuit. Est aũt puluinus:uñ puluinar:q scabellis sup ĩpoĩt̃:quo mollior sit sessio.hui⁹ ĩminutio ẽ puluill⁹.Hor.in epo.Quid ꝙ li belli stoici ĩter sericos iacere puluillos amãt. SEDeãt hic.i.p.mõ diuites sint.Q uocũq3 ĩ.f.quouis lupanari.

MAN. Pinnirapus Pinna Vanus stolidus Filia cui danda galloꝝ dotes

Ecce iterum.prima & enim satyra dixerat,Cum pars niliacæ plæbis:cū uerna canopi Crispinus &c. ECCe iteꝝ crispinus adest mihi sæpe uocādus:adest legi in antiqs codicibus. ECce:de ecce particula sic ait Asconius li.ii.uerrinaꝝ.Ecce aūt pprium hoc Ciceronis est in rebus improuisis:quod cum cura Virgi.Et legit & transtulit:ut ecce autē gemini a tenedo &c. AD partes ad satyras quæ sūt operis partes. AEger:debilis. VIduæ tm: per id uoluptate ductum ad libidinem ostēdit cum egestate ut multi alii nō cogeret.Mar.li.xi.ad Caridemum Nunc sectaris anus o quantum cogit egestas.Illa fututorem te carideme facit. QVID refert:prodest.q.d.nihil quia malus est:hic fœlix eē non potest. PORticibus:solebāt prisci in domibus gestationes hr̄e in qbus gestarent:hr̄e itē & hortulos oblectationū gratia. INCestus:cestus cingulū dicit ueneris:quo utit ad honestas nuptias:hinc incestū dicit quod a sacrato illo ueneris cingulo nō fuerit uinctum. Auctor est Lactantius li.ii.th.Incestū ut inqt Seruius lib.vi.æn.ibi incestat funere classem.i.polluit:est qcū que pollutio. TERrā subitura sacerdos:uestales eni īcesti damnatas a Numa pōpilio uiuas suffodi institutum est:ut Plutarchus ostēdit:& Dionysius li.ii.latius tamē ista diximus in ode Horatii secūda:ibi.n. de uestalibus multa. SED nūc.s.dictū & actū ē. DE factis crispini.s. IVdice moꝝ.Domitiano nā uidelicet legē iuliam in adulteros reuocaret:magistratibus quoq; urbanis,puinciarūq; p̄sidibus coercēdis tm̄ curæ adhibuit ut neq; modestiores unquā neq; iustiores extiterint:suscepta moꝝ corruptione licentiā theatralē promiscua iniqtate spectādi inhibuit.Incesta uestaliū uirginū a patre suo quoq; & fratre neglecta uarie ac seuere cohercuit.Nam Corneliam uirginē maximā absolutam dehinc longo interuallo repetitā atq; cōuictā defodi impauit:stupratoresq; uirginis in comitio ad necē cædi.Auctor est Trāquillus.Martialis libro sexto ad Domitianum etiam ait censor maxime principumq; princeps.

Domitiani censura

Cornelia uirgo

Iunii Iuue. Aquinatis satyra quarta.

Ecce iterum crispinꝰ adest mihi sæpe uocandus
Ad partes:mōstrum nulla uirtute redemptum
A uitiis:æger solaq; libidine fortis:
Delicias uiduæ tantum aspernatur adulter.
Quid refert igitur quantis iumenta fatiget
Porticibus;quanta nemorū uectet in umbra
Iugera quot uicina foro;quas emerit ædes.
Nemo malus fœlix:minime corruptor & idē
Incestus:cum quo nuper uittata iacebat
Sāguine adhuc uiuo terrā subitura sacerdos
Sed nunc de factis leuioribus & tamen alter
Si fecisset idem caderet sub iudice morum

DOM.

Domitius calderinus in.IIII.Satyram.

Ecce iterum.accusaturus Domitianū crudelitatis:gulæ auaritiæ:a Crispino ordit:in quo & pricipē notat:nā Domitianus incesta uirginū uestaliū ut scribit.Trāql.uarie & seuere coercuit:Papinius pulchrius an tacita uigilet face troicus ignis atq; exploratas iam laudet uesta ministras:tamen Crispino adultero notissimo & uirginis uestalis stupratori ignoscebat. ITErū:nā antea ē notatus uerna canopi Crispinus ad ptes.i.satyras q̄ ptes sūt operis. DElitias ui:nullo inqt adulteri genere abstinet Crispinus p̄terq̄ uiduæ:ex quo oñdit eū sectari iucūdiora adulteria:nā q ad uiduas & anus accedebāt paupertate cogebant:ut.s.pararēt diuitias:añ uetulæ uessica beatæ.Mar.Nunc sectaris anus o quantū cogit egestas alibi.Munera qđ senibus uiduisq; īgētia mittis:nullū igit cōmittit adulteriū Crispinus nisi p uoluptatem & libidinem amici cum egestate nō cogat uiduas adire. TErram subitura:designat suppliciū uirginis uestalis:nā in uia ad portam collinam tumulus erat:ubi erat domus subterranea cum lecto strato lucerna ardente:primitiis rerū quæ ad uictum spectant hoc ē pane:aqua & lacte ne uirgo tanta religione sacra detrudi illuc uideret:ut fame periret:ipsa uiua imposita pheretro ferebatur foꝝ magno silentio & horrore.cum erat ad domum illā peruētum deposito pheretro solutis uinculis:pontifex arcana quædā præcatus eam educebat deinde collocabat ī scalis quibus in domum descēdebatur:& statim sese auertebat:tū humus iniciebat quod numa īstituit ut scri.Plutar.Domitianus cum alias puniuit tū Corneliā ut scribit Plinius & Tranqllus earum stupratores cædebantur uirgis in comitio ut celer eques romanus ex suspitione Corneliæ stupratæ iubente Domitiano cæsus ē quod scribit Plinius. IVdice morum.Domitiano qui uult uideri censor Mar.Censor maximus principumq; princeps.

Enarratio quartæ satyræ.

MER. Quando carcer romæ Gestationes in dōibus uestabulū pena. cor. maronilla

Ecce iterum crispinus adest mihi sæpe uocandus.Crispinus prodigum animū & uoracē gulā acrius insectare nimiū & infra cæsareā dignitatē Domitiani studiū in rombo coquēdo.Ad cuius condimētum uelut ad liberanda magna iussu Cæsaris accersiti patres fuere. AD patres subaudi satyrarum:in qbus sicut in comœdiis sunt primaꝝ partium ut rursum secundarum. QVid refert igit:qd prodest ædes extruxisse cum gestatiōe hortulis & laxis porticibus.Et uelut terræ iugera in medio urbis,psedisse:qñ malus fœlix eē non possit.Vbi sciendū solitos fuisse priscos in domibus gestationes habere.In qbus gestarentur hortulis uel īclusas uel coniunctas:quam rem apud iuniorem Plinius frequenter legimus. CVM quo nuper iaceret.Incestum uidetur cum uirgine Vestali fecisse:quæ pollutæ pudicitiæ rea:& incesti conuicta uiua in subterraneum cubiculum defodiebatur:quod pluribus uerbis in camilli uita Plutarchus refert.Qua item pœna iubente Domitiano affecta ē.Cornelia Maronilla:ut Suetonius & Plinius tradunt.

ECce iterū Crispinus adest mihi sæpe uocandus ad partes. De Crispino: piscis magnitudine: domitianiqꝫ tēporibus scribit in hac satyra & Crispini & imperatoris uitam in primis lacerans scenicū sumēdo principium intelligendū siquidē ē aliquos cū Crispino sermones ꝓcessisse. ECCe iterum ꝓpriū Ciceronis & Virgilii & huius ē uerbū in rebus improuisis. Virgi. Ecce aūt gemini a tenedo tranqlla ꝑalta. AD partes: subaudiēdū operis mei & ē metaphora a comoedis tracta mōstrum nulla uirtute redēptū: hoc dicit: hic Crispinus adeo foedis & ꝓiectis in oēm turpitudinē moribus uixit ut naturæ monstrū inter hoīes uideri potuerit. NVLla uirtute redemptū a uitiis. i. quē nulla uirtus a consuetis potest uitiis reuocare qui nulla uirtute uitiū pōt occultare. SOLaqꝫ libidi. for. pertinax in uenere. DELitias uiduæ tantum aspernatur adulter: in minore debilis scelere. IVGera quod ui. for. q̄ late patentes undiqꝫ campos urbi uicinos habeant aut foro ædes & hortos: iugerum inquit Columella hēt quadratoꝝ pedum milia. xxviii. passus pedes habet quinqꝫ actus minimus: ut ait Varro latitudinis pedes quattuor: longitudinis pedes. cxx. clima quoque uersus pedum est. lx. actus quadratus undiqꝫ finitur pedibus. cxx. hoc duplicatum facit iugerū & ab eo quod erit iunctus nomen iugeri usurpauit. NEMo ma. foe. i. oīs qui foelix malusqꝫ est corruptor sit: necesse est sit foelix uel diues siue sit malus qui intra animum uersat scelus: siue corruptor: ut pote qui perpetrat peccatum foelix eē nullo modo potest: alii separatim legunt: nemo malus foelix: ut sit generaliter dictum: & minime corruptor in crispinum: ut sit sensus: si nemo malus foelix est ne corruptor quidem crispinus foelix erit qui & incestus est: INCestus: qui illegitimam tentat uenerem quasi cui cestos non fuerit adhibita: fuit autem cestos cingulum ueneris Homerus: ηκαὶ ἀπὸ ςηθεσφῖνε λύσατο κεσ ὑορι μάντο. ὥοικι λόρενθα δὲ οἱ θέλκτηρι ἀπαρτῖε τηκτοεν θερὶ μὲν φιλότης τερ δὲ ἵμερος τερ δὲ ὀαρισὺς. παρφασις ἥτε κάλεψενοον ὥπραπερ φρον ἐόντων. NVPer uittata iacebat: uittis redimita. SANguine adhuc uiuo terram subitura sacerdos. i. quā uiuā obrui moris est si crimine cōuincat: hoc enim supplicium in uirgines in incestu deprachensas statutum est: ut Plinius in epistolis. Fremebat enim inquit Domitianus æstuabatqꝫ ingenti inuidia constitutus: nam cum corneliam maximillam uestalem defodere uiuam concupisceret: & ut qui illustrari sæculum suum eiusmodi exemplis arbitraretur pontificis maximi iure seu potius immanitate tiranni licentia domini reliquos pontifices non in regiam sed in albanam uillam conuocauit nec minore scelere q̄ ꝙ ulcisci uidebatur: absentem inauditāqꝫ damnauit incesti: cum ipse fratris filiam incesto non polluisset solum: uerum etiam occidisset: nam uidua ab ortu periit missi pontifices qui defodiendam necandamqꝫ curarent. CADeret sub iudice moꝝ. i. a cēsore dānaret.

Nam quod turpe bonis titio serioqꝫ decebat
Crispinū: quid agas: cū dira & foedior omni
Crimine ꝑsona est: mulum sex milibus emit
Aequantem sane paribus sestertia libris.
Vt ꝑhibent q̄ de magnis maiora loquuntur
Consilium laudo artificis: si munere tanto,
Præcipuā in tabulis cærā senis abstulit orbi
Est ratio ulterior magnæ si misit amicæ:
Q uæ uehit clauso latis specularibus antro
Nil tale expectes: emit sibi: multa uidemus
Q uæ miser & frugi non fecit apicius: hoc tu

TITio Serioqꝫ sic ē in antiqs. ii. āt ut daf intelligi eqtes: erāt uti & Crispinus ponūturqꝫ ꝓ qbuscūqꝫ bonis. AGAS: dicas. Q Vū: qn. DIRA: diꝝ est triste & infestū & q̄si deoꝝ ira missum. Marcellus scrib. Dirū deoꝝ ira natū iqt Fest. MVlum sex milibus: post quam lasciuiæ Crispinum damnauit: Iam gulæ arguit MVLum. Macrobius sat. lib. iii. scribit Sammonicum rettulisse quod Asinius Celer uir consularis mulum unum septem milibus nummum mercatus est. In q̄ re luxuriā illius sæculi eo magis licet æstimare: quod Pli. secundus temporibus suis negat facile mulum ꝛep tum qui duas pondo libras excederet. At nunc & maioris pōderis passim uidemus: & pretia hæc insana ne scimus. Hæc ille Plinius autem libro nono ait. Ex reliqua nobilitate: & gratia maxima est & copia mulis sicut magnitudo modica: binasqꝫ libras ponderis raro admodum exuperant. barba gemina insigniuntur inferiori labro Nomen iis fenestella a colore mulleorum calciamentorum datum putat. Mulum octoginta librarum in mari rubro captū Licinius Mutianus ꝓdidit. Festus uero ait ꝙ mulei calcei erāt regū albanoꝝ & post patritioꝝ a mulando. i. sumēdo dicti. Mullus uero τρίγλα est græcis. philosophus āt lib. qrto de animalibus scri. muloꝝ foeminas & maiores esse & uiuaciores q̄ mares. SEX milibus. i. sex sestertiis: mille. n. nummos ualebat sestertium ut aiūt. VT ꝑhibent: ut asserūt assentatores: q crispinū excusantes dicūt mulū fuisse sex librarum. CONsilium. s. emēdi muli. PRAEcipuā cærā: principalē hæreditatis partem. VLTerior: magis ultra & maior. MAGnæ diuitis: latis specularibus. Seneca etiam epistola octogesimaseptima sic ait. Nihil mihi uidetur iā interesse algeat balneum an caleat. Quantæ nunc aliquis rusticitatis damnat scipionem ꝙ non in caldarium suū latis specularibus diem admiseratqꝫ nō in multa luce decoquebat. Pli. autem lib. trigesimosexto capitulo uigesimosexto scribit ꝙ specularis lapis faciliore natura finditur in tenues crustas. & Martialis ait li. viii. Hibernis obiecta notis specularia puros: Admittunt soles & sine face diē: operiebanf enim specularibus loca in domo uoluptatis gratia: q̄ sic tecta Antrū appellat Iuuenalis. TALe: ut mulū donauerit. MVLta uidemus: hoc. s. tempore fieri: & per Crispinum & alios gulæ causa. NON fecit. s. gratia gulæ. APICius: Seneca de consolatione ad Elbiam matrem hæc ait: Apicius nostra memoria uixit: qui & in ea urbe aliquādo ex qua philosophi uelut corruptores iuuentutis abire iussi sunt sciētiam popinæ ꝓfessus sua disciplina sæculum infecit. Cuius exitiū nosse operæ ꝑcium est: cū sestertium milies in culinā cōgesisset: cū tot cōgia principū & ingēs capitolii uectigal singularis cōmessationes suasisset: ære alieno oppressus rōnes suas tūc primū coactus inspexit supfuturꝰ supra sestertiū centies cōputauit: & uelut multa fame uicturus si in sestertio cēties uixisset ueneno uitam finiuit: quanta luxuria erat

MAN.

Muli

Mulei calcei

Specularis lapis.

Apicius

cui centies sestertium egestas fuit:& quod alii uoto petunt ueneno fugit. FRugi:utilis posteris:quia se intermit.

DOMI. ℭ TITio selioq;:per Titium & Selium:aliquem equitem romanum & alios ciues itelligit:qui leuissimis suspitionibus accusati de incestu uestalium in comitio uirgis cæsi fuerant iubēte Domitiano. MVLlum sex milibus Asinius celer uir cōsularis ut Samonicus refert:Mullum septem milibus nummū mercatus est:in quo teste Macrobio luxuria sæculi illius eo magis estimari potest:quod Plinius negat mullum repertum qui duas pōdo libras excederet:at nunc maioris ponderis passim uidentur:ut scribit Macrobius:eodem Plinio auctore.Mutianus refert mullum octoginta librarum captum fuisse in mari rubro:mulli pisces a colore Muleorum calciamentorum mulei enim erant calcei regum albanorum & post patritiorum a mulando:idest sumendo dicti:ut scribit Pompeius:mendosa dictio apud Plinium molliorum pro muleorum. VT perhibent periphrasis est assentatorum qui uolentes excusat Crispinum affirmant mullum fuisse sex milium librarum:ne cui mirŭ sit:si sex milibus emit. MAIOra de magnis:hoc est proprium assentatorum & adulatorum. PRAecipuam ceram:magnō testamē to hoc munere. QVAE uehit clauso antro latis specularibus: speculares lapides perlucidi quibus orti operie bantur: & non unquam construebantur aluearia:tales hortos habuit Tiberius imperator:& Martialis carmine celebrat.Sub his gestabantur diuites in uoluptatem hæc ex Plinio:Iuuenalis diuitem mulierem designans scribit eam gestari in eiusmodi hortis Carpensq; suorum temporum luxum eos appellat antrum:nam cum ita tecti essent speluncæ uidebantur. EMIT sibi in gulam suam Martialis.Cui dedit ergo/sibi:Apitius sola Suidæ historia cognoscitur:hic multa milia nummum gula consumpsit:tam delicati appetitus ut cum audisset in lybia maiores locustas nasci pro quibus multa in gallia impenderat illuc nauigauerit:cum falsum quod audiuerat depræhendisset iussit nauis gubernatorem ita uertere cursum ut lybia amplius inspici non possit:prouinciam detestatus & incolas:plura Suidas & Dion & nos in commentariis Sili diximus:a Plinio altissimus nepotum gurges dicitur & maius ad omnem luxum ingenium.

MER. ℭ MVLLVm sex milibus emit. Mullus is piscis est:quem nunc uulgus barbonam appellat:barbatus enim est.Vt Cicero & Varro scribunt:græca est dictio:de qua plura alias dicemus:sed mullum expirantem uersicolori:& numerosa uarietate(ut uerbis Pli.utar)spectari proceres gulæ narrant: rubentium squammarum multiplici mutatione pallescentem utiq; si uitro spectetur inclusus:unde Martialis.Spirat in aduecto.sed iam piger æquore mullus Languescit:uinum da mare ortis erit.Cuius piscis insana precia Plinius & Macrobius referunt. Nam octo sestertiis Asinius celer uir consularis mullum unum mercatus est. Aequantem sane paribus sestertia libris hoc est pendentem libras sex pro numero sestertiorum:nam mille nummus sestertius ualebat. Quam rem ex uerbis Plinii & Samonici colligere licet.Scribit enim Plinius Asiniū celerem sestertiis octo mullū emisse:quod precium fuisse octo milium nummum Macrobius tradit Samonium scribere.Ex Horatio item si diligentius attēderimus:hoc idem cognoscemus:ait enim.Si quadringētis sex septem milia desunt plæbs æris:quasi quadringenta milia nummum legitimus equitum census foret.Quam summam quadringentorum sestertium fuisse: tum historici:tum reliqui scriptores referunt.Ergo sex milia nummum sex sestertia accipere debemus ad quem numerum referendum est piscis pondus. PRAEcipuam in tabulis ceram:si habendæ hæreditatis gratia: aut amicæ donasset ignoscēdum foret. LATis specularibus antro:speculariorum usum per lucente testa clarū trāsmittentium lumen memoria sua prodiisse scribit Seneca in epistolis:qui item de Scipione tradit.Quod non in caldarium suum latis specularibus diem admiserit.Et Martialis. Hibernis obiecta notis specularia puros Admittunt soles & sine fece dies. PLVra uidemus quæ miser & frugi non fecit apitius.Sensus hic sumptuosior: & magis damnosus nostro tempore est Crispinus:quam olim apitius fuerit.qui nepotum omnium gurges altissimus irritatæ gulæ parum obsequens mullum preciosum non emit:sed octauio cessit quam historiam ipsius Senecæ uerbis ad Lucilium aperiemus.Mullus īgentis formæ quare autem non pondus adiicio & aliquorum gulam irrito.quattuor pondo & asse libram fuisse aiebant Tyberius Cæsar missum sibi cum macellum deferri & uenire iussisset.amici inquit animus me fallit:nisi istum mullum aut apitius emerit:aut Publicus Octauius ultra spem illi coniectura processit:licitati sunt:uicit octauius:& ingentem consecutus est inter suos gloriam:cū quinque sestertiis emisset piscem quem Cæsar uendiderat:ne apitius quidem emerat numerare tātum octauio turpe fuit.Nam ille qui emerat:ut tyberio mitteret(q̄q̄ illum quoq; repræhenderim)admiratus est rem: qua putauit Cæsarē dignum amico ergo aliquis assidet probamus:at hæreditatis causa fecit:si uultur es cadauer expecta.

[Marginal notes: Mulus / Varietas mulorum in morte / Sestertius mille nummos ualebat. / Quando specularia Romæ / Seneca / Tyberius Cæsar / Apitius & P. Octauius licitantur mullū]

VAL. ℭ NAM quod turpe bonis tyrio serioque decebat Crispinum: bonis ꝙ boni essent: aut hos laudat comparatione Crispini. QVID agas cum dira & fœdior omni crimine persona est: nisi obiicias: quod in ea turpissimum est. MVLlum: piscem. SEX milibus emit: deest sestertium. AEQVantem sane paribus sestertia libris: Sex librarum præcipuus fuit. VT PErhibent qui de magnis maiora loquuntur:superius dictum temperat: hoc est ut eius assentatores ferunt eum mirumimmodum inde se laudare arbitrati ut dictum uideatur. παρὰ υπονοιαν. sicut Aristophanis illud τον ἐμῶν γαροικε τῶν πισο τατον ηγοῦ μαιόεκαικλεπισᾶ τον. est & ordo & sensus alter ut desit copula ut dicas ac maiora & subaudiatur q̄ dixerimus. VT perhibent: putant qui loquuntur de magnis idest qui sunt uerbis magnifici assentatores & de aliquo loquuntur diuite semper magnifice: me in hunc sensum trahit: ꝙ loquuntur non dicunt dixit uel ferunt quæ in priore sensu magis congruebant: hinc autem recte sequitur: consilium laudo artificis in munere tanto: ut ipse quoq; id fecisse Crispinum affirmare contendat. INTAbulis ceram senis abstulit orbi: ubi nomen scribitur hæredis: hoc est aut si hæreditatem captauit: aut amorem amicæ locupletis. QVAE uehitur clauso latis specularibus antro: fenestra clausa. MVLta uidemus: quæ miser & frugi non fecit apitius: qui scribit de ciborum condimentis. ut Plinius meminit. MISer & frugi. Marcus apitius fuit si cū crispino comparetur cum ille gulæ haberetur exemplum.

SVCcinctus papyro: per id ostendit eius inopiam & conditionem uilissimam. PAPyro: papyrum nascit in palustribus ægypti: ex quo nauigia texunt: & e libro uela tegetesq3: necnõ & uestẽ: atq3 stragula ac funes Plinius libro nono. PROuincia: ea proprie extra italiam dicebatur: Plinius in epistolis Prouincialis es an italicus: & festus ait Prouinciæ appellantur q populus romanus eas prouicit. idest ante uicit. Quales tunc epulas: postq poeta Crispini uitia patefecit: iam in Domitiani gulam inuehitur. INDuperatorem: pro imperatorem. est enim epenthesis: idest interpositio. alii parenthesim uocant: quidam pleonasmum appellant quod Donatus & Diomedes scribunt: nos uero latius carmie figurar. QVum: quãdo. TOT sestertia: idest sex. PARtem: appositio est. MOdice respectu gulosi imperatoris uel ironia est. SCVrra: irrisor pastus adulator. PVR. pureus. Crispinus. n. inter equites ascriptus erat: hinc & prius dixerat. Crispinus tyrias humero reuocante lacernas. Priceps equitũ. Tacitus lib. xvii. sic ait. Septimam decimam cohortẽ e colonia hostiensi, in urbẽ acciri Otho iusserat. Armandæ eius cura: Vario crispo tribuno e prætorianis data &c. MVNicipes: in eodẽ municipio natos in nilo. n. nascuntur. MVNicipes item erant ut Festus ait qui ex aliis ciuitatibus romam uenissent: quibus non licebat magistratum capere: sed tãtum muneris partem ut fuerunt cumani acerrani &c. Gellius quoq3 libro decimoquinto cap. decimotertio ait q municipes erãt ciues romani ex municipiis suo iure et legibus suis utentes: muneris tantũ cũ populo romano honorarii participes a quo mũere capessendo appellati uidẽtur. SILVros. silurus in nilo ẽ grassaturq3 ubicunq3 est oẽ aĩal appetẽs: equos inatantes sæpe demergẽs præcipue in meno germaniæ amne propter lisboum: & in danubio: Plinius libro nono capitulo decimotertio. FActa: putrida. CANtandum: fingẽdum poetico more. PIERides: eæ dictæ sunt musæ a pierio monte: ut scribit Festus Est autem Pierus mons thessaliæ: qui ad macedoniam protenditur auctore. Plin. lib. quarto. In Hesiodi aũt theogonia legitur ex Ioue & Mnemosyne musas in pieria natas. PVELlæ olim puerae pro puellæ. Varro de uita patrũ. Pueri liberi & puerae ministrabant: pueritia quoq3 pro puritas. Auctor ẽ Nonius: & festus ait q puelli pueri dicebantur per diminutionem. PVEllas: quasi puras & uirgines. FLAuius ultimus. Domitianum intelligit. De gente autẽ flauia scribit Tranquillus q obscura fuit initio: nam titus Petronius municeps rheatinus fuit filiumq3 habuit sabinũ: cui mortuo Vespasia polla Sabinus & Vespasianus liberi fuere supstites: maior Sabinus ad prefecturam urbis: minor. Vespasianus ad principatum usque processit: qui ex Domicilla uxore liberos tulit Titum & Domitianum & Domicillã. Vxori & filiæ superstes fuit: utranque autem adhuc priuatus amisit: Titus ei successit in principatu: Tito uero domitianus ultimus quidem flauiæ gentis princeps.

MAN. papyrus Induperator Epẽthesis

Succinctus patria quondã crispine papyro
Hoc preciũ squamæ potuit fortasse minoris
Piscator q piscis emi: prouincia tanti
Vendit agros. sed maiores apulia uendit.
Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus
Induperatorem: cum tot sestertia partem
Exiguã: & modicæ sumptã de margie cœnæ
Purpureus magni ructaret scurra palati
Iã priceps equitum: magna qui uoce solebat
Vẽdere municipes fracta de merce siluros
Incipe calliope licet hic considere: non est
Cantandum: res uera agitur: narrante puellæ
Pierides: prosit mihi uos dixisse puellas
Cũ iã semianimum laceraret flauius orbem

Crispinus Varius municipes Menus fluuius pierides pier⁹ m puerae puelli Flauia gens

PROuincia: aphrica: sed apulia uẽdit maiores: hoc est tanti quidẽ emũtur in apulia sed maiores. QVAles insinuatio ẽ in rephẽsionẽ epular: quas domitianus instituerat in albano eas ante carpsit: raruʒ ac memorabile magni gutturis exẽplum. Quicquid. n segtur de rombo & si fictum est: tamẽ ita narratur: ut apertissime notetur luxus albanus de quo ante diximus. PVRpureus: inuidiose eũ appellauit purpureum propter multitudinem purpurearum uestium quas habebat. Repete quæ diximus de crispinis i prima satyra. SILuro: siluri pisces in Nilo tantũ natant & in nilide lacu iuxta montẽ inferioris Mauritaniæ quo argumẽto iuba rex contendebat. nilum ex eo oriri. cum idem pisces aleret. s. coracini. Siluri illic tantum & in nilo reperiantur. FLAuius ultimus: qui ex gente flauia tertius fuit & ultimus: nam Vespasianus primus. Titus secũdus: postremus Domitianus qui templum quoq3 Flauiæ genti erexit: collegium flauialium instituit ut scri. Trãquillus. Caluus Item fuit eodem auctore. & Plinius. Qui genti primæ futura semper sanxit, limina Flauiũq3 caluum. Idem appellatur Nero a crudelitate. qua. s. Nero imprimis notus est.

DOM.

SVCcinctus patria quondam crispine papyro. quia & in ægypto papyrus nascitur & ægyptius fuit. Crispinus. SVCcinctus: q ex papyro: ut plinius scribit. nauigia texunt. & e libro uela tegetesq3. necnon uestem atque strangula conficiunt. PROuincia tanti uendit agros. proprie prouincia extra Italiam dicebatur: quæ & procuratorem accipiebat: Plinius de galia narbonensi. Italia uerius q̃ prouincia: & iunior in epistolis Prouintialis es italicus. MAIOres appulia uendit: non solum extra Italiam. sed in desertis appuliæ tanti agros emere inuidiosum foret. IAM princeps equitum: quia præfectus ptorii fuit hic crispinus. MVNIcipes fracta de merce siluros: peculiaris nili piscis Silurus traditur. quamq̃ & in danubio reperiatur: quem piscem nõ ab similem ei colligimus. quem sturionem appellamus. MVNIcipes cõciues & conterraneos. nam ægyptii. pisces ægyptii hominis municipes erãt. FLAuius orbem ultimis. Domitianus hic fuit ex gẽte flauia. qui post Vespasianum patrem & Titum fratrem Romanum tenuit imperium.

MER. Ex papyro quod prouincia prouincealis

HOC tu succinctus patria quondam crispine papyro. papyron patria quod in ægypto papyri plurimus sit usus. ut Pli. Ex ipsa quidem papyra nauigia texunt. & e libro uela tegetes. necnon & uestem atq3 stragula ac

VAL.

funes mandunt quoq₃ crudum decoctumq₃ succum tātum deuorantes:papyrus ergo nascitur i palustribus ægypti locis qescētibus nilli aquis. HOC pcium squamæ:exaggerat:hec in crispinum:squamam autem p pisce dixit synecdochicos. PROuincia tāti uendit agros:amphibologia inquit Probus utrum agros an mu/los ut per anastrophem postpositum sit:sed hoc pacto:sed agros maiores apulia uēdit:uel certe prouincia tā ti uendit agros quanti tu mulos emisti. SED maiores apulia uendit:hoc dicit:maiores apulia uendit mulos ut placet Probo:quos tu prouincialibus gratis abstulisti:& ironia est:maiores apulia uendit. QVAles tunc epulas ipsum glutisse putamus induperatorem:domitianum potius q̄ neronem dicit. INDuperatorē due penthesis est pathos hoc metri necessitate compulsus sic Lucretius idugradi porro pariter simulacra pedēq₃ ponere:& rursum.Indugradi motus hominum gestumq₃ sequentem:& in quinto.Induperatorem clausis su per equora uentis:& in sexto.Indupedata suis arti cōnexa cohæret. INCipe calliope:per irrisionem inuo/catio tacta quasi ad piscis magnitudinem exprimendam diuino musarum opus sit auxilio:quo satyrice i im/peratorem dicta hæc accipiantur. LICet hic considere:idest sedere:tenues nos reficere:uel in his a principe tam præclare gestis immorari. NON est cantandum:effingendum more uatum nam subiungit.Res uera agitur:narrate puellæ pierides:hæc abunde in arte poetica tractauimus. PROsit mihi:iuuetur me q̄ uos pu ellas nominauerim. CVM iam semianimem laceraret flauius orbem.VItimus:flauiæ gentis ultimum do/mitianum dicit:hoc enim ordine regnarunt.Vespasianus titus:& inde domitianus.

Vltimus:& caluo seruiret roma neroni
Incidit adriaci spacium admirabile rombi(cō
Ante domū ueneris quā doricha sustinet an
Impleuitq₃ sinus:neq₃ eni minor hæserat illis
Quos operit glacies meotica:ruptaq; tandē
Solibus effundit torpentis ad hostia ponti
Desidia tardos & longo frigore pingues
Destinat hoc mōstrū cimbæ liniq₃ magister
Pontifici summo:quis enim proponere talē
Aut emere:auderet:cū plena & littora multo
Delatore forent:dispersi protinus:algæ
Inquisitores agerent cum remige nudo.
Non dubitaturi fugitiuum dicere piscem
Depastumque diu uiuaria cæsaris inde
Elapsum ueterem ad dominū debere reuerti.
Siquid palfurio:si credimus armillato.

MAN. Caluus Nero Domi/tiani caluitiū

¶CALuo Neroni:idest Domitiano sic eni appella tus est immanitate atq₃ sæuitia.Ausonius de ordi/ne duodecim imperatorum. His decimus fatoq₃ accitus uespasianus.Et titus imperii fœlix bonitate secutus.Frater quem caluū dixit sua roma neronē. Tranquil.itē ait.Caluitio ita offendebatur ut in cō tumeliam suā traheret si cui alii ioco uel iurgio ob/iectaretur.Ait idē in Tybetio q̄ Nero lingua sabi/na fortis ac strenuus significatur. LACeraret.Do mitianus Aretinum clæmentem consularem capi/tis condemnauit.Flauiū clæmētē patruelem suum illiusq₃ etiam filios iteremit:plura uideto apud Sue toniū. ADR iaci rhombi.Adriam inclytā ciuitatē

Adria Adria cum mare Rhom bus

fuisse memoriæ proditum esse:a cuius nomine mo dica trāspositiōe sumpta & sinus appellatus ē Adri aticus.Strabo scri.li.v. RHOmbi:rhombus piscis est planus cui dextrum latus:resupinatum est:Plini us ait libro nono.Et Martialis libro decimotertio ī quit.Q uāuis lata gerat patella rhombum.Rhom/bus latior est tn̄ patella.Pli.li.viii.cap.qnquagesimo quarto scribit q̄ rhōbus rauennæ optimi saporis ha betur. DORica ancon.Mela scribit in piceno ur bem esse:quæ in angusto duorum promontorioꝝ ex diuerso coeūtium inflexi cubiti imagine sedet:&

Ancon

ideo:a graiis dicta ancon inter gallicas italicasq₃ gentes quasi terminus itereft.Plinius autem scribit libro ter/tio:q̄ ab siculis colonia ancon apposita est promontorio cunero.In ea ut etiam Catullus ostendit Venus cō lebatur.Ancon autem cubitum significat. DORica.Dorus dorienses parnaso affines habitatores constituit sibiq₃ superstites:a se uocatos reliquit auctor est Strabo libro octauo.Et Plinius libro sexto capitulo secundo

Dorus Dorié/ses Græce gentes tres

scribit tris tantum gentes græcas iure dici.Doricam.Ionicam.Eolicam:cæteras barbarorum esse. SINVs i rætium scilicet. MINor:rhombus. HAEserat:in rætibus. ILLis:rhombis. GLAcies meotica.Scribit Dionysius meotidem paludem in superiori asiæ parte intra quam tanais dilabitur multoque prius inflatus borea immensam illuc conuehit glaciem infœlicesq₃ illos facit qui uicina incolunt loca. Strabo uero libro undecimo scribit.Meotim lacum esse qui tanaim recipit sic etiam Plinius libro sexto.Et philosophus libro nono de animalibus sic ait.Apud meotidem paludem lupos esse piscatorum familiares aiunt & nisi par/tem suam piscatoribus acceperint rætia quum in terra expansa reficcantur lacerare. AD Hostia ponti

Ponti mensu/ra

mensura ponti bosphoro ad meotidis lacum protenditur ut scribit Plinius libro sexto ubi etiam dicit q̄ ora ipsa bosphori utrinque ex asia atq₃ europa curuatur in meotim. TORpentis segnis frigidi glaciati.

Domi/tianus pōtifex

PONtifici summo De Domitiano etiam Plinius Cornelio scribens ait. Qui ut pontificis maximi iure reliquos pontifices non in regiam sed in albanam uillam conuocauit ut incesti Corneliam maximillam cō/demnarent. PROponere publice ponere ad uendendum. ALGæ marini littoris quod alga spargitur. AGErent accusationem tractarent. REMige nudo piscatore paupere. VIVaria cæsaris piscinas enim Domitianus habuit ubi auctore Plinio pisces nominatim ad escam ueniebant. PALphurio.Palphurius Sura & Armilatus magni uiri fuerant sed delatores postea euaserit de quibus lege Tranquillum in Do mitiano & Caligula ac Probum uel hos fisci causas agentes accipimus.Suetonius autem sic ait de Domitia no Sed & capitolino certamine cunctos ingenti consensu precantes ut Palphurium Suram restitueret pul/sum olim senatu ac tunc de oratoribus coronatū nullo responso dignatus tantūmodo iussit uoce præconis

DOM.

DOrica ancō:cōdita a græcis: nam Siracusam a græcis oriūdi Dionysii Tyranni fugientes Anconē condiderunt in ora galliæ Cisalpinæ iuxta Cymerū promontoriū autores Solinus & strabo & Pli. PONtifici summo:Satyricæ appellat Domitianum sūmum pontificem cum ei uelit exprobare luxū sacerdorū quos in albano instituerat.Plinius de Domitiano:pontificis inquit maximi iure:seu potius īmanitate tyranni:licentia domini. VIVaria Cæsaris:nā piscinas habuit Domitianus in quibus autore etiam Plinio nominatim uocati pisces a magistro ad æscam enatabant. AD ueterem dominum hactenus dānauit Domitianū a multitudine delatorū quod sequit̄ ostēdit multos fuisse eodē tempore qui iniqua iuris interpretatione multa uendicabant fisco publico:hos quidē habuit sed prius repressit:Tranquillus Fiscales inquit calūnias magna calūniantiū pœna repressit:ferebat̄ q̄ uox ei⁹.Delatores q nō castigat irritat:postea eosdem fouit ut idem est autor. PALfurio & armilato:hi fuerunt oratores:de Palphurio Tranquillus in Domitiano scribit quod scilicet pulsus olim fuerit ex senatu:& tūc cornatus:de oratoribus in certamine capitolino: Armilati itē meminit in calligula:sed ii duo ponuut̄ hic a Iuue.pro omnibus q Fisci cās agebant p calūnias.

MER.

ET caluo seruiret roma Neroni.Alterum Neronem Domitianum appellat secutus uirgilium qui æneam parin uocat.& nunc ille paris cum semiuiro comitatu.Caluum legimus Domitianum fuisse non Neronem adeoq̄ caluitio offendebatur:Auctore Suetonio:ut in contumeliam suam traheret:si cui alii.ioco uel iurgio obiectaretur:& ausonius.Frater quem caluum dixit sua Roma neronem: INcidit adriaci spatium mirabile rombi:rombus piscis de genere planorum: quemadmodum passer & solea perhibetur:hic Rauenæ auctore Plinio optimus est:de quo Martialis.Quamuis lata gerat patella rombum.Rombus latior est tamen patella. ANte domum ueneris quam dorica sustinet ancon.Dores Anconem condidere:cuius urbis patrona uenus quondam fuit:ad quam Catulus.O quæ ceruleo creata ponto.Quæ sanctum idalidū uirosq̄ apertos. Quæq̄ ancona gnidumq̄ harundinosam colea Quos operit glacies meotica.In palude meotica per hiemem conglaciata:pisces pinguescunt qui mox resoluta glacie in pontū effundūtur. TORpentis ad hostia ponti:bosphorum cimericum ponti hostia intelligimus:per quem palus meotica in pontū defluit. PONtifici summo:Domitiano:sic Plinius ad cornelium de eodem:qui ut pontificis maximi iure reliquos pontifices non in regiam:sed in albanam uillam conuocauit.ut incesti Corneliam maximillā condemnarent. DEpastūq̄ diu uiuaria Cæsaris Separatim in uiuiariis pisces romani Cæsares concludebant: atq̄ pascebant:Plinius & manu pascuntur pisces in pluribus quidem cæsaris uillis.Et Martialis.Sacris piscib⁹ hæ natantur undæ. PALfurio si credimus armilato: nō absonū foret palphurium surram intelligere:quē senatu olim pulsum:ac de oratoribus coronatum:ut domitianus restitueret in capitolino certamine multi ingenii cōsensu precati sunt quos tamen nullo responso dignatus:tacere tantum modo iussit uoce præcōis Hæc Suetonius. ARmilato:ual armilis donato uel coronato:

Caluicium domitiani
Rhombus solea passer plani pisces
Ancon Venus
bosphorus cimerius
Viuaria
VAL.

ET caluo seruiret roma neroni:hoc conuitium in flauium domitianum titi fratrem uespasiani filium iacitur:qui caluus fuit:at quoniam caluicio ita offendebatur ut in contumeliam suam traheret si cui alii ioco uel iurgio obiectaretur:sunt qui dicant exilii Iuuenalis hos uersus fuisse causam. RHOMbi: rhombus genus piscis hic significatur:nam est ubi uas incantamentis aptum significet.Theocritus.χῶς Δινεῖο ὅ Χερο πβοσοχα λκεοσ ἐέσφρο Δίτάσ.& apud propertium.Deficiunt magico torti sub carmīe rhombi:& figura geometrica sicut etiam rhomboides:inde tam piscis q̄ uas illud quod talem habeant faciem sunt appellata. DOmum.templum. SVstinet cui iminet ancon:urbs quam græcorum dorienses cōdiderunt. IMpleuitq̄ sinus:concaua rætia OPErit:tegit GLAcies mæotica mæotidis plaudis profunda de qua Ruffus festus de orbis situ Boream uergens boreali rursus in arcto.Oresinus Patulo mæotidis arta paludis Aequora prorumpunt scyta latē barbarus oras.Incolit:& matrem ponti cognaminat undam.Torpentis glacie cōcreti. DEsidia tardos.segnes nimio pingui. DEstinat:mittit: HOC monstrum:hunc rhombum. CYMbæ liniq̄ magister:piscator cymba nauicula & fere piscatoria nominatur.A franius.Cum conscendo cymbam interbi piscatoriam luci uenio iacitur anchora:hinc ad nauis similitudinem cymbia pocula dicta. LIni:linum pro ræte ex quo contexitur posuit. PONti.sum.:imperatori ut Plinius in epistolis cum de domitiano loqui cœpisset inquit Pontificis maximi iure potius immanitate tyrāni licentia pontifex autem maximus:ut Varro inquit dicebatur a posse & facere:ego a ponte arbitror:nam ab his sublitius est factus primum & restitutus:ut pontificem summum dixit imperatorem:q̄ ueterum consuetudine pontificum cœnæ essent lautissimæ.Hora Assumet hæres cæcuba dignior.seruata cētum clauis:& merous unget pauimēta: superbo pontificum potiore cœnis. CVM ple.& lit.& littora nedum fora. MVLto dela.fo. honesta dictio cum singularis ponitur & plurale intelligimus ut apud Virgilium.Armato milite complent: quæ figura crebra apud Liuium est ut etiam illud.Orba consilio auxilioq̄ gabina res regi romano sine ulla dimicatione in manum traditur. DIsper.proti algæ inquisitores algæ mari:per cuius littora herba alga passim nascitur. AGE.cum remi.nu.cum piscem abstulisset accusandum furti adhuc putarent quod piscem diu intra cæsaris uiuaria tentum inde fugientem ausi fuissent attingere: VEterem ad do.ad imperatorē. SI quid palfurio:palfurius iura ut inquit probus consularis uiri filius sub nerone luctatus est uirgine lacedæmonia in agone:postea a uespasiano summotus est senatu:transit ad stoicam sectam in qua cum eloquentia præcelleret domitiano familiaritate coniunctus dalationem acerbissime exercuit:sed intefecto domitiano accusatus est a senatu & damnatus:non ergo dubium est quin hæc in domitianum dicta sint sub palfurii: & armillati delatorum nomine. SI credimus armillato:nomen delatoris sub Nerone & domitiano.Tran. Armillat⁹ pcessit i publicū & eādē snīam tēuit:ab armilli armillat⁹.Prop.Atq̄ armillatos colla molosa canes.

Quicqd cõspicuũ: pulchrũq; ẽ æquore toto
Res fiſci eſt ubicũq; natat: donabitur ergo
Ne pereat: iã lætifero cedente pruinis
Autumno: iã quartanã ſperantibus ægris
Stridebat deformis hyems: p̃dãq; recentem
Seruabat tñ hic ꝑperat uelut urgeat auſter
Vtq; lacus ſuberant: ubi tanq̃ diruta ſeruat
Ignẽ troianũ: & ueſtam colit alba minorem
Obſtitit intranti miratrix turba parumper:

MAN. FISci: fiſcus ſaccus eſt publicus: quem habent exactores: in quo mittunt debitum publicum: quod regi red
Fiſcus ditur. Pedianus libro ſecundo uerrinarum ſcrib. ꝙ fiſſci erant utenſilia ad maioris ſummæ pecunias capiẽ
Autum das: unde fiſcus pecunia publica & confiſcare dici ſolet. NE pereat: perdatur: nam piſcatori ablat⁹ fuiſſet ab
nus inquiſitoribus. LAEtifero autumno. Ouidius in arte de autumno ait: Aere non certo corpora langor ha
Aegro bet. Et Iuuenalis ſatyra decima. Quot themiſon ægros autumno occiderit uno. De autumno autẽ latius in
tationũ ſatyra ſexta ait ibi ſcilicet Septembris & auſtri. QVArtanam ſperantibus ægris. Alcinous ſcribit ægrota
cauſæ tionum cauſas complures eſſe. Primum quidem elementorum: aut defectum aut ſuperabũdantiam ac trã
Febris. mutationem ad aliena loca. Febris quidẽ continua
fit quum ignis ſupabundat. Quotidiana uero quũ
aer. Tertiana quum aqua. Quartana autẽ cum ter
ra. Diximus attamẽ de quartana latius in ſatyra no
na. HIC: piſcator. AVſter plinius libro ſecundo ca
Auſter pitulo quadrageſimonono ſcribit ꝙ humidus eſt au
ſter præſertim italiæ: nam aphricæ ſerenus eſt: ſalu
berrimus omnium aquillo: noxius auſter: noctu au
ſter interdiu aquilo uehementior. De auſtro tamen
Aquilo multa plura uideto ſatyra ſexta ibi Septembris & au
Alba ſtri. DIRuta alba: a tullo hoſtillo ſcilicet. Strabo li.
quinto ſcribit ꝙ alba diruta eſt templo duntaxat ex
cepto: fuerat autem illud ueſtæ: ſuperius enim dixe
rat ꝙ Amulius Numitoris filiam ſyluiam ueſtæ ſa
Quin cerdotem conſtituit. VEſtam minorem: ad differentiam templi ueſtæ in urbe conſtructi a Pompilio qui
quatria auctore Liuio uirgines ueſtæ legit alba oriundum ſacerdotium & genti conditoris haud alienum. TVRba
miner ſacerdotum albanorum ſcilicet: nam ut ſcribit Tranquillus celebrabat Domitianus & in albano quotannis
uæ quinquatria mineruæ: cui collegium inſtituerat: ex quo ſorte ducti magiſterio fungerentur: redderentq; exi
mias uenerationes & ſcenicos ludos: ſuperque oratorum ac poetarum certamina.

DOM. VBIcunq; natat: ratio eſt & iniqua interpretatio illorum. TANq̃ auſter urgeat: nam auſtrino flatu ob
ſonia corrumpuntur ut ſcribit Plinius. VRgeat: cogat properare timentes ne corrumpatur. ALba mino
rem: locum deſcribit ubi Domitianus quinquatria ſua in albano celebrabat. Quamq̃ diruta: idem ſtrabo
ſcribit alba euerſa templum tantum ueſtæ remanſiſſe. VTq; lacus ſuberant: ideſt poſteaq̃ peruenerunt ad
eum locum ubi lacus Albani dicuntur. VEſtam minorem: ad differentiam templi quod cõdidit Numma
in urbem: nouum rotundum: & maius ut ſcribit Plutarchus: minorem igitur hoc ẽ deteriore tẽplo cultam

MER. RES fiſci eſt: fiſcus uas ad maioris ſummæ pecunias capiendas: inde confiſco: tamen hic properat uelu
Fiſcus urgeat auſter: quamuis inſtante hyeme potuiſſet piſcis ſeruari per frigora: tamẽ uelut auſter urgeret: piſca
Cõfiſco tor feſtinabat: quo uento ſpirante: obſonia corrumpi aiunt: Horatius. At uos præſentes auſtri coquite ho
rum obſonia: refertq; Seneca tantum faſtidii in illis fuiſſe ut nollent attingere niſi eodem die captum piſcẽ
& (ut aiunt) ſeparet ipſum mare: ideo curſu aduehebatur: ideo gerulis cum anhelitu & clãmore properanti
Separet bus dabatur uia. LAEtifero cedente pruinis autumno: & extremitatem ſignificat autumni: ſic Virgilius.
mare Autumni frigore primo. Quo tempore longiores & autumnales febres in quartanam plerunq; mutantur.
piſcis ET ueſtam colit alba minorem. Albæ ueſtalis ignis ſeruatus eſt uſque in tempora Cæſarum: de quo Luca
nus. Nec non illiacæ numen quod præſidet albæ.

VAL. RES fiſci eſt: ideſt imperatoris: unde fiſcalis & fiſcale Papinianus de pactis. Pactis & enim priuatorũ for
mam iuris fiſcalis conuelli non placuit. Pedianus ſicut inquit ſportæ ſportulæ & ſportellæ nummorum ſunt
recæptacula: & ſacei ſacculi & ſacelli crumenæ manticæ & marſupia: ita fiſci fiſcinæ fiſcellæ. unde pro oculis
& archa theſauri fiſcus: ut ipſe alibi Aerata multus archa fiſcus: inde fiſcus pecunia publica & cõfiſcare ſolet.
RES fiſci eſt: ſententia eſt: piſces conducentium. IAM lætifero cedente pruinis autumno. Lætifero autũ
no: ꝙ cum uer & autumnus plus cæteris temporibus morbis obnoxia ſint propter mutationes quæ utique
corporibus grauiſſime ſunt: autumnus uere grauior eſt quia corpore calido refrigente q̃ frigido recaleſcen
te citius ægrotamus: ut igitur uere frigidum recaleſcit: ſic autumno calidum refrigeſcit: ſunt & cauſæ aliæ
quas apud aphrodiſium alexandrum: cæteroſque præſtantiſſimos medicos legas. CEdente pruinis: ideſt
hyemi in qua pruinæ maxime cadunt. AVTumno: autumnum quidam dictum exiſtimant ꝙ tum præci
pue augeantur hominum opes coactis agrorum fructibus. IAM quartanam ſperantibus: catachreſis eſt ꝓ
timentibus & ſcite dictum quartanam dudum ſperanti bus ægris: ſiquidem quartanæ æſtiuæ breues eſſe
ſolent: autumnales fere longæ: ut Hippocrates in aphoriſmis οἱ θερινοὶ τε τεταρταῖοι τὸ πολλὰ γίνονται
βραχέες οἱ δὲ φθινοπωρινοὶ μακροὶ καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντες.
Docte igitur iuuenalis ſub hyemem quartanam timeri ab ægris dicit: & eſt a propoſitio breuis declinatio
fere in communem locum. STRIdebat deformis hyems: ordo eſt: hyems deformis ſtridebat prædam
que recentem ſeruabat: ubi alba q̃q̃ diruta ſeruat ignem troianum & colit ueſtam minorem: cætera uero
per parentheſim interpoſita ſunt. DEformis: quæ deformes frigore uideri homines facit: ſicut pallida
mors quæ pallidos reddit: hyems dicta: ut Varro ait cum multi imbres hinc hibernacula & hibernum tem
pus: uel ꝙ tum anima quæ flatur omnium appareat ab hyatu hyems. TAmen hic properat uelut urgeat

au.ꝙ austro flante corrumpantur corpora:ut Hora. Vos o austri coquite hoꝝ obsonia:& Per. Et qcquid præ paret auster infœlix pecori securus:siquidem naturæ uentus est calidæ:& humidæ quibus in corpore super fluentibus animaliũ febris solet excitari. VT ꝙ la. suberãt:hoc ẽ tãtũ festinatis pedibus:ut cũ lacus suberant properabat & natatu aquaꝝ celerius euehebaꝑ. Vbi q̃q̃ diruta:nã sub tullo hostilio cum romani ex duab⁹ ur bibus:unã potẽtissima romã extruere cuperẽt:albã diripuerũt:tẽploꝝ tñ ruinis:ita.n.a rege æditũ fuerat:tẽ peratũ est:licet sacra diripent:quæ cũ romã trãsferre uellẽt tanta repente grãdo missa est:ut intelligerẽt e su is locis mouẽda nõ esse. IGNem:quẽ uestæ summa diligentia ne extingueretꝑ asseruabãt. TROianũ:quẽ æneas uexit ĩ italiam. Vir. Sacra suosq; tibi cõmẽdat troia penates:Hos cape fatoꝝ comites. VEStam co.al. mi.utrũ qa minuta tẽpla ædesq; dirutæ essent:an certe minorẽ qa paucioribus incolis diruta alba uesta ꝑsi deret. VEStam co.al.hãc.n.Hector trãsportãdã æneæ dedit. Vir. Vestãq; potentẽ. Aeternũq; aditis affert pe netralibus ignem:quæ uesta a latinis:a græcis hesta noĩata est:unde & ueteres hestam scripserũt:ut apud Põ poniũ scriptum legimus:illud deinde cũ esset necessarius magistratus qui hestæ præesset decẽ uiri constituti sũt in litibus iudicandis:deinde uersa aspiratiõe in u litterã ꝓ æolico digãma positã uestã dixerũt:hanc poetæ saturni filiã & domus medium colere dixerunt Orpheus. εςιάερα ὑιὰ τοῖο κρονοῦ θυγατέρ βασίλεια ἡ μέσον οἶκον ἔχεις πυρὸς ἀενάοιο ἐνηγάθεη ἱερὸν λο μὸν ἀμφιπὸλευεις ab ἵςιμι nomen a græcis uideꝑ impositũ:ut Home. in hymno q ad uestã scriptus est. οὐ γάρ ἄτερ σοῦ εἰλαπίναι θρητοῖσιν ὄυ πρωτῃ πυματῃ τε ἑστίῃ ἀρχόμενος σπένδει μελιηδέα οἶνον. hanc Plato in lib. qui tymæus ĩscri bitur solam ait manere in sua sede:uestam aĩam corporis uniuersi mentẽq; eius aĩæ moderantẽ cœli stellarũ lumine collucẽtis habenas iuxta legem a diuina prouidentia cõfirmatam:quam legem fatum nobis licet ap pellare. poetæ uero ignẽ ẽẽ dixerunt:& cur uirgines deligerentur sacerdotes Ouidius rationem reddit in fa stis. Postremo subiungit. Sat ui terra sua instando uesta uocatus. Causaq; par graii noĩs esse potest. Quod irri dens Augustinus in lib. quẽ de ciuitate dei ĩscripsit:cũ tamen uestam inquit sæpius non nisi ignẽ esse perhibe ant:pertinẽtem ad focos sine qbus ciuitas eẽ non põt:& ideo illi uirgines solere seruire:ꝙ sicut ex uirgine ita nihil ex igne nascaꝑ:quam totam uanitatẽ aboleri & extingui uti ꝙ ab illo oportuit q est natus ex uirgine.

Et cessit:facili patuerunt cardine ualuæ
Exclusi expectant admissa obsonia patres
Itur ad attridem:tunc picens accipe dixit
Priuatis maiora focis genialis agatur
Iste dies:propera stomachum laxare saginis:
Et tua seruatum cõsume in sæcula rhombum
Ipse capi uoluit:quid apertius:& tamen illi
Surgebant cristæ:nihil est quid credere de se
Non possit cum laudatur diis æqua potestas:
Sed deerat pisci patinæ mensura:uocantur
Ergo in consilium proceres:quos oderat ille
In quorum facie miseræ:magnæq; sedebat
Pallor amicitiæ:primus clamante liburno
Currite iam sedit:rapta properabat abolla
Pægasus:attonitæ positus modo uillicus urbi
An ne aliud tũc ꝓfecti:quorum optimus atq;
Interpres legum sanctissimus:omnia quamq̃
Temporibus diris tractanda putabat inermi

¶CEssit:locũ dedit. EXClusi:a pastu rhõbi.s.& a ualuis. ADMissa:recepta interius. OBSonia:ea sunt quæcũq; pani:& uino adduntur. PATres q Domitianum fuerãt comitati. ATtridẽ:Domi tianum:nã sicut Orestes matrem occiderat:ita Do mitianus Flauium clæmentem patruelem suum il liusq; filium trucidauit:& plures. PICens:piscator ex piceno:picena regio inqt Festus in qua est Ascu lũ dicta:ꝙ sabini cũ asculum proficiscerenꝑ ĩ uexil lo eoꝝ picus consederat. De piceno aũt multa Pli. lib.iii.cap.xiiii. GENialis:uoluptuosus & cõuiualis nã quotiens uoluptati operã damus ĩdulgere dici mus genio:ut ẽt Seruius edocet. LAXare:aperi re. SAGinis:pingui. Diis æqua potestas. Tranql lus ait de arrogãtia Domitiani ꝙ cũ ꝓcuratoꝝ suo rũ noĩe formalẽ dictaret epistolã sic cœpit:Dñs & deus nr̃ sic fieri iubet:uñ ĩstitutũ posthac ut ne scri pto qdẽ ac sermone cuiusq; appellareꝑ aliter. MA gnæ:ĩperatoriæ. LIBurno præcone:a liburnia q̃ delmatiæ iungiꝑ. SEDit:in cõcilio.s. PROpera bat:ad conciliũ. ABOlla:militari ueste seu potius physica de qua Latius supra. PEgasus:is albanus ci uis erat:& iurisconsultus & caufidicus:de quo in ui tis principum per Aelium spartianum:fuit autem ab Vespasiano urbi præfectus:ut Põponius tradit ĩ origine iuris. De eodẽ quoq; pægaso lib.ii. ĩstituti. in rubrica de fideicõmissariis hereditatibus:parapho postea uero fit mentio. ATTonitæ:propter Domi tiani sæuitiam ac scelera. VILlicus qa albanus ciuis nõ autem romanus. Aliud.s. erant q̃ uillici. OPTim⁹ uidelicet erat. DIRis:asperis infestis detestabilibus. INErmi debili sine ui et potentia.

MAN.

Domi tiani sæuitia. Picenũ

Domi tianus dñs & deus

Pæga sus

¶ATTridem Domitianũ appellauit cum.n.iam dixerit Neronem nam Nero Attrides poteſt dici hoc est alter Horestes qui et ipse matrẽ interemit ut ille picens nomen piscatoris alterius meminit Martialis Scrib. in aduersa picens epigrammata charta & alibi. DIIS æqua potestas ex historia est nam tantæ stoliditatis & elationis fuit Domitianus ut cum audiuisset se nominari deum per libellũ statim ædixerit ne alia præfatio ne appellaretur unde dictus dominus & deus. PEGAsus & crispus:Crispi meminit Tacitus quem inter potentes potius fuisse scribit quam inter bonos.

DOM.

¶RAPta ꝓperabat abolla pægasus iuriscõsultus celeberrimus fuit pægasus & a Vespasiano urbi præfect⁹ ut Põponius tradit in origine iuris. Vnde eum & uillicum urbis & interpretem legum sanctissimũ appellat.

MER.

VAL: CPATuerunt cardine ualuæ:ideſt regiæ ianuæ repente reſeratæ rhombū portantibus:at quoniā pontificem imperatorem nominauit:ualuas etiam pro ianua poſuit:cum ualuæ templorū ſint:ut Ci.ad pōtifices Poſtē inquit teneri in dedicatione oportere uideor audiiſſe tēpli:ibi enim poſtis eſt ubi aditus templi eſt:ualuæ ambulationis. ITur ad atridē.i.ad Domitianū per ſimilitudinē qui ita uolebat cūcta ad ſe ſpecioſa precioſa deferri:ut quondā agmemnon atrides cum græcoꝝ apud troiam duceret exercitū:quod Achilles uehementer apud Homerū incuſat eum populi deuoratorem appellans cum inquit. οἰνοβαρὲς κύνος ὄμματ᾽ ἔχων κραδίην δ᾽ ἐλάφοιο οὔτε ποτ᾽ ἐς πόλεμον ἅμα λαῷ θωρηχθῆναι οὔτε λόχονδ᾽ ἰέναι σὺν ἀριστήεσσιν ἀχαιῶν τέτληκας θυμῷ τὸ δέ τοι κὴρ εἴδεται εἶναι ἦ πολὺ λώϊόν ἐστι κατὰ στρατὸν εὐρὺν ἀχαιῶν δῶρ᾽ ἀποαιρεῖσθαι ὅς τις σέθεν ἀντίον εἴπῃ δημοβόρος βασιλεὺς ἐπεὶ οὐτιδανοῖσιν ἀνάσσεις. TVnc picēs accipe dixit piſcator:de picēo q rhombū cōportauerat:ſane uir picēs:picenus autē ager dicitur:a ſabinoꝝ autem terra piceni olim duxere originē & ductu ac auſpicio pici ex ſabinis migrātes nomē enacti ſūt: GENialis:natalis. STOmachū laxare:relaxare aphæreſis.i.q̄tum queas capacē facere. SAGinis:ad ſaginas hoc eſt ad piſcis pingue.in qbuſdā eſt iactare ſagittis:ideſt hac lectione:hūc locū Probus exponit:ut ſit ſagittis:ideſt curis uel certe exercitatiōibus ſagitarū ſtomachi tibi cōpata decoctionem:ut in albano ſagittis luſitantem imperatorem piſcator uideatur offendiſſe:nam ſagittandi peritia clarus a Tranquillo etiam ſcribitur ſagittarum inquiens uel præcipuo ſtudio tenebatur:cētenas enim uarii generis feras ſæpe in albano ſeceſſu conficientem ſpectauere pleriq̨:atq̨ ēt ex induſtria ita quarundam capita figentem:ut duobus ictibus quaſi cornua efficeret:nonnunq̄ in pueri procul ſtantis præbentiſq̨ pro ſcopulo diſpanſam dextræ manus palmam ſagittas tanta arte direxerat:ut omnes per interualla digitorum innocuæ euaderent. QVid apertius:q̄ ita adulari:ideſt ex aperto adulabatur:& tamen imperator ſic erigebatur falſa laude:ut uera. ET tamen illi ſurgebant criſtæ.exclamatio eſt poetæ tam aperta adulatione piſcatoris moueri imperatorem. SVRgebant.erigebantur falſa laudatione. CVM laudatur diis æqua poteſtas.q̄lis totius orbis fuit imperatoris. PATinæ mens quoniam integrum piſcē coqui uoluerat. QVos ode.il.ſubaudi domi. PALlor amit.timor.quod ſequitur poſuit pro eo quod præcedit. PRImus cla.li. qui admiſſionibus præerat. RAPta ꝑpe.abol.i.toga quam ꝑpere induit ne ſæuiſſimum moraret̄ imperatorem.Pægaſus at.po.modo uil.ur.pægaſus iuriſperitus tunc urbi præfectus:unde & pegaſianū ſenatus conſultum:huius meminit Pompo.de origine iuris:fuit & pægaſus triarchi filius cuius nauis pægaſæ monumentū accepit. POſitus modo uilicus urbi:ideſt præfectus urbi & abuſus uocabulo eſt ob Imperatoris ſæuitiam: qui ſenatores de re leuiſſima perinde ac in uilla ruſticos congregarat. An ne aliud:percūctantis pægaſi uox: nunquid noui eſſet quicq̄. TVnc præfecti:ideſt qui tunc præfecti eſſent decurrent aut præfecti tunc dixere nunquid eſſet noui. INterpres legum:pægaſus. INermi:inutili ſine effectu.

Iuſtitia:uenit & criſpi iucunda ſenectus
Cuius erant mores:q̄lis facundia:mite
Ingenium:maria ac terras:populoſq̨ regēti
Quis comes utilior:ſi clade & peſte ſub illa
Sæuitiā damnare:& honeſtū ferre liceret
Conſilium:ſed qd uiolentius aure tyranni:
Cū quo de pluuiis: aut æſtib⁹:aut nymboſo
Vere locuturi fatum pendebat amici:
Ille igitur nunquā direxit brachia contra
Torrentem:nec ciuis erat qui libera poſſet
Verba animi proferre:& uitā īpendere uero
Sic multas hyemes:atq̨ octogeſima uidit
Solſtitia:his armis illa quoq̨ tutus in aula.
Proximus eiuſdē properabat acilius æui.
Cū iuuene īdigno quē mors tā ſæua māeret
Et domini gladiis iam deſtinata:ſed olim
Pro digno par eſt in nobilitate ſenectus.
Vnde fit ut malim fraterculus eſſe giga ntis.
Profuit ergo nihil miſero;qđ cōius urſos
Figebat numidas albana nudus harena

MAN: CVENit:in cōſilium. CRIſpi:Tacitus lib.xvii. [Vibius] ſic ait Vibius Criſpus pecuuia potētia īgenio iter claros magis q̄ inter bonos &c.Libro uero.xiiii.de Nerone ſcribens ita dixerat:fine āni. Vibius ſcd̄us [Vibius ſecūduſ] eques roman⁹ accuſantibus mauris repetūdaꝝ dānat̄:atq̨ italia exigit̄:ne grauiore pœna afficeretur Vibii Criſpi f̄ris fauore enixus:hic idē Criſpus ut Trāq.ſcri.cuidā īterrogāti eēt neqs ītus cū Cæſare nō abſurde r̄ndit ne muſca qdē:Domitianus.n.inter initia pr̄icipat⁹ quottidie ſecretū ſibi horariū ſumere ſolebat:nec quidē āpli⁹ q̄ muſcas captar̄ ac ſtilo p̄acuto cōfigere. ERāt mores.ſ.tales. REgēti: [Domitiani muſcæ] Domitiāo.ſ. CLAde:calamitate piculo illi⁹ tpis. SAEVitiā:q̄ qdē Dōitian⁹ utebat̄:uñ Sueto.ait ꝙ celeri⁹ad ſæuitiā deſciuit q̄ ad cupiditatē. VIOlētius:terribili⁹. AVre:auditu.Seneca ī epiſto.inqt: utrūq̨.n.uitiū ē:& oībus credere:& nulli. TYRāni:Domitiāi:nā ſi aliqd audiſſet ñ placituꝝ:eos peremiſſet. DE pluuiis aut æſtib⁹.i.de re parua & leuiſſima:ſcri.n Trāq.ꝙ Domitianus multos pemit leuiſſima de cā. FAtū:mors īminebat īſtabat. ILle:Criſpus. BRAchia:mētē & aīum metaphora ē a natātibus:q cōtra aq̄s natare refugiūt. TORrētē:impatoriā uolūtatē. HIS armis.i.aſſentatione. ILla:impatoria:ſcilicet īpēdere cōſumer̄ uitā dicēdo uerū. SOLſtitia:ea duo ſūt brumale & æſtiuū ix.cal.ianuarii brumale ſolſtitiū eſt. Aeſtiuū uero. viii.&.vii.&.vi.cal.iulias:in quo fauōius & calor.auctor eſt colu.lib.xii.cap.ii.Solſtitiū Varro ſcribit ꝙ ſol eo die ſiſtere uidetur appellatum. PROximus:criſpo. PROperbat:ad concilium. ACIlius:Tranquillus de Domitiano ſic.Complures ſenatores in iis aliquot coſulares interemit:ex quibus ciuicā cerealē

in ipso asiæ pro consulatu Saluidienum orphitum Acilium glabriõem exilio quasi molitores nouarum rerum.
CVM iuuene.quis hic fuerit latet. DOMini:Domitiani. OLIM:iampridem:Nero enim ut Suetõius ait no bilissimo cuiq; exitium destinauerat. PROdigio:monstro. PAR:similis. GIGantum:idest malim esse igno bilis & incerto patre natus sicut gigantes nati ex terra & sanguine titanum:ut libro primo metamorphosi. Oui dius indicat. COMinus:idest ense. NVMidas ursos:Numidia pars est lybiæ masinisse clara:ut scribit Plini.li bro quinto.Idemq; quoq; libro.viii.ait.Annalibus notatum est Domitium enobarbum ædilem curulem ursos numidicos.C.& totidem uenatores æthiopas in circo dedisse.sed mirari adiectũ numidicos fuisse:cum in aphri ca ursos non gigni constet. ALBana arena:scribit Sueton.q; Domitianus armorum nullo uel sagittarum præci puo studio tenebatur.& centenas uarii generis feras sæpe in albano secessu conficientem spectauere pleriq;. Numidia Vrsi
¶ CVM quo de pluuiis:idem scribit Trãquillus de hoc imperatore:nam cum scripsisset cæreale Saluidienum Cotianum aliosq; Senatores & consulares fuisse partim exilio:partim morte damnatos.addidit alios præterea idem fuisse passos leuissima quemq; de causa:leuissimam igitur Iuuenalis mortis causam esse ostendit. ACILi us:duo acilii fuerunt uterq; affectos supplicio a Domitiano.Acilius Glabrio:quem Plinius in epistolis pruden tia & fide singulari fuisse scribit.Alter Acilius lamia quanuis nonnulli codices habeãt helius:quia parum prudẽ ter iocatus esset in imperatorem:quis autem sit iuuenis qui cum eo ueniebat:historiam fingũt multi sed nullam proferunt Domitiani temporibus accommodatam. AREna albana:De hoc dicit quoniam in albano Domi tianus conficiendas feras exhibebat:& ipse conficiebat:adeo ut centenas aliquando prostrauerit auctore Tran quillo:debeat igitur huic ignoscere:cum eo fortitudinis genere oblectaretur:unde Carpophorus in assentatio nem laudatur a Martiale. DOM.
¶ CRISpi iucunda senectus:Vibius crispus uir ingenii iucundi & elegantis fuit:qui forte interrogatus: esset ne quis intus cum Cæsare Domitiano.Non absurde responderit:ne musca quidem.Nam Domitianus sumpto se creto muscas solebat captare.ac stilo præacuto configere. EIVSdem properabat acilius æui.Domitianus com plures senatores iniuste aliquot consulares interemit ex quibus ciuicam cærealem in ipso Asiæ proconsulatu:Sal uidienum orphitum acilium Glabrionem exilio quasi molitores rerum nouarum:hæc Suetõius. PROfuit er. ni.mi.nihil furor simulatus in conficiendis feris illi profuit.Albana nudus arena:aut in uenationibus in albano exhibitis aut ad id respexit:q; Tranquillus de Domitiano refert qui celebrabat quotannis quinquatria mineruæ: cui collegium instituerat ex quo sorte ducti magisterio fungerentur:redderentq; eximias uenationes & sceni cos ludos. COMinus cultro uenatorio:De quo Martialis:Si deiecta geres longo uenabula rostro hic breuis in grandem cominus ibit aprum. VRSos figebat numidas:cum in aphrica scribente Plinio ursum non gigni con stet mirandum adici a poeta numidas.Item apud Martialem.Quod freno lybici domantur ursi:Nisi forte secu ti sunt annales.In quibus notatum est domitium Aenobarbum ædilem curulem ursos centum numidicos:& to tidem uenatores æthiopas in circo dedisse. MER. Vibius Crispus Acilius Glabrio Quinquaterna Culter Venatorius Vrsum Numidia non gñat
¶ VENit & crispi iucunda senectus:Vibius crispus placentinus:ut inquit Probus:nec me præterit quid Ta citus scribat:& manu promptus & lingua sub Claudio & consulatu adeptus ita modestia studium orãdi tempe rauit:ut amorẽ in se principũ ꝓuocaret::idẽ postremo amissis plurimis filiis ab uxore speciosa quã formæ gra tia duxerat ueneno necatus est:hic itẽ Crispus tyberiũ cæsarẽ p alpes iter faciẽtẽ adolescẽs secutus est.& nullo au diente ab eodẽ interrogatus est haberet ne stupri cõsuetudinẽ:respõdit caute nõdũ:ut se libidinem exueret:& ne principis libidinosi aures offenderet. VENit & crispi iucũda senectus:q; Domi.crueti impatoris senator fuerit. CVIVs erãt mores:qlis facũdia:q sic dicebat:ut sapiẽter sentiebat. QVIS cões utilior:quocũq; ire destinaret. CVM quo de pluuiis aut æstibus.i.diebus incertis futurus ue æstus an pluuiæ iminerẽt. FATũ:mors. PEN debat:dubia erat mors. AMIci:attrocitatẽ exprimit:cũ amici mors eẽt ambigua. ILLe:crispus. NVNq̃ dire xit brachia contra torrentem:nunq̃ contradixit imperatori. ET uitam impendere:degere consumere:quia quæ impenduntur consumuntur:unde impendium & impensa:nam ut dicas impendere uitam pro uero non conue nit sensus. MVLtas hyemes:multos annos. ATQue octogesima uidit solstitia:utrum octogesima pro octo ginta:ut sit sensus crispum quadraginta annos uixisse in aula prĩcipum cum singulis sint annis solstitia duo hiber na & æstiua:an certe solstitia singula pro uno anno posuit:ut sit sensus eũ uixisse octoginta annos & in aula Do mitiani occubuisse:solstitium autem dictum q; sol eo die sistere uideatur cum duo autem sint tropici hibernus & æstiuus:hibernus quidem est per quem sol transmittens octauam capricorni partem solstitium hibernum facit: æstiuus uero per quem sol octauam partem cancri solstitiũ æstiuum facit:sane ueteres solstitium fere uocãt æst i uum licet nihil adiiciatur.Hor.facit quod penula solstitio.Vir.humida solstitia atq; hyemes optate serenas agri colæ:ita hic Iuuena.nam inuenias:ubi adiicitur brumale ubi de hiberno fit mentio:Columella sextodecimo ca lendas ianuarii sol in capricornũ transitum facit brumale solstitium:ut Hypparco placet cum de altero solcitio idem dixerit sexto calendas iulias solstitium:nec adiecit æstiuum:ita Cic.de uniuersitate locutus solstitiali inquit se ac brumali ratione conueterent cum utrunq; intelligi uelit solstitium.Plini.quoq; de utroq; inquit de solis uici bus locutus bis permutatis spaciis est auctum diei bruma octaua in parte capricorni:noctis uero solstitio totidẽ in partibus cancri. HIS ar.hac comitate & facilitate qua & crispus. ILLa aula:Domitiani. PROximus æui:in eadem ætate qua crispus properabat acilius:acilius glabrionis filius consul sub Domitião fuit papinii Statii car mine de bello germanico quod Domi.egit probatus.Lumina nestorei mitis prudentia crispi.Et Fabius ueien to:potentem signat utrumq;.Purpura ter memores implerunt nomine fastos.Et prope cæsareæ confinis acili us aulæ. CVM iu.indi.huius cũ filiũ Domitiũ Domitianus occidisset ipsum acilium quo pœnas sentiret serua uit incolumen:q ut eius uirtutem se amare fingeret se amare studia simulabat. PROdigio par est:sed iam olim cœpit in prodigiis haberi senectus in senatore. VNDe fit ut ma.fra.eẽ gi.i.ignobilis ut aliis sim superstes:nam VAL.

poſt gigantas dr̄ ſimiam terram in deoꝝ cōteptum procreaſſe. QVOd quo.ūt poetice urſos pro feris poſuit. FIGebat nu.lybicos:ꝙ in lybia maiores ſint feræ.dicta aūt lybiæ pars numidia ατωοτων νομάδων.i.a paſcuis locis uerſa o littera in u. ALBana nudus arena uenator:ubi feræ aſſetuabantur ad arbitrium imperatoris.

Venator:quis enim non intelligat artes
Patritias;quis priſcum illud miratur acumen
Brute tuum facile eſt barbato impōere regi.
Nec melior uultu quāuis ignobilis ibat
Rubrius:offenſæ ueteris reus atq; tacendæ
Et tamen improbior ſatyrā ſcribente cinædo
Mōtani quoq; uēter adeſt abdomine tardus
Et matutino ſudans criſpinus amomo.
Quātū uix redolent duo funera;ſæuior illo

MAN ℂ ARTEs patritias.i.nobiliū aſtus: nobiles enim in theatrales pugnas deſcendebāt:ſe fere ſtultos oſtēdentes:quo imperatoris ſæuitiam effugerent:uti bru-
Iunius Brutus to contigerat de ſuperbo rege.De quo lege Plinium de uiris illuſtribus & Liuius libro primo circa finē ait: Iuinius Brutus tarquinia ſorore regis natus iuuenis longe alius ingenio q̄ cuius ſimulationem induerat:is cum prīm ores ciuitatis in quibus fratrē ſuum ab auūculo interfectum audiſſet:neq; in aio ſuo qcq̄ regi timendum:neq; in fortuna cōcupiſcendum relinquere ſtatuit:contemptuq; tutus eſſe:ubi in iure parum præſidii eſſet.Ergo ex induſtria factus ad imitationē ſtul-
Brutus titiæ cum ſe ſuaq; prædæ eſſe regi ſineret.Bruti quoque haud abnuit cognomen:ut ſub eius obtētu cognominis liberator ille populi ro.animus latens aperiretur tempore ſuo &c.ACVmen:ingenium prudentiā acuitatem naturalem ſapientiam. BARbato regi:priſco & rudi uti Tarquinius ſuperbus fuerat priſca ætate:qua quidē romani barbati erant.Nā teſte Pli.libro.vii.in italiā ex ſicilia uenere tonſores poſt Romā cōditā anno.cccc.
Tonſores primi liiii.adducente.P.Ticinio Mena ut auctor eſt Varro libro.ii.capite ultimo de re ruſti.Vbi etiam ait ꝙ olim tonſores non fuiſſe aſſignificant ſtatuæ ant quorum ꝙ pleræq; hn̄t capillū & barbam magnam.IMPOnere regi.i. decipere regem.Impono enim cum datiuo decipere ſignificat. MELior:q̄ iuuenis ille:erat enim timore prīcipis pallidus. IGNObilis:ignobiles enim tutiores erant apud Domitianum. IBAT:ad conſilium. RVBrius:
Rubrius Gallus de Rubrio Gallo omnino intelligendum eſt:de quo Tacitus libro.xvii.ſic ait.Earum quæ brixelli egerāt cohortium preces Rubrius Gallus tulit &c.Item libro.xviii.ſic credere plerīq; Flauii gabini conſiliis,conceſſam cecinæ mentem miniſtro ſermonum Rubrio gallo &c.Veteris itaq; offenſæ reus propter id poetam dixiſſe crediderim. ET Tamen:quis.ſ.reus offenſæ ueteris. IMProbior:peior impudentior ſupple erat. SATyram ſcribente cinædo.i.illo:qui & ſi improbiſſimus:in alios tamen inuehitur:,quod eſt inconuenientiſſimum.Carere.n.de-
Nero nupſit pythagoræ bet oī uitio qui in alium dicere paratus eſt.Vt Cice.inquit:potes etiam de Nerone cinædo intelligere.Nam ut ſcribit Tacitus libro.xv.pythagoræ Nero nupſit.Taciti uerba hæc ſunt de nerone:ipſe per licita atq; illicita fœdatus nihil flagitii reliquerat:quo corruptior ageret.Niſi paucos poſt dies uni ex illo contaminatorum grege cui
Nero in quintianū nomen pythagoræ fuit in modum ſolēnium coniugiorum denupſiſſet:inditum imperatori Flāmeum:miſit auſpices duos:& genialis torus & faces nuptiales cunctaq; deniq; ſpectata quæ etiam in fœmina nox operit.Inde
Mōtanus ſubdit hæc Tacitus Quintilianus molli corpore infamis:& ab Nerone probroſo carmine diffamatus contumelias ultum ibat. MONtani.Tacitus libro.xi.Trauli montani equitis romani meminit.libro uero.xiii. de Iulio
Curtius Mōtanus montano libro.xxi.De Alpino Montano.hic autem de Curtio montano intelligendum.De quo Tacitus libro xvi.ſic ait.Et Curtium montanum deteſtanda carmina factitantem eludere impune ſinerent:poſt ſubdit.Enim
Venter Ilia uero montanum probe uiuentem neq; famoſi carminis quia protulerit ingenium extorrem agi.Et libro.xx.ſic
Abdomē cenſuit Curtius Montanus ut Piſonis quoq; memoria celebraretur.Inde ſubdit occurrit truci orationi Curtius
Sumen Montanus eouſq; progreſſus ut poſt cædem galbæ datam interfectori Piſonis pecuniam:& ab regulo appetitū
Amomū morſu Piſonis caput obiectaret &c.Is autem Curtius montanus etiam ad Domitiani tempora peruenit:quod p̄dicta oſtendunt:& in tacito late patet. VENter:uēter pectus eſt parte priore:eiuſq; radix umbilicus eſt. Cui radici pars ſubiecta ī latos utrūq; ilia dicitur.ut ſcribit Philoſophus libro primo de animalibus. ABDomine:abdomen a pube ſurſum uerſus præcordia peruenit auctore Celſo.Et Plinius libro.xi.Sumen & Abdomen idem eſſe oſtendit. MATutino amomo:Amomi uua in uſu eſt:frutice uenoſo palmi altitudine.carpiturq; cum radice:naſcitur in armenia in media in ponto:ut docet Plinius libro.xii.Dioſcorides ait ꝙ amomū genus eſt,odoratiſſimæ herbæ cuius frutex ſimilis eſt botro coloris ruffi:florem habet album. MATutino:orietali:a matuta ideſt aurora. FVNera:cadauera quæ ungi ſolebant:Ennius Tarquini corpus bona fœmina lauit & unxit.

DOM. ℂ ARTes patritias nam nobiles:nobilitatis nulla ratione habita ad uitandam imperatoris ſæuitiam in arenā & ſcenicas operas deſcendebant ſe ſtultos ſimulantes Brutum imitati qui Tarquini crudelitatem ita declinauerat.Quis miretur tuum acumen:quis laudet iam conſilium tuum o Brute:nihil enim prodeſt. REGi barbato:quaſi dicat potuiſti facile decipere Regem Tarquinium illa ætate rudi & ſimplici. Barbati:,antiqui dicuntur nam quadringentis & quadraginta quattuor annis Romani intonſi fuerunt:carentes tonſoribus quos poſtea Ticinius mena e Sicilia duxit ut ſcribit Plinius. RVBRius:hic temporibus Domitiani fuit. Sed ex huius nomine alludit ad antiquum Rubrium qui temporibus Neronis depræhenſus in coniuratione piſoniana:magno animo dixit Neroni ſe illum odiſſe quod hiſtrio eſſet auriga incendiarius & tamen hic quanuis ita audax erat:tamen improbior ut ait Iuuenalis ipſo Nerone qui Satyram ſcripſit in Quintilianum:appellauitque eum mollem & effœminatum ipſe Cinædus:nam nupſerat pythagoræ:hæc ſcribit Cornelius Tacitus pluribus uerbis:reus ergo Rubrius ueteris offenſæ:ad Rubrium antiquum alludit nam rubrium ueterem accipi pro proprio nomine ut Tacitus meminit:nec loco conuenit nec hiſtoria patitur.Fuit item rubrius Gallus miniſter Flauii ſabinii:ut Tacitus ſcribit:de quo non potes intelligere. CINædo.Nerone. SCRibente Sa-

tyram qui probrosum carmen scripsit in Quintianum ut Cornelius scribit. MONtani:trium mõtanorũ meminit Tacitus Curtii:Alpini:Iulii:Fuit item montanus Atacinus de quo scribit Plinius ad Tyronem de eo Iuuenalis intelligit:nam fuit Domitiani temporibus. DVO funera:hoc inuidiose & satyrice:nam cadauera ungebantur & illum uult intelligi tanq̃ mortuum ut Martia.non debes ferri mortuus hexaphoro.

MER. Rubrius — RVBrius offensæ ueteris memor:Rubrius gallus,ut apud Cornelium legimus preces cohortium quæ bruxelli egerant tulit:quo item ministro sermonum plerięꝫ crediderunt concussam cecine mentem in bello bebriacensi. MONtani quoꝫ uenter.Curtii montani qui detestanda carmina faceret meminit Tacitus.

VAL. — QVIS priscum:prioribus sæculis. FACile est barbato iponere regi:nota historia est:ut cũ Tarquinio supbo romanorum rege ultimo portentum olim terribile anguis ex columna lignea elapsus esset:rex domestico exterritus uisu delphos ad oraculum maxime inclitum duos in græciam misit filios:quibus additus decius Brutus tarquinia sorore regis natus iuuenis longe alius ingenio q̃ cuius simulationem induerat:quippe qui ex industria stultus uideri uolebat:ut omnem de se regni suspitionem a rege amoueret.unde & bruti non abnuit cognomẽ:ut aĩum operiret:cum ergo delphos peruenissent:incessit cupido iuuenum aĩos sciscitãdi ad quẽ eorum regnum romanum esset uenturum ex infimo specu uoce reddita:q is imperium summũ habiturus esset:qui osculũ matri primus tulisset:iuuenes rem summa ope taceri iubent:ut fratrem domi relictum pterirent:dũqꝫ inter se cõmittunt sortem:brutus alia ratus spectare oraculum uelut si prolapsus cecidisset terrã osculo contigit.s.qꝫ ea cõis mater omnium mortalium esset. FACile est barbato imponere regi.Tarquinium superbum fallere:perpexam.n. barbam habuit cum socer eius seruius tullus attonsam haberet:quem ipse occidit. IMPonere:cũ datiuo solo decipere significat. NEC melior uultu:& ipse pallidus. QVANuis ignobilis ibat.& imperator solis nobilibus uideretur infestus. OFFensæ ueteris:stupri. ET tamen improbior satyram scribẽte cinædo:flagitiosior eo q cum sit effœminatissimus:alios tamen incessere non dubitat cinædi dicti a ueteribus saltatores uel pantomimi ἀπὸ τοῦ κινεῖν q libine omnes anteirent.Plautus in aulularia ita fustibus sum mollior q̃ ullus cinædus. MONtani quoqꝫ uenter adest:acerbe uentrem potius q̃ ipsum uenisse dixit:huius de Nerone meminit Tacitus in historia. ABDomine tardus:Curtius montanus segnis nimio pingui. ET MATutino sudans crispinus amomo:quod mane iungeretur matutino mane per corpus diffuso. SVDans:festinans uel sudans quo unguento diffluente sudare uideretur. AMOmo:amomum pro quocunque unguento posuit. QVAntum uix redolent duo funera:cadauera:mors enim fuit priscorum ne malus in funeribus odor obeuntes offenderet odoris multi aromatis cadauer perfundere: SAEuior illo Pompeius tenui iugulos aperire susurro:qui clandestino murmure ad cædem insequebatur:fuit ergo & hic delator.

Pompeius tenui iugulos aperire susurro
Et qui uulturibus seruabat uiscera dacis
Fuscus marmorea meditatus prælia uilla.
Et cũ mortifero prudens ueiento catullo:
Qui nunq̃ uisæ flagrabat amore puellæ.
Grãde & cõspicuũ nostro quoqꝫ tpe mõstrũ.
Cæcus adulator:dirusqꝫ a ponte satelles:
Dignus aricinos qui mendicaret ad axes.
Blandaqꝫ deuexæ iactaret basia rhædæ
Nemo magis rhõbũ stupuit:nã pluria dixit
In leuam conuersus:at illi dextra iacebat
Bellua.sic pugnas cilicis laudabat & ictus

MAN. pompeius falco — POMpeius supple adest.Pli.li.ii.in epistolis docet Pompeiũ falconẽ causidicũ fuisse:cõsulit eni ei ut creatus tribunus abstineat actione causarum. Tacitus li.xx.De Pompeio syluano seu syllano:utroqꝫ enim modo in uariis locis scriptum est meminit his uerbis.Actum in senatu ut sexcenties sestertium a priuatis mutuum acciperetur.Præpositusque ei curæ Pompeius syluanus utqꝫ ibidem apparet:fuit etiam is Domitiani temporibus:De nullo eorum tamen hic intelligendũ fuerit. Verum de Pompeio ruffo:is enim delator Domitiani tempore fuisse apparet.Plinius enim lib.tertio epistola ad Corneliũ Minitianũ ita scribit.Quin etiam duo consulares Pompeius ruffus & Libo frugi læserunt eum Norbanum uidelicet testimonio tanq̃ apud iudicem sub Domitiono Saluii liberalis accusatoribus affuisset:damnatus,& in insulam relegatus ẽ. ET qui:adest intellige. FVScus:scribit Trãquillus Domitianum expeditiones duas in dacos suscepisse. Primam Apio sabino consulari oppresso.Secũdam Cornelio Fusco præfecto cohortium prætorianarum:cui belli summam commiserat.De fusco autem latius uide in satyra prima ibi.Cum fas esse putet. VILla marmorea:pliari enim excogitauerat dum ibi in ocio esset.Nam ut scribit Tacitus li.xvii.Cornelius Fuscus uigẽs ætate claris natalibus prima iuuenta quietis cupidine senatorium ordinẽ exuerat. SERuabat uiscera dacis:ibi enim oppressus est fuscus.De quo Martialis libro sexto.Ille sacri lateris custos martisqꝫ togati:Credita cui summi castra fuere ducis Hic situs ẽ fuscus:licet hoc fortuna fateri Non timet hostilis iam lapis iste minas.Grande iugũ domita dacus ceruice recepit:Et famulum uictrix possidet umbra nemus. DACis:diuiduntur daci a germanis danubio ut scribit Tacitus.De eisdem uero latius Strabo libro.vii. ET cum mortifero prudens ueiento catullo.De his ad Sempronium ruffum.Pli.lib iiii.ita scribit.Cœnabat nerua cum paucis ueiento recumbebat proximus atqꝫ etiam in sinu.Dixi omnia quum hominem nominaui:incidit sermo de Catullo messalino:qui luminibus orbatus ingenio sceuo mala cæcitatis addiderat:non uerebatur non erubescebat non miserabatur:quo sæpius a Domitiano non secus ac tela quæ & ipsa cæca & improuida feruntur in optimum quęqꝫ contorquebat.De huius nequitia sanguinariisqꝫ sententiis in cõe oẽs super cœnã loquebantur.Hæc ille.pluta tamen diximus in satyra tertia ibi ut te respiciat clauso ueiento labello. PRVdens:ironia est uel serio dicis:qm̃ doctus erat ueiento

Margin: Domitianꝰ i dacos — Cornelius fuscus — Daci — Veiento Catullus messallinꝰ

ut Taci.lib.xiiii.ostendit.CONspicuū:pclarū mirādū. NOStro quo.tē.Nam prius etiam talis fuerat Catullus. DIRusq͡ a pon.sa.tanq̄ a ponte ubi mendicant similes cæci inperatori satelles sæuus effectus esset & familiaris ac minister scelerum. ARIcinos axes:solebant.n.egeni in Aricino Cliuo mendicare.unde Martialis ait. Debet aricino conuiua recumbere cliuo.Est autem Aricia in colle sita:cui proxime subest Appia uia ultra albam ad mil

Aricia — le passus. Municipium autem aricinum Cicero philippica tertia scribit uetustate antiquissimum iure fœderatū propinquitate pene finitimū Romæ.s.splendore municipum honestissimum hinc Voconiæ: hinc Scatiniæ leges:hinc multæ sellæ curules:hinc equites romani lautissimi plurimi & honestissimi. DEVexæ:declinatæ pronæ ipsum pp cliuiū q etiā nūc extat. SIC:similiter adulando cū nil uideret. CILicis:gladiatoris nomen.

DOM. — ℂ POMpeius:delator temporibus Domitiani ut in prima satyra est dictum:alterius Pompei meminit Tacitus pertulit is dies pompeium quoq͡ Elianum iuuenem quæstorium tanq̄ flagitiorum fabiani gnarum:eiq͡ italia & hispania interdicta est. FVScus:Cornelius fuscus præfectus prætoriæ cohortis post necē auli sabini missus in dacos a Domitiano illic interfectus est ab hostibus quos domuerat:prima ætate deposuerat dignitatem senatoriam:secesseratq͡ ad quietem:mox per ambitiōem ad domitianum est reuersus: de hoc plura in prima satyra diximus. VILia marmorea:Mollitiem Cornelii Fusci notat quasi dicat qui putabat ita bella geri:ut per ignauiam meditabatur in secessu molli & umbra ac uillis suis marmoreis. VEIento catullo:Fabritii Veientonis & Catulli Messalini meminit Plinius in quarta epistola uterq͡ sub Domitiano delator fuit & ad tempora Neruæ uixit:Sed eo crudelior Catullus quod cæcus tela delationum in optimum queq͡ contorquebat sine rubore. Plinius.Cœnabat nerua cum paucis:ueiento recumbebat proximus: atq͡ etiam in sinu dixi omnia cum hominē nominaui.Incidit sermo de Catullo messalino qui luminibus orbus ingenio sæuo:mala cæcitatis addiderat:quo sæpius a Domitiano non secus ac tela:quæ ipsa cæca ac improuida feruntur: in optimum quemq͡ contorquebat. Nunq̄ uisæ:& Martia.in cordum cæcum:cum sit tam pauper quomodo? Cæcus amat. A POnte:nam cæci & mutilato corpore ad pontem mendicant. AXES aricinos:ut illud Martia. Debet aricino conuiua recumbere cliuo. SIC.pari adulatione. PVGnam cilicis:ex hoc notat domitiani tempora quibus ille spectaculis intentus intermissa munera gladiatoria reuocauit:duoq͡ paria dabat ex suo ludo q̄ populus petiisset.Cilix apud Martialem nomen proprium furis:hic gladiatoris ut buria & eridanus temporibus pompei.

MER. — ℂ POMpeius.Siue de pompeio paulino:quem uectigallibus publicis præposuit Cæsar domitianus:siue de pō

Corne.fuscus in dacis ceditur — peio lōgino intelligere possumus. ET qui uultu. seruabat uiscera dacis:fuscus cornelius fuscus præfectus cohortium prætorianarum:cui summa belli domitianus commiserat:oppressus fuit in dacis legione simul cæsa in quē est illud Martialis.Hic situs est fuscus:licet hoc fortuna fateri Iam lapis hostiles non timet iste minas. ET cum

Veiento — mortifero prudens ueiento catullo:de quibus ad Sempronium ruffum Plinius hæc scribit. Cœnabat nerua cū paucis ueniento recumbebat proximus atq͡ etiam in sinu.Dixi omnia cum hominem nominaui. Incidit sermo

Catullus — de Catullo Messalino:qui luminibus orbatus ingenio sæuo mala cæcitatis addiderat:non uerebatur:non erubescebat:non miserebatur:quo sæpius a Domitiano non secus ac tela:quæ & ipsa cæca ac improuida ferūtur in optimum quemq͡ contorquebat.De huius nequitia sanguinariisq͡ sententiis in commune omnes super cœnam lo

Mendici ad pontes — quebantur. A PONte satelles:pontes mendicos obsedisse poscēdæ stipis gratia his uerbis Seneca tradit:in sublicium pontem me transfer:& inter egenos abige:non ideo tamen me despiciam quod in illorum numero con

Bouille — sedeo:qui manum ad stipem porrigunt. ARICinos qui mendicaret ad axes.bouillas significat & cliuum uirbii

Forma — quæ loca egeni mendicando frequentabant.Persius.Accedo bouillas cliuumq͡ & uirbii.Præsto est mihi mani

Pægmatū — us hæres.Bouillæ autem teste Pediano in uia erant:quæ ariciam ducebat.Nam ad bouillas interfectus fuit Clodius aricia rediens. DEVexæ redæ:propter cliuum dixit. PVGnas cilicis:gladiator hic fuit:q̄q̄ Martialis de cilice fure sic scribat.Compilare cilix uolebat ortum.

VAL. — ℂ ET Qui uulturibus seruabat uiscera dacis:Fuscus q͡ cum luxuria afflueret inter delitias bellicos actus exerceret.Fuscus sub Domitiano exercitui delectus dux in dacia periit.Martialis.Ille sacri lateris cultor martisque togati.Credita cui summi castra fuere ducis.Hic situs est fuscus:licet hoc fortuna fateri.Non timet hostiles iam lapis iste minas.Grande iugum domita dacus ceruice recessit.Et famulum uictrix possidet umbra uenus. MARmora uilla:Fusci ostendit luxum qui in uilla marmorea prælia meditaretur. ET CVm mortifero prudens ueiento catullo:hos quoque uult studio crudelitatis imperatori fuisse familiarissimos. MORTifero: quia delator. PRVDens: ironicos quod sibi uideretur cum ex scelere principis beniuolentiam conquirebat. DIRVsque a ponte satelles: huius in epistolis Plinius meminit inquiens incidit sermo de Catullo messallino qui luminibus orbatus ingenio sæuo mala cæcitatis addiderat non uerebatur: non erubescebat: non miserebatur sæpius & Domitianus non secus ac tela quæ & ipsa cæca & improuida feruntur in oppidum: in quencunque contorquebat: De huius nequitia sanguinariisq͡ sententiis in commune omnes super cœnam loquebantur. DIRusque a ponte satelles:idest de numero mendicorum:in ingressibus enim pontium mendici tuguria habuerant:unde a prætereuntibus mendicarent stipem:ut in sequenti satyra ipse nulla crepido uacat nusq̄ pons & tegetis pars dimidia breuior:& alibi:Inuitatus ad hæc aliis de ponte negabit:est ergo sensus: dirusque a ponte satelles qui a ponte mendicabat ubi ab imperatore petitus ei familiaris & crudelis satelles effectus est. DIGnus aricinos qui mendicaret ad axes.i.inter iudæos:qui erant illo ex urbe transmissi:fuit.n. aricinus lucus ut Probus inquit in quo iudæi mendicabant:ab aricia dictus:quæ non longe ab urbe distabat. Horati.egressum magna me cœpit aricia Roma hospitio modico:axem autem pro curru posuit:est aūt axis quē græci ἄξονα dicunt:hinc nomen habet axūgia:quod ut Pli.auctor est:antiqui maxime axibus uehiculorum perungendis ad faciliorē circūactum rotaᵹ uterent:& cœli ea pars sup qua uertitur & sectilis tabula axis:ut Festus iquit:appel

latur. BLAndaq; deuexæ iactaret basia rhædæ.i.rogaret transeuntes & stipem mendicaret:iactaret uero basia rhædæ quo magis humilem se & supplicem ostenderet. BELua.i.rhombus. SIC pu.ci.gladiatoris.

Et pægma: & pueros inde ad uellaria raptos
Non cedit ueiento: sed ut phanaticus œstro
Percussus bellona tuo diuinat: & ingens
Omen hēs inquit magni clariq; triumphi:
Regē aliquē capies: aut de temone britanno
Excidet aruiragus peregrina ē belua: cernis
Erectas in terga sudes: hoc defuit unum
Fabritio patriā ut rhōbi memoraret & ānos.
Quid nā igitur cēses: cōciditur absit ab illo

MAN Pægma

PAEgma:De pægmatis Seneca sic ait iis annumeres licet machinatores:qui pægmata per se surgentia excogitant & tabulata tacite in sublime crescentia: & alias ex inopinato uarietates aut dehiscētibus quæ cohærebant aut quæ distabant sua sponte cohærentibus aut his quæ eminebant paulatim in se residentibus.In quem sensum Martialis ait.Et crescunt media pægmata celsa uia.Iosephus item lib.vii.de triumpho Vespesiani & titi pægma sic describit. Maxime autē stupor erat machinarū quæ portabantur siue,pægmatum fabricatio:pro quorū magnitudine timendum uiribus portantium occurrentes timebant: multa.n.in tertiū nidū quartūq; surgebant:& magnificētia fabricæ cum admiratione delectabat Pueros:laudabat etiam pueros qui erant in pægmate. INDe:a pægmate finitis ludis. RAPtos:stupratos. VELaria:loca ubi uela seruabantur:quibus theatrum exornabatur. NON cedit:catulli.s.laudationibus. PHAnaticus:qui præest phano dicitur.Est autem ordo:sed ut phanaticus a bellona percussus tuo oestro diuinat. OESTro.i.furore:scribit enim Festus oestrum furorem dici græco uocabulo:dicitur item Asilus οἰστρῳ uero insanio dicit οἰστρηλατέομαι stimulor. BELlona: Tullius in libro de natura deorum scribit q Minerua iouis filia inuentrix bellorum fuit atq; princeps:& ob id a nonnullis bellona appellata est:& soror martis & auriga.Huius autem deæ sacerdotes rē diuinā faciebāt ꝓprii sanguinis effusiōe:quē ritū Lactā.li.primo ondit.in ipsaq; sanguinis effusiōe diuinū afflatū capiebāt ita ut pñtia explicarēt futura uaticinarenť.Tibullus etiā dixit.Hæc tibi bellonæ motu est agitata &c. TEMone regimine:alludit.n.ad currus:qbus britāni utebanť in pliis. ARViragus:britāniæ rex SVDes:spinas cristas pinnas. FABritio:ueiētoni.Taci.ēt scri.li.xiiii.ita haud dispari crimine Fabritius ueiento conflictatus est:q multa & ꝓbrosa in pres & sacerdotes cōposuisset his libris:qbꝰ nomē codicillorū dederat.

Phanaticus Oestrus Bellona Veiento fab.

DOM.

PAEGma:machina erat lignea quæ pueris insidentibus aut ludrico alio aliquo ornatu:in scenam producebatur.Gaius princeps incrustatum argenteis lammis pægma primus in ludis populo exhibuit:& Claudius eos quoq; puniebat:qui parum prospere pægma producerent:dicitur a πηγνυμι:quod est compingo:nam est moles compacta:inde a spectatoribus formosiores pueri rapiebantur:quod Cornelius Tacitus in theatro notauit: ibi inquit quod cuiq; collibuit in tenebras rapitur. VELaria:locus ubi uela seruabantur:quibus theatrum operiebatur quod primus Lentulus spinter instituit:ut scribit Plinius. DE Temone britanno:hoc est uincetur tuis auspiciis.nam britanni curribus in bello utuntur ut scribit Cæsar:Britannicam uictoriam prædicit imperatori cum sciat eum puerum illic pugnasse.

MER. Iosephus

PAEGma:sunt qui a uerbo græco dictionem hanc deducant πηγνυμι:idest ludo.Alii a uerbo παιγνυμι hoc est pango & extruo.Et erant ligneæ substructiones:quarum formam & positionem sic describit Seneca. His annumeres:licet machinatores qui pægmata per se surgentia excogitant:& tabulata tacite in sublime crescētia & alias ex inopinato uarietates aut dehiscentibus quæ cohærebant:aut q̄ distabant sua sponte cohærentibus aut iis q̄ eminebant paulatim in se residentibus in quē sensum accipimus illud Martia.Et crescunt media pægmata celsa uia.Seruius in tertio georgicorum.Scena de lignis ad tempus fiebat.Vnde etiam hodie permansit consuetudo:ut cōponātur pægmata ludorum theatralium editoribus.Iosephus in belli iudaici li.vii.de triūpho Vespesiani Titi:pægma in hunc modum describit.Maxime autem stupor erat machinarum:quæ portabantur:siue pægmatum fabricatio pro quorum magnitudine timendum uiribus portantium:occurrentes timebāt.Multa enim in tertium nidum quartumq; surgebant:& magnificentia fabricæ cum admiratione delectabat. RAPtos:stupratos post cōfectos ludos:a uelo uelarium fit:quod uelis clauditur. NON cedit ueiento.hic & fabricius dictus est:de quo idem Cornelius.Haud dispari crimine Fabricius ueiento conflictatus est:quod multa & probrosa in patres & sacerdotes composuit iis libris quibus nomen codicillorum dederat. OEStro.i.furore.Est autem uolitans cui nomen asillo Romanum oestrum graii uertere uocantes. OEStrum:furorem poetæ dūtaxat dicunt:Statius in genethliaco Lucani.Docto pectora concitauit oestro. BELlona:huius deæ sacerdotes phanatici diuinabant.Martia.Nec turba cessat entheata bellonæ.Tibullus.Hæc ubi bellonæ motu est agitata. TEmone:regno:methaphoricos dixit alludens ad currus:qbus uehebanť britāni. SVDes:spinas cristas & pēnas.

Vellariū Oestrus

VAL.

ET pægma:pægma sublime ædificium fuit:ubi ludebatur a παίζω enim idest ludo ducit originem Claudianus.Mobile ponderibus descendit pægma reductis.Inq; cori speciem spargentes ardua flammas. Sæua rotet:& ad atticum Cice.qua quidem in re mirifica opera Dionysii & menophili tui opus fuit nihil uenustius q̄ illa tua pægmata:postq̄ misit libros illustrarunt ualde ut scribas ad me uelim de gladiatoribus. ET pueros inde: ex eo loco. AD Velaria raptos:ad alta theatri uelamina. NON cedit ueiento:laudationibus Cat. SED ut phanaticus oestro percussus bellona tuo diuinat:diuinatio quadrifariam fit:aut diuinitus:aut per dæmones aut per homines:aut per naturam:quia de bello mentio est:bellona spiritum uidetur diuinum imisisse. phanaticus ut quidam putant:qui phano pest dicitur:sed apud Auianum quæritur:si seruus inter phanaticos nō semper caput iactaret & aliqua prophatus esset an nihilominus sanus uideť:ergo phanaticus qui se concutit dum futura ꝑfatur. OE Stro:oestrum inquit Festus furor græce οἶστρος.Orpheus in argonauticis.νῦν δὲ πειαε ροφοιτος

ασεωτα τοληιοσ οιςροσ.oestrum poeticum uocat furorē.sic Sta. Tempus erit cum laurigero tua fortior oestro facta canā.quidā dicunt fontē eē isto noīe apud siculos:ubi musæ colerentur quē græci oestrum romani tabanū eū nominarunt:quē asillū dicimus. Vir.in carmine geor.Et locos silari circa illicibusq; uirētē.Plurimus alburnū uolitans,cui nomē asillo Romanū est oestrū graii uertere uocantes Asper acerba sonans quo tota exterrita filuis Diffugiūt armenta. MAGniq; clariq; triūphi:qui captus magnum & clarū tibi præstabit triumphū de temone de regimine de regno:q̄ ut Cæsar in cōmentariis de bellis in gallia docet:curribus britanni in bello uterentur. EXCidet aruiragus:britannorum rex qui curribus uectus in pliū dimicabat. CERNis erectas in terga sudes:uides quantus consurgat in squammas:sudes enim pro surrectis squammis posuit:sudes proprie torres seu præusti apice paxili. HOC defuit unum fabricio.hoc inquit ab aliis dictum non est aut Fabricius ueiento tot dixit:ut hoc solum prætermitteret. CONciditur:quasi hoc imperator a montano quæsierit.

Dedecus hoc mōtanus ait:testa alta paretur
Quæ tenui muro spaciosum colligat orbem.
Debet magnꝰ patinæ subitusq; prometheus
Argillā atq; rotā citius pperate:sed ex hoc
Tēpore iā cæsar figuli tua castra sequantur:
Vicit digna uiro sententia nouerat ille
Luxuriā imperii ueterē:noctesq; neronis
Iam medias aliāq; famē cum polo salerno
Arderet:nulli maior fuit usus edendi
Tēpestate mea:circeis nata forent:an
Lucrinū ad saxū:rutupinoq; edita fundo
Ostrea callebat primo deprendere morsu

MAN. ℂ TESTa:uas fictile. MVRo tenui:subtili creta. SPAtiosum orbē:allusit ad illud uitelli:de qua Pli. li.xxxv.c.xi.ait.At Hercules Vitellius in principatu suo.cc.sestertiis cōdidit patinā:cui faciēdæ fornax in campis exædificata erat:qm̄ eo peruenit luxuria:ut ēt fictilia pluris cōstent q̄ murina. PROmetheus.i. figulus prudens qualis prometheus qui hoīem ex humo terræ cōposuit.Figulinam uero fabricā teste Plinio libro septimo inuenit Chorebus Atheniēsis ωρο μηθεὰ autē prudentia seu prouidentia dicitur.ωρο μηθεῶ prouideo ωρομηθησ prouidens seu prudēs ARGila:ea ut quidam putant ab argis uocata ē:apud quos:ut aiunt primum ex ea uasa confecta sunt. ROtam:in figulinis orbem inuenit:auctore Plinio libro septimo.Anacharsis scythes:ut alii hyperbios corinthius. FIGuli:luti compositores. VIRo:montano. NOCtes neronis:De Nerone Tranquillus sic:epulas e medio die ad mediam noctem protrahebat:refotus sæpius calidis,piscinis ac tempore æstiuo niuatis.Itaq; id poeta montanum nouisse dicit:cum dicat etiā luxuriam imperii ueterem.De Domitiano autem Tranquillus ait.q̄ prandebat ad sacietatem:conuiuabaturque frequenter ac large sed pene raptim certe non ultra solis occasum. ALIAmq; famem.i.futuram:adhuc enim in mensa sedens de futura cogitabat. NVLLi:q̄ ipsi montano:hinc dixit uenter abdomine tardus. OSTRea:pisces sunt silicea testa inclusi.Ouidius fastorum libro quinto.Ostreaq; in conchis tuta fuere suis.Sergius autē orata primus optimum saporem ostreis lucrinis adiudicauit:sed nondum Britannica seruiebant littora quum orata lucrina nobilitabant:a Brundusio postea aduectæ ostreæ compascebantur in lucrino.Plinius libro nono. CIRceis:Circeium post Antium est stadiis:ccxc.distans,mons mari &,paludibus imminet instar habens insulæ. habet etiam castellum & circes sacellum:& mineruæ aram:in medioq; storas est fluuius.Deinceps circeio proxima intra stadia.G.Tarracina est antea.trachina idest aspera uocata:quod Strabo libro quinto edocet.Horatius item ait.Ostrea circeis miseno oriuntur echini. LVCrinum ad saxum:Lucrinus sinus usq; baias latitudinem pandit:qui ex exteriori pelago per aggerem longitudinis stadiorum.viii.latitudinis autem unius orbitæ arcetur illum autem ab Hercule traducendarum Gerione boum causa aggregatum fuisse perhibent.Captandis uero ostreis huberrimus.Strabo libro quinto. RVTupino fundo:idest britannico,ab oppido littorali:quod Ptolomæus edocet libro secundo:ubi dicit canticorum urbem esse rutupias.

Vitellii fictile
pmetheus
pmithia
pmitheo
Rota figuli
Neronis epulæ
Domitiāi cibus
Ostrea
Sergius orata
Circeium
storas flu.
Tarracina
Tarachia
Lucrinus
Rutupinꝰ

DOM. ℂ TENui:subtili nam laus est figulorum:ut scribit Plinius.Vt cretam tenuem in conficiendis patinis ducant. MEDias noctes:hoc non uidetur in Domitianum conuenire posse:quem scribit Tranquillus:non produxisse dapes ultra solis occasum:sed ut idem est auctor conuiuabatur frequenter & laute:de Nerone nullo pacto intelligendum est:sed Domitiano quem satyrica hypbole Iuuenalis ait ad mediā usq; noctē ingurgitasse. OSTrea: ostrearum luxus magnæ exprobrationis apud antiquos erat Sergius orata:ut Plinius scribit in baiano ostrearum uiuaria instituit:primusq; docuit optimum saporem esse lucrinis:unde brundusii capta in lucrinum lacum aduehebantur ut illic pascerentur.Martialis.Ostrea tu sumis stagno saturata lucrino.Lucrinum autem lacū olim auernum dixerunt ut Artemidorus & Diodorus dixerunt. Sillius cocyton: Ast hic lucrino mansisse uocabula quondam Cocyti memorant.Lucrinum saxum:intelligit eam uiam quam strauit Hercules septem stadiorum: uel ūt Diodorus scribit quinque eandem struxit Melius aggrippa in exteriore parte ad arcendum pelagus ita ut postea sinus efficeretur Lucrinus.Ostreis capiendis huberrimus ut scribit Strabo. FVndo,rutupino:ostrea britannica intelligit quæ post lucrina inuenta sunt.Sed maiore gloria saporis nondum Plinius britannica cubant littora cum orato docuit aduehere ostrea brundusio.& compascere in lucrino. RVTupinum: britannicum significat ab oppido littorali Ptolemæus auctor.Lucanus:aut uaga cum thetis rutupinaq; littora feruent. Vnda caledonios fallit turbata britannos.

MER. ℂ TESta alta paretur:Quæ tenuit muro spatiosum colligat orbē:quis hæc opprobret Domitiano Iuue.alibi tn̄ nusq̄ legit Pli.de Vitellio.in.xxx.hæc notauit.At hercules Vitellius in principatu suo decē talentis patinā condidit:cui faciendæ fornax in cāpis exædificatā erat:quoniam eo peruenit luxuria:ut etiam fictilia pluris constiterint q̄ murina pter hāc Mutianus altero cōsulatu suo in cōtione exprobrauit patinas paludes Vitellii nie

moriæ. NOCtesq; Neronis iã medias dominus Nero scribente Suetonio epulas e medio die ad mediam noctem protrahebat:refotus sæpius calidis piscinis ac tpe æstiuo niuatis. MAIOr fuit usus edendi:subaudi q̃ montano. CIRceis nata forent:an lucrinũ ad saxum rutupinoue edita fundo ostrea callebat primo depræhendere morsu:ex longo usu saporẽ nouerat ostreoꝝ:quæ maiores pro locoꝝ qualitate discreuerant:nam Sergius orata primus optimum saporem lucrinis adiudicauit. CIRceis:in campania iuxta paludem pontinam. RVTupinoue edita fundo.Britannica significat ostrea.de qbus Plinius.Nondũ britannica seruiebant littora:cũ orata lucrina nobilitabat.Rutupinum promõtorium est britanniæ:de quo Lucanus in sexto.Aut uaga cum thetis rutupina ue littora feruent.Vnda caledonios nescit turbata britannos.De iudicio gulæ:in ostreorũ delectu:ne fraudentur gloria sua littora mutiani uerba subiiciam in naturali historia annotata.Cizicena maiora lucrinis dulciora britannicis:suauiora medullis:acriora lepticis:pleniora lucensibus:siccciora coryphantenis:teneriora istricis:cãdidiora carthaginensibus:sed his neq; dulciora:neq; teneriora ulla esse compertum est.

Rutupinũ

delectus ostreorũ

VAL.

℄ TESta alta paret':uas inquit paretur maxime patulũ,ꝓfundumq; q̃ piscẽ hunc queat compræhẽdere. MVro:hyperbolicos:quasi muro uas pro sponda deberet consurgere:sed hyperbolem minuit adiiciens,tenui. SVbitusq; prometheus.i.prudẽs figulus cuiusmodi prometheus in fabulis fuisse legitur:qui hominem ex limosa terra finxisse perhibetur. ARGillam atq; rotam:unde fingũtur uasa:est autem argilla creta.Columella:nam per se ipsa creta qua utuntur figuli quãq; nonnulli argillam uocant:inimicissimũ est nec minus ieiunius sabulo:& quid ut ait Iulius atticus retorridam humum facit. LVXuriam imperii ueterem:imperatoris crapulam. NOctesq; ne.iã me.media.n.nocte exurgebat nero ne quid incontinentiæ suæ deesset dedecoris:ut.s.saginaretur,& uentrem distenderet. ALIAmq; fa.nõ aliis similem:aut aliã alio tpe satiatam. FALerno ar.nimia crapula ebuliret:falernũ ab oppido campaniæ uinũ potens uocat:& multum euaporans. NVLLi ma.fu.usus eden.tẽ.mea. utrum montano an Domi.h.d.nullus quãtũ ipse uiderim aut tpe meo audiuerim fuit qui tantum indulgeret gulæ. TEMpestate mea:salustiane ꝓ tẽpore dixit. CIRceis na.fo.tusculũ enĩ a circes & Vlyxis filio telegono cõditum est.Hora.& telegoni iuga parricidæ:& in epodo:neq; & superni uilla cadens tusculi circea tangat mœnia: sed ad hoc nihil a loco igitur non lõge a caieta:de quo Hora.Ostrea circeis misseno oriunt' echini.in acæa insula lucrinum ad saxum unde romã pisces deportabant' locus magna romanoꝝ impẽsa ad pisces cõtinẽdos comparatus:in quo Iulii Cæsaris opera maxime enituit.unũ Vir.An memoreq; portus lucrinoq; addita claustra.Atque indignatum magnis stridoribus æquor.Iulia qua põto lõge sonat unda refuso.Tyrreus usq; fretis immittit' æstus auernis. LVCrinum ad sa.unde optimi succo afferebant' pisces.Mar.concha lucrini delicatior stagni. RVTupinoq; edi.fun.Lucanus.Aut uaga cum thetis rutupinaq; littora feruent.Vnda calidonios fallit turbata britannos. OSTrea callebat primo deprætendere morsu tam sagax fuit inquit imperatoris gula:ut in quo littore lecta esset concha callidæ cognosceret saporibusq; discerneret prouincias. DEPræhen.scire & est sineresis.

Et semel aspecti littus dicebat echini
Surgitur:& misso proceres exire iubentur
Cõsilio:quos albanam dux magnus in arcem
Traxerat attonitos:& festinare coactos:
Tanq̃ de catis aliquid:toruisq; sicambris
Dicturus:tanq̃ diuersis partibus orbis
Anxia præcipiti uenisset epistola penna:

℄ ECHini pisces sunt e cancrorum genere:in quibus spinæ pro pedibus.Ingredi est iis in orbem uolui.ora in medio corpore in terram uersu.Plinius scribit lib.ix.ubi etiã alio capite dixerat q̃ & paruus admodum piscis assuetus petris echineus appellat':hoc carinis adhærente naues tardius ire credũtur. GEtis:Iuuena.primam produxit:alii uero corripiũt.Ouidius.Nulla getis toto gens est truculentior orbe.Getas autem græci thraces opinati sunt:qui utrũq; istri latus incolebant.Getæ quidem ad pontum in orientem uergunt. TORuis sycambris:Sycambri germaniæ populi de quibus lege Cæsaris commentarios. PRAEcipiti penna:Cursores:ut Dionysius scribit peregrinantes soliti erant pennas in uertice arrectas ferre.Plinius autem de columbis sic ait libro decimo.Quin internunciæ in rebus magnis fuere:& epistolas annexas earum pedibus obsidione mutinẽsi in castra cõsulũ ptulere.D.Buto mittente.Quid uallũ & uigilũ obsidio atq; ẽt retia amne ꝓtẽta ꝓfuere Antõio pcælũ eũte nuncio.

MAN.

Echini

Echineus

Getæ

Sycambri

Pẽnæ nunciorum

Columbæ nunciæ

℄ ECHinus:miseni nascebatur meliore sapore.Horatius.Ostrea circeis miseni oriuntur echini:ii sunt in speciem castaneæ echineis uero quam latini remoram dixerunt & eius meminit Oppianus naues plenis uelis euntes retinere dicitur si carinæ hæserit quod Plinius credidit cecinit Lucanus:de is uero Martia.cortice deposito mollis echinus erit. SICambri populi germaniæ sunt finitimi caubis ad oceanum bucteris:& Cymbris hos nominat:quoniam Domitianus germaniam domuerat.inde etiam accepto cognomine ut horum seditionem & tumultum posset timere. DE Getis:nam daci & getæ bis defecerant ab eo. ANXia:tum de graui aliqua re agebatur cum ab aue epistola erat allata:inde Plinius scribit:Columbas fuisse internuncias in magnis rebus:nam in obsidione mutinensi eodem auctore epistolas pedibus alligatas in castra consulũ attulerunt.Cecina uolateranus hirundinibus ad id usus est:& Fabius annalium scriptor se irundine usum testatur.cuius pedibus lino alligato & factis nodis significauit suis quoto die eruptio fieri deberet.

DOM.

℄ ET SEmel aspecti littus dicebat echini.Echinus maxime gaditanus celebratur:de quo Martialis.Iste licet digitos testudine pungat acuta.Cortice deposito mollis echinus erit.Sunt aũt echini ex genere cancrorũ in quibus spinæ pro pedibus ingredi est:his in orbem uolui.Itaq; detritis sæpe aculeis inueniuntur.Est & alius paruus admodum pisciculus echineus appellatus:qui ruant uenti licet sæuiant procellæ imperat furori:tantasq; uirescõ pescit:& cogit stare nauigia.Vñ & græce echineus:latine uero remotã quidam appellauere:quã etiã ob causam amatoriis quoq; ueneficiis infamis est:& iudiciorum ac litium mora.Hæc Plinius. INAVlam albanam:quia

MER.

Echinus gaditaneus

Echineus

Sicambri frequēter in uillā albanam secedebat Domitianus. TOR uisq; sicambris. Sicambri inter rhenum & albim flu
Geta men siti: sunt tamen uicini: rheni amnis accolæ: de quibus triumphauit germanicus iunior. DE Getis aliquid:
miror Iuuenalem primam produxisse eius dictionis: quæ apud alios corripitur: nisi forte: magis mendosi sunt co
Catti dices: & pro Cattis getis sit scriptum. De catis enim dacisq; post uaria prœlia duplicem triumphum Domitia
nus egit: suntq; catti populi germaniæ sicambris finitimi: ut Strabo refert. ANXia præcipiti uenisset epistola
penna. Cursores (ut Dion scribit) peregrinantes soliti erant pennas in uertice arrectas ferre.

VAL. ℭ ET SEmel as. lit. di. echi. echinus aquaticum animal hirsutū in thecæ castaneæ modum: de hoc Martia. Ille li
cet digitos testudine pungat acuta Cortice deposito mollis echinus erit: saxa petit inter quæ se locat ne a flucti
bus iactetur: hic tempestates metuens & ne scopulis illidat cauet. Vnde Oppianus ubi de natura pisciū scripsit
ἐςὶ δὲ καὶ ὀξυκόμοισι νόος καὶ μήτις ἐχίνοις οἵ τ᾽ ἀνέμων ἴσασι βιαζομένων τε θύελλας ὀρνυ
μένας νώτοισιν ἀνοχλίζουσιν ἕκαςος λᾶαν ὅσον βαρύθοντα περὶ σφετέροισι ν᾽ ἀκάνθαις
ῥηϊδίως φέρεσθαι ἐναντία κύματος ὁρμὴν βριθόμενοι μίμνουσι. τὸ γάρ ῥα τρομέουσι μάλιςα
μὴ τφᾶς ἐπιόνεσσι κυκώμενον οἶδμα κυλήσοι: ē & echin⁹ castanearū theca: tūica inq̄ illa q̄ undiq; cō
pungentibus consurgit spinis. Plinius nuces uocamus & castaneas q̄q̄ accommodatiores glandium generi arma
tum his echinato cortice uallum: est & echinus uas ut apud Horatium astat echinus uilis cum patera guttis cāpa
na suppellex: echinus etiam ciuitas fuit cuius Demosthenes in delphicis meminit: & Cicero in arato. Vt quon
dam orion manibus uiolasse dianam Dicitur: excelsis errans in collibus amnes Quos tenet egæo defixa in gur
gite Echinus. Est etiam apud Nicandrum echinus uentris pars: echeneis uero sicut etiam docet Plinius piscis na
turæ incredibilis: cum enim nauibus hæserit: utcunq; uenti incubuerit mari & ab imo exæstuet fundo pelagus:
immobiles tamen eas firmat: hinc Lucanus. Non puppim retinens euro tondente rudentes: in mediis echineis
aquis traxerat q ob imperatoris sæuitiam nō libēter apud ipsum coierant. ATTonitos: tanq̄ de cæde alicuius
terrore perculsos. TANq̄ de cathis: cathi galliæ populi sunt. Ruffus Festus de situ orbis. Pinguia rura tenēt sunt
illic agro piceni: Sunt cathi & mardæ tepidū qui rursus ad aųstrū. Orā habitant scythiæ deducunt sæmina gentis.
Pli. proximi autē reno isteuones quorū pars cymbri mediterranei hermiones: quorū sueui hermū duri cathi che
rusi: nam ne getis dicas sicut librariorū menda multi habent codices, carmen claudicās uetat. TOR uisq; sycam
bris. Mar. Crinibus in nodū tortis uenere sycābri. Atq; aliter tortis crinibus æthiopes. Vox diuersa sonat popu
lorum: & tñ una est. Cū uerus patriæ diceris esse pr̄. Cuiusmodi populi sint docebit te Cæsar in cōmentariis rerū
gestarū in germanos. ANXia: quæ anxios & sollicitos reddit. PRAecipiti ue. epi. pē. utrum pēna p̄cipiti q̄q̄ ce
lerrime perscripta sit: an certe q̄ cōplicatas litteras sub alitis ala alligatas ueteres mittere solerent: & ne uidear si
ne exēplo hæc dicere frontini uerba hic referā: qui de lyrcio cōsule inq̄t: colūbis quas inclusas ante tenebris & fa
me affecerat: epistolas ad collū sæta religauit: easq; a propinquo inq̄tū poterat loco mœnibus emittebat: illæ lu
cis cibiq; auidæ altissima ædificiorum petentes excipiebantur a bruto: q eo modo de oībus rebus certior fiebat
utiq; postq̄ disposito cibo quibusdam locis columbas illuc inde uolare instituerat. & Pli. de his locutus. quin & in
ternuciæ inquit in rebus magnis fuere: & epistolas annexas earum pedibus obsidione mutinensi in castra consu
lum pertulere. D. bruto mittēte. Epistola ab ἐπιςέλλω immitto dicta: cuius diminutiuum epistolium. Catul.
Conscriptum hoc lachrymis mittit epistoliū: nā ex noīe græco deriuatione plærūq; græca utimur: sic Persius ab
elego diminutiuo usus græco elegidia crudi dictarunt proceres dixit: & a calatho calathyscum Catul.

Atq; utinā his potius nugis tota illa dedisset
Tempora sæuitiæ: claras quibus abstulit urbi
Illustres animas impune: & uindice nullo
Sed periit: postq̄ cerdonibus esse timendus
Cœperat hoc nocuit lamiarum cæde madenti

MAN. ℭ ABStulit. Domitianus. s. IMPune: nullo nobi
Cerdones lium ulciscente. CER donibus: idest plæbeis & uili
Domitiāi bus. Cerdones enim dicuntur qui artificio & lucro ui
cædes ctum quærunt: nam κέρδος lucrum dicitur. κερ
δαίνω lucror. Tranquillus de Domitiano sic: p hæc
terribilis cunctis & inuisus tandem oppressus est ami
corum libertinorumq; intimorum conspiratione si
mul & uxoris. Trucidatus autem est uulneribus se
ptem. xiiii. calen. octobris. Anno ætatis quadragesi
moquinto imperii. xv. ET periit postq̄: &c. Hinc Cicero libro secundo offi. sic ait. Rerum autem omnium nec
aptius est quicquam ad opes tuendas ac tenendas: q̄ diligi. Nec alienius q̄ timeri. Præclare Ennius: quem metuūt
Diligi oderunt: quem quisq; odit: periisse expedit. HOC timeri scilicet a cerdonibus & uilissimis. LAMiarum: idest
Timeri nobilium: lamias enim nobiles pro aliis posuit: quos multos Domitianus occiderat: licet etiam Aelium lamiam.
Lamiæ De quo ita Tranquillus Aelium lamiam ob suspitiosos quidem uerum & ueteres & innoxios iocos q̄ post ad
ductam uxorem laudanti uocem suam: heu taceo dixerat. Aelii quidem uxor Domitia longina appellabatur:
quam uiro ablatam Domitianus etiam in matrimonium adduxit: deinde lamiam ipsum in exiliū misit: ut Tran
quillus scribit. Horatius quoq; libro tertio carminum de lamiis ita scribit ode. xvii. Aeli uetusto nobilis ab lamo
quando & priores hinc lamias fuerunt denominatos & nepotum per memores genus omne fastos. Auctore
ab illo ducis originem: qui formiarum mœnia dicitur princeps: & innantem maricæ littoribus tenuisse lyrim
late tyrannus & cætera. Ab lamo itaq; formiarum rege lamii dicti sunt.

DOM. ℭ HIS nugis: his rebus ridendis: ut fuit consultatio de rhombo. CER donibus esse timendus: nescio quid figu
ratum & cælatum putet hoc loco Tortelius: nam de fidentino qui eum sequitur nulla mihi erit mētio: q putat de
Nerone intelligēdū hic est sensus meo iudicio: utinā Domitianus his nugis totū tēpus iperii consumpsisset: nec
abstulisset nobiles & illustres uiros: Cerealem. s. Saluidienum: Aciliū Glabrionē filiū Lamiā. IMPVne. i. nullo
ex nobilibus existente q principis crudelitatem ulcisceret: in quo ignauiā nobilitatis eorū tēporū notat: sed tādē

periit inquit cerdonum hoc est uilissimorum hoīum beneficio:qui cum illius sæuitia offenderentur ulti sunt publicam uicē:ii fuerunt Clodianus Cornicularius Maximus parthenii libertus.Saturius decurio cubiculariorum &alii ꝑterea eius conditionis hoīes ut scri.Tranquil. IMPune nullo nobilium ulciscente. HOC:ꝙ.s. tandem ēt a uilissimis timeret.Cerdones dicunt̄ q̄ artificio & lucro uictū querunt a κέρδος q̄d significat lucrum sed ꝓ plæbeis & uilibus accipiunt̄ a Iuuenale.alibi.Et quæ turpia cerdoni:uolesos brutosq; decebunt. LAMiarum:non posuit lamias ꝙ hi tantū essent nobilissimi:sed ut pariter nobilitatē īdicaret: & unū ex historia referret de nobilibus īterfectis a Domitiano.Heliū.s.lamiā quē ob suspitiosos & ueteres & inoxios iocos interemit:ut ē apud Trāq̄l.Lamiæ āt genus duxerūt a Lamo q̄ caietæ regnauit ut Home.cecinit repetit Sillius:Et regnata Lamo caietæ.Oui.atq; lami ueterē lestrigōis inq̄t in urbē uenimus.Hor.Heli uetusto nobilis a lamo.

MER. ¶SED Periit:de morte Domitiani & si ex multis scriptoribus plurima cognosci possint:illud ego subiungam q̄d philostratus:i apollonii uita notauit:cū Apollonius tianeus pythagoricus phūs Ephesi uitā ageret:& forte in multitudine disputaret ꝑ eā horā qua Domitianus īterficiebat̄:ut postea cognitū ē diligentius ex iis q̄ utriq; facta sunt uelut defixus & elinguis stetit:tū aūt exclamauit euge stephane pulchre Stephane ꝑcute peccatorē:pulsasti uulnerasti & īterfecisti. CER donibus esse timēdus:cerdones hic accipimus tenuis fortunæ hoīes.Nam Stephanus de quo supra Domicillæ procurator erat:ꝑterea manibus libertorum & quorūdam e ludo gladiatorio septem uulneribus cōtrucidatus Domitianus fuit. LAMiarū cede madēti.Eliū lamiā scri.Sueto.a Domitiano interēptū ob suspitiosos q̄dem uerū & ueteres & inoxios iocos.q̄d post adductā uxorē laudāti uocē suam heu taceo dixerat:quodq; Tito hortāti se ad alterū matrimoniū respōderat μὴ καὶ σὺ γαμῆσαι θέλεις: lamiagēs ab lamo patre antiphatis lestrigonū rege:q̄ formiis regnauit:originē duxit.quantū ad eliū lamiā Hora.scribit.Eli uetusto nobilis ab lamo.Quando priores hīc lamias ferunt.

Mors Domitiāi nunciata Ephesi

VAL. ¶QVIBus:subaudiendū tp̄ibus.ordo ē.q̄bus urbi īpune abstulit & illustres aīas & nullo uindice: q̄ tantā cædem punierit sæuitiāq; uindicauerit. SED pe.po.cer.esse ti.cœpat.i.ignobilibus: uel hoībus q̄ turpissimi sunt:Persius.Respue:ꝙ nō es tollat sua mūera cerdo & ἀκερδὴς νῶ.i.lucror cerdo dictus sicut κέρδος lucrū. HOC nocuit lamiarū cæde madēti:ut occisis nobilibus a cerdonibus ēt timeret. LAMiarū.nobiliū ꝙ nobilis & antiqua ī urbe roma lamia familia fuerit.Hora.Heli uetusto nobilis ab lamo.Quādo & priores hic lamias ferunt denoīatos & nepotū:Per memores genus oē fastos. LAMiarū:heliū.n.lamiā Domitianus occidit.

Iunii Iuuenalis aquinatis satyra quinta.

Site propositi nondum pudet:
atq; eadem est mens.
Vt bona summa putes aliena
uiuere quadra

Argumentum satyræ quintæ.

MAN. Quæ ganeo tolerat parasitus quinta notauit.

SIte propositi: Incertum quendam alloquitur: hic Iuuenalis arguens illum ꝙ diuitum cœnas sectaretur:in q̄bus ītolerabilia pati oporteret hīc ad mēdicādū potius eundē hortat̄: quē postea trebiū eē infra ostendit. QVAdra.i.mēsa seu potius frustro pāis &c.Mar.li.vi.quū mittis turdūue mihi q̄drāue placētæ.Et li.xii.ī uacertā nec q̄dra deerat casei tolosani

Quadra

Domitius Calderinus in Quintā Satyram.Ad Iulianum medicen.

DOM. SIte propositi:tēpoꝝ iniquitate & auaritia multi diuites colebant passimq; captabant cœnas uilissimis q̄busq; officiis.ii multis epigrāmatis a Martiale notant̄.Solinus in primis & aper Trebiū amicū ī eodē uitæ instituto uersantē:modoq; ꝑstantē anteābulonē:modo comitē: ita monet & deterret ut ꝑ occasionē:suoꝝ tēpoꝝ conditionem notet inueaturq; ī superbas & cōtumeliosas mēsas diuitū:q olim centū quadrantū sportulā comitibus dabāt & clientibus: Postea rectā cœnā dare cœperunt edicto Domitiani quod scribit Tranquil.Mar.Centū missellī iā ualere quadrantes:alibi. Cum uocor ad cœnā non iā uenalis ut ante hoc cōquerit̄:Iuuenalis hic fremit:quod ea cœna diuitū plena esset cōtumeliis & iniuriæ ī pauperē clientē:structurā & sensum ita cōcipio:nihil noui frugalius uētre o Trebi.q.d.potes eē contentus paucissimis rebus:tamē esto ꝙ hoc ipsum quo īdiges deficiat:quare nō mēdicas:hoc dico si te nōdū pudet ꝓpositi & instituti tui & si potes pati ad mēsas diuitū.q̄ nec Sarmētus nec Galba scurra tulisset:quis tibi iurāti ꝙ.s.nō pudeat & possis ferre nō ausim credere:ac si dicat scio certe te ipsum spōte tua pudere. Enarratio Quintæ satyræ.

MER. SIte propositi nondum pudet atq; eadem est mens.Turpem notat:non parasiti:sed clientis patientiam:qui in ciuilis ac uilissimæ cœnæ gratia:in domibus potentis & diuitis hoīs ludibria patiatur: atq; e diuerso sordidum simul & sumptuosum increpat: qui sibi opima:cæteris uero uilia & minuta poneret: utpote qui amicos clientes atq; libertos descriptis in genera & eduliis atq; poculis.non ad cœnam. sed ad notam inuitaret noua quadam societate luxuriæ ac sordium: Alloquiturque clientem primum: qui apud huiusmodi diuitem cœnat. ALIena uiuere quadra.alieno pane: quadram autem dixit: ꝙ quadratas sectiones haberent.Inuenio apud celebrem scriptorem græcum panes in sectiones habentes appellari blomilios:quos Romani quadratos dicunt. Virgilius:Patulis nec parcere quadris Fatalis crusti. Et Martialis. Cum mittis turdumue mihi quadramue placentæ.

Nō ad cœnā sed ad notam

Quadrati panes

VAL. SIte propositi nondum pudet: De parasitis & cœnis contumeliosis in hac satyra scribit: & est ordo ac sensus: puta parasite hoc ipsum tibi defecisse subaudiendum apud diuites quod inani aluo sufficit si tamen te nondum putet propositi: atque eadem est mens: ut putes uiuere aliena quadra esse sūma bona si potes pati illa: q̄ nec sarmentus ad iniquas mensas Cæsaris tulisset:nec tulisset

uilis galba:quāuis metuam credere tibi testi iurato:qui dicas nihil noui frugalius uentre meo. ALIena quadra: idest ex alienis frustis:quæ in diuitum mensis superfuerunt uitam ducere summum esse bonum putas ꝙ pecudis non hois est. QVAdra:panis frustrum quadra dicitur.Martialis. Cum mittis turdumq́ꝫ mihi quadramq́ꝫ placentæ.Bucellas misisse tuas te pontia dicis.

Si potes illa pati:quæ nec sarmentus iniqua:
Cæsaris ad mensas:nec uilis galba tulisset.
Quāuis iurato metuam tibi credere testi
Ventre nihil noui frugalius:hoc tamē ipsum
Defecisse puta:quod inani sufficit aluo:
Nulla crepido uacat nusq̄ pōs:& tegetis ps
Dimidia breuior:tanti ne iniuria cœnæ.
Tam ieiuna fames:cum possis honestius illic
Et tremere:& sordes farris mordere canini.
Primo finge loco:quod tu discumbere iussus
Mercedem solitam ueterū capis officiorum
Fructus amicitiæ magnæ cib⁹ iputat hūc rex
Et quāuis rarū tamen iputat:ergo duos post
Si libuit menses neglectum accire clientem

MAN. ¶SARMentus.de hoc satyra.v.Flaccus ait.Nūc mihi paucis sarmenti scurræ pugnam messiiq́ꝫ ciceri Musa uelim memores:fuit is Cæsaris scurra.De quo Plutarchus in uita.M.Antonii. GALba:is etiam scurra fuit.Martialis libro primo in cecilium.Qui Galbam salibus tuis & ipsum posses uincere testium caballum & libro decimo de capitolio ille suo fœlix cæsare galba uetus. FRVgalius: modestius ac parcius paruo enim contentus esse potest. Cicero pro deiotaro sic ait. Ego tamen frugalitatem:idest modestiam temperantiam:uirtutem maximā iudico. Idem quoq́ꝫ libro tertio tusculanarum ait.Eas tres uirtutes:fortitudinem:iusticiam:prudētiam faugalitas est complexa. Reliqua igitur &quarta uirtus ut sit ipsa frugalitas necesse est.Frugalitas:ut opinor a fruge:qua nihil melius a terra orit.Hæc ille.Inani:ieiuno & uacuo. CREpido: abrupti saxi altitudo & cauerna. VAcat:ut ibi scilicet maneas mendicans. PONs.ubi item mendicare possis. TANti:scilicet est:ut eius causa tot patiaris. TAM ieiuna fa.supple est tibi. POSsis: sis Iuuenalis corripuit:alii produxere.Horatius satyra secunda.Metiri possis oculo latus.ILLic in crepidine aut pōte aut tegete. TREmere:frigoris scilicet cā. FARris canini:sordes caninas intelligit. Festus enim ait sic. Canicæ furfures de farre a cibo canū uocatæ. PRImo loco:in primis. FINge:cogita. DIScumbere:uesci. IVSsus:ab diuite. SOLidam:totam & integram. CAPis:ex ipsa mensa.s.unde ait: Fructus amicitiæ magnæ cibus. IMPutat:exprobat. HVNc:cibū.s. REX:diues. ERGo.quoniā iputarat cibū. LIBuit.regi & diuiti.

(Margin: Sarmētus scurra; Galba; frugalitas; Frugalitas; Crepido; Possis; Canicæ)

DOMI. ¶SARMentus:scurra seruus Cæsaris:cuius meminit Plutarchus i Antonium Geminius inquit Plutarchus dixit amicis Antonii uinum acidum infundi:sarmentum romæ phalernum potare.Horatius sarmenti scurræ pugnam:messiiq́ꝫ ciceri Musa uelim memores. GALba item scurra Mar.ille suo fœlix cæsare galba uetus alibi: Qui galbam salibus tuis & ipsum posses uincere testium caballum. NVSquā pons:ubi.s.mendices.Martialis Errat per urbis pontes exulet cliuos. TEGetis pars:idest teges mutilata:Mart de paupere:Et teges & cimex & nudi sponda grabati. SOR.des farris canini.i.panē sordidū caninū.Mar.Oret caninas pāis iprobi buccas. Varro in re rustica panē ordeaceū canibus dandū putat.qđ āt dicat panem caninū:nō tam puto ad sordes referri quā ad duritiem.Duritia.n. cibi canes malas firmant:& paulo post dicet.Quæ genuinū agitent nō admittentia morsum. DIScūbere iussus:id est acceptus a diuite ad rectā cœnam.

MER. ¶SARMentus iniquas:sarmenti meminit Horatius his uersibus.Nunc mihi paucis:sarmenti scurræ pugnam messiiq́ꝫ ciceri musa uelim referas. Romanus eques hic fuit sub augusto Cæsare scurilitate notissimus. NEC tristis galba tulisset. de hoc arbitror intellexisse Martialem:cum dixit. Qui galbam salibus tuis. & ipsum posses uincere Sestium caballum:Et in.x.Elisio redeat si forte remissus ab agro.ille suo fœlix cæsare galba uetus. Qui capitolinum pariter galbāq́ꝫ iocantes.Audierit dicet rustice galba tace. NVLla crepido uacat: Crepido est abrupti saxi altitudo.& editioris cuiusque loci extremitas:quam mendici insidere solebant. Seneca de Mario mendicante. Quis crederet iacentem super crepidinem Marium aut fuisse:aut futurum cōsulem. PANis canini:aut quem canes rodere solent:aut quem mendici uelut latrantes accipiunt.Martia. Cui dat latratos obuia turba panes.

(Margin: Sarmētus; Galba; Crepido)

VAL. ¶SI POtes illa pati:quæ nec sarmentus iniquas cæsaris ad mensas.sarmentus tēpore augusti fuit:qui ꝙ urbanitate & audacia notus equesq́ꝫ romanus esset se in gratiam cæsaris transtulit:huius etiam Horatius meminit i sermonibus inquiens nūc mihi paucis sarmēti scurræ pugnā messiiq́ꝫ ciceri Musa uelim memores & quo patre natus utriq́ꝫ contulerit lites messi clarum genus osci.Sarmenti domina exta ab his maioribus orti ad pugnam uenere. NEC uilis galba tulisset.apicius galba sub tyberio scurra nobilis fuit. QVANuis iurato metuā tibi credere testi.iurato qui iurasti actiua significatione.Sic Plautus i amphitrione. at ego tibi per mercurium iuro tibi iouem non credere:nam iniurato scio plus credet mihi q̄ iurato tibi:est ubi passiua significatiōe proferatur. Lucanus:mihi per latium iurata tonantē. VENtre nihil noui frugalius:hoc quasi ipse parasitus iureiurando cōfirmat. QVOd inani sufficit aluo.utrum quod ad famē tantū leuandā sufficiat:an quod uilissimis aluum cibis inanitate rugientem possis saturare. NVLla crepido uacat:hoc cum iterrogatione legendum ē: crepido inquit Probus:est ora terræ quā aqua alluit:ex hoc appellata:ꝙ ibi aqua allidens concrepitet: montis quoq́ꝫ concauitas crepido noiatur:nisi sit quod græci κρυπτην occultare dicunt. NVSquā pons.ubi mendices. AVT tegetis pars dimidia breuior.i.proseuchæ pars uetustate miutæ dirutæq́ꝫ.Prob⁹ uero expōit tegetis pinatæ sportæ aut tegetis de sirpo factæ. INIuria cœnæ.i.cōtumeliosa cœna. CVM possis hōestius.i.magis intrepide.aut hōestius copiosius diuitius:nā ut Asconi.inqt:sicut bonos antiq ꝓ magnis:ita honestos pro diuitibus posuerūt.

POSTis ho.s.ultimum amouendum ne sit barbarismus in metro. ET tremere frigore. inhorrere. ET for. far.mor.ca.panis sordidi qui canibus comedendus obiicitur. PRImo si.lo.in prima sige iniuria. IMPutat hũc rex.quid aliud dabit cum quod uile est imputet.

¶TERTia culcitra:tres enim mensas in conuiuio apponere consueuerant:iuxta quas erant tori in quibus sederent.Plinius libro secundo epistola ad auitum.Eadem omnibus pono:ad cœnam enim nõ ad notam inuito cũ cũctisq; rebus ex æquo quos mensa & toro æquaui. NE cessaret culcitra:nõ tui boni gratia inuitaberis:sed quo triclinium certo numero cõuiuarum impleatur. VOTorum:desideratæ cœnæ. SVMma.s.est clienti. RVMpere somnum:salutaturi siquidem summo mane surgebant. LIGulas:lingua dominutiuum format lingula:& sine lingula pro ea quæ calceorum est.Martialis ait.Non extrema sedet lunata lingula planta:ligula uero primã corripit:ut hic. ORBem:ut redierit. SIDeribus dubiis.in crepusculo:idest dubia luce.Tunc enim stellæ non ita uti prius apparent. ILLo tempore:idest eodem crepusculo:idem enim declarat.tũc autem plaustrum se circumagit ad nos uersus rediens. PIGri sarraca bootæ. Bootes aliter Arctophylax: idest ursæ custos est appellatus.Legitur enim libro secundo de n.d.Arctophylax uulgo qui dicitur esse bootes.Manlius etiam libro primo ait. A tergo uenit Arctophylax idemq; bootes: scribit item Hyginus sic: itaq; & ille qui antea plaustrum sequens bootes est appellatus Arctophylax est dictus.Est autem signum proximum plaustro.idest maiori arcto: quam complures plaustro similem dixerunt a figura posituraq; stellarum.unde & septẽtrio appellatur a septẽ stellis. Triones boues appellant quasi terriones: hoc est arandæ collendæque terræ idoneos. De trionibus uero latius Gellius libro secundo capitulo uicesimoprio βοω- τεω autem aro significat:βοώτης bubulcus bootes. PIGri:hoc ideo quoniam adeo polo iũctus est: q; nũquã totus occidit:& tardius uoluitur. CIRcumagunt:circumuoluunt. SVCida lana: quæ sudante oui lana tondetur.eam Varro succidam appellat hæc ut molescat uino suffunditur. Varro autem libro secundo capitulo undecimo sic ait.Tonsuræ tempus inter æquinoctium uernum & solsticium quum sudare incœperint oues a quo sudore recens lana tonsa succida est appellata. CORybanta: te insanum & furentem pessimi uini culpa.Corybantes scribit Strabo libro decimo cretæ populos cybeles ministros: inter quos esse tradunt quosdam spiritibus afflatos & bacchicos cum strepitu ac fragore cymbalisque ac tympanis & armis. Item etiam tibiis & uociferationibus inter sacrificandum stupefacientes: inque ministrorum habitu publica modo quodam sacra factitantes. IVRgia:altercationes conuicia. SAVcius:uulneratus ab eo cui conuicia dixeras. VOS clientes & parasitos.

MAN.

Lingula
Ligula

Tertia ne uacuo cessaret culcitra lecto:
Vna simus ait:uotorum sũma:quid ultra
Quæris:hẽt trebius pp quod rũpere somnũ
Debeat:& ligulas dimittere sollicitus ne
Tota salutatrix iam turba pegerit orbẽ
Sideribus dubiis:aut illo tpe quo se
Frigida circũagunt pigri sarraca bootæ.
Qualis cœna tamẽ: uinũ quod succida nolet
Lana pati:de conuiua corybanta uidebis
Iurgia ploudunt:sed mox & pocula torques
Saucius. & rubra deterges uulnera mappa
Inter uos quotiens libertorumq; cohortem

Bootes
Arctophylax.

Plaustrũ ĩ ursa maior
Septẽtrio
Triones
Booteo
Bootis
Succida lana

Corybantes

¶CESSAret culcitra lecto:inuitat inquit ut non tibi prosit:sed ut triclinium impleatur:nam triclinia certum numerum conuiuarum capiebant.Martialis septem signa capit sex sumus adde lupum: ut scilicet impleatur triclinium. POSt duos menses:Mar.rectam uocatus cum currit ad cœnam. Quam tot diebus noctibusq; captauit. RVMpere somnum:Martialis.si matutinos facile est tibi rumpere somnos Attrita ueniet sportula multa toga. LIGulas:ligulam partem quandam ĩ calceis scribit esse Festus ad similitudinem linguæ exertæ:pollux apud græcos scribit glossam:idest linguam esse partem ĩ calceo:hanc festinantes dimittebãt:plura ĩ cõmentariis Martialis diximus de hoc: & dicemus alibi. TVRba salutatrix.idest turba diuitum: nam ĩtelligo trebium timuisse ne omnes diuites iam salutassent quos uolebant:ita ut nullus restaret cui aut comes esset:aut ante ambulo a quo: posset cœnam captare. Martialis.Denariis tribus inuitas mane togatũ Obseruare iubes atria basse tua.Deinde habere tuo lateri præcedere sellam Ad uetulas tecum:plus minus ire decem. SVCcida lana:lana inquit succida cum omnem humorem facile attrahat:sine ullo discrimine tamen tale uinum respueret. CORybanta insanũ & furentem quales sunt corybantes cybelei de quibus Ouidius de his hæc est historia.Cirbas sacerdos pinæ urbis conditor occasionem rhodiis præbuit ut uulgarent Corybantes Dæmones esse:quosdam Mineruæ: & solis filios & Saturni.alii Iouis & Aliopes & abiisse ĩ samothraciam:quæ quondam melita dicebatur profectosq; bactriana uel ex colchis ut nõnulli affirmant eosdem cum curetibus Hecates ministris. Sceptius putat Corybantes esse curetes qui ad sacra Cybelis admissi sunt casti & puri:illicq; saltant armati:ita appellati iactatione capitis:quod κορύβαν dicunt græci:hos betarmonas Homerus uocat. Strabo ait eos qui capita saltando iactant furiisq; agitantur κορυβαντιᾶν quidam ad idæis dactylis putauerunt manasse Corybantas. hi in prhygia tantũ & troade fuerunt:ut Scepsius scribit:alii in creta quoq; dixerũt.Diodo.uero scribit corybantũ lasioris & Cybele filium his nomen dedisse qui una cum Dardano deoꝶ matris sacra ĩ phrygiã attulit.

DOM.

¶TERTia ne uacuo cessaret culcitra lecto. tribus stratis lectis maiores comedebant: Vnde triclinium sterni dicebatur: ut supra diximus.Culcitra uero appellata q; in ea tomentum uel sagum inculcetur. LIGulas dimittere. calceis auctore Festo ligulæ ducebantur: ad similitudinem exertæ linguæ. Est & ligula mensuræ genus & nunc quod uulgus cocleare appellat:& a lingua fit:de qua Martialis. Quamuis me ligulam dicant equitesq; patresq;. Dicor ab indoctis ligula grammaticis. SVCcida lana.quæ sudante oue lana tondetur.eam Varro succi-

MER
culcitra. unde
Ligulæ in calceis

dam appellat: hæc ut mollescat uino suffunditur. CORibanta. furentem & furore corybantheo percitum INTer uos: subaudi clientes uel amicos: qui cum libertis discretas epulas cœnatis.

VAL. ¶TERTia ne uacuo cessaret culcita lecto: ne in tertia mensa desit qui discũbat: culcitra inquit Var. dicta φ in ea sagus: aut tomentũ aliudq; calcabant: ab inculcando culcitra dicta ac quicquid insternebant a sternendo stragulum appellabant. HABet trebius: parasiti nomen. ET li. di. calciari properanter & ansas caligæ præterire. dictæ uero ligulæ a ligando: nisi φ Priscia. in diminutiuis inquit lingua lingula & per concisionem ligula. Festus quoq; ligula per diminutiuũ linguæ dicta alias a similitudine exertæ linguæ: ut i calceis alias isertæ. idest intra dẽtes coercite: ut i tibiis: columella aũt ligulam uocat istrumentũ ad purgandam ex uase spumam his uerbis: deinde ubi liquatũ mel i subiectum alutum defluxit transfer in uasa fictilia: quæ paucis ante diebus aperta sint dum musteus fructus efferuescat: isq; sæpius ligula purgandus est. Plini. sunt qui comitialibus morbis dandum putãt luna quarta: sexta septima: ligulæ mensura: idest coclearis. Mar. Quãuis me ligulam dicant equitesq; patresq;. Dicor ab idoctis lingula grãmaticis. IAM tur. pe. or. itineris ambitũ quem salutantes per urbem primo diluculo conficiebant. SYDeribus du. matutino tempore: idest prima luce dieiq; crepusculo. AUT il. té. quo se fri. circũagunt pi. sar. bo. i. ante crepusculum: uel non longe a media nocte non qn cæteris quoq; temporibus uertatur polus: sed φ nũquam occidat & appareat quoq; tunc nec multo post nox cessura diei sit: similiter locutus est Luc. sed nocte sopora Parrasis obliquos helice cũ uerteret axes: nam septentrionis duæ ursæ sunt: quæ uocantur helice & cynosura: bootes autem q currum regit. FRIgida: qa in septentrione: nam poli quasi mundi uertices cardines: quoniam a zodiaco solisq; ecliptica longe absunt clima frigidissimũ habeant singuli necesse est. CIRcumagunt: uocabuli uim græci exposuit: nam polus a polo quod uerto significat & circumago deriuatur. PIGri: qa & si occidere bootes cũ quatuor signis uidetur neq; tamen totus potest occidere: nam sinistra eius manus circulo arctico conclusa neq; oritur neq; occidit. SARraca bo. i. currus bubulci: antiqui enim rustici: ut inqt Var. primum notarunt quædam i cœlo signa quæ præter alia erant isignia atq; ad aliquem usum culturæ tp̃s designandum conuenire animaduertebantur: ut hæ septem stellæ quas græci: ut Home. αμαξαν uocant: idest plaustra ut propinquum huic signũ bootem nostros eas septem stellas boues & teriones ide septentriones uocasse: & φ ita sitæ ternæ stellæ proximæ irer se trigona: idest triquetram figuram faciant. BOOtes. est qui & arctophylas dicitur. Ruffus Festus i arato. Arctophylax siue ut ueteres cecinere bootes. habet autem stellas in dextera manu quatuor quæ nõ occidunt: unde & pigri dixisse uideri potest nisi dixerit pigri φ i pauco ambitu tantũ consumat temporis quantũ in maximo multæ altæ stellæ: quem uero hunc esse poetæ finxerint & higinius & multi alii tradiderunt. VINum φ succida nolit lana pati: quæ dicatur lana succida Var. exponit tonsuræ tempus inqt inter equinoctium uernum & solsticium cum sudare icœperunt oues: a quo sudore recens lana succida tõsa appellata est tonsas recentes eodem die pungunt uino & oleo nec nõ admixta cæra alba & adipe suillo. hoc ergo dicit tam tibi uile aponitur uinũ: ut ne oues quidem lauari paterentur. DE conuiua corybanta uidebis utrum: ut Probus φ si malo uino mentes turbantur quomodo lana tincta mutatur: an certe uidebis corybanta: idest seruorum contumeliis furentem perinde ac si ex corybantibus unus sit corybantas multi eos dixere quos & curetas & cabiros & idæos dactylos & thelchines nominarunt. alii pusillas iter hos fecere differentias. Ita apud Platonem in simposio exponunt κορυβαντιῶντον. interpraetes idest insana furiosa saltatione bacchantibus. RUBra: sanguinea unde & corybanta dixit. MAPpa. mantili.

Pugna saguntina feruet cõmissa lagœna.
Ipse capillato diffusum consule potat
Calcatamq; tenet bellis socialibus uuam:
Cardiaco nunq̃ cyathum missurus amico
Cras bibet albanis aliqd de montibus: aut de
Setinis: cuius patriam: titulumq; senectus
Deleuit multa ueteris fuligine testæ:

MAN. Saguntus ¶SAGUntina lagœna: fictili uase Martialis enim ait li. ultimo. Quæ nõ sollicitus teneat seruetq; minister. Sume saguntino pocula ficta luto. Saguntus autem urbs sita est ultra tiberim in radicibus montis qui hispanos a celtiberis diuidit circiter mille passus distans ab mari cuius icolæ & copia terrestrium fructuum & multitudinis icremento: & uirtute militari cæteris hispaniæ populis præstant auctor est Polybius li. iii. CAPillato cousule: idest intonso & antiquissimo: Ouid. i fasto. Hoc apud itonsos nomen habebat auos. De tonsura autem latius diximus satyra quarta ibi. s. Barbato imponere regi. BELlis socialibus:

Sociale Iulio Cæsare & Martio philippo cõsulibus ut scribit Florus de bello sociali & Liuius libro. lxx. Marcus Liui. Drusus tribunus plebis ut maioris uiribus senatus causam susceptã tueret socios & italicos populos spe ciuitatis romanæ sollicitauit: iisq; adiuuantibus per uim legibus agrariis frumentariisq; latis legemq; iudicialem tulit: ut æqua parte iudicia penes senatũ & æquestrem ordinem essent. Cum ide promissa sociis ciuitatis præstari nõ posset irati italici defectionem cœperunt agitare. Propter quæ Liuius drusus etiam senatui inuisus factus uelut socialis belli auctor icertum a quo domi occisus est. Idem Liuius superiori libro narrat φ cum senatus ipotentiam æquestris ordinis i iudiciis exercendis ferre nollet: omni ui niti cœpit: ut ad se iudicia transferentur sustinẽte causam. M. Liuio Druso trib. plæb. &c. Id apposui ut senatus causa aperiretur. CARdiaco καρδια cor significat. Inde cardiacus qui cordis molestiam patitur & dolorem: cui quidem optimum uinum moderi solet.

Cardia cardiacus Albana uina Setina uina CARdiaco nunquam legitur item cardiaco cyathum non porrecturus amico. ALBanis montibus. Plinius libro decimo quarto scri. Albanas uuas prædulces ac raras in austero. ibi etiam ait φ Diuus Augustus. Setinum prætulit cunctis. Est autem Setia in monte sita pontinas paludes despectans. hinc Martia. ait. Pendula pontinos despectat setia campos.

DONA.

¶ SAGVntum:hispaniæ terram mittebat:unde pocula fiebant saguntina. Martialis ficta sagūtino cymbia ma la luto:alibi. Septenaria sinthesis sagunti. CApillato consule:id est antiquissimo consule:nam antiqui intonsi dice bantur. Ouidius & caput intonsum nomē habebat auos. VVAm calcatam bellis socialibus:& hoc quod sequi tur primi excogitauimus in interpretationem huius loci:ut multa alia:sed Fidentinus surripit & pro suis recitat: uinnm opimianum intelligit Iuuenalis:nam Lucio opimio consule cū Gracchus tribunus plebis interemptus est: Temperies quædam fuit quæ coctura dicitur tanta uini fertilitate & præstantia:ut quæ eo anno diffusa sunt in ducentesimum fuerint seruata:redacta in speciem mellis:ut Plinius scribit:id uinum a Martiale multis epigrā matis celebratur:idem uinum celebrat Cice. & anitianum:Anno aūt Opimii Liuius Drusus auctor fuit belli so cialis:quo socio italici noīs romani a patribus defecerunt:idem bellū dictum marsicū quoniā defectionis initiū a marsis sumptum ē. Drusus senatui inuisus incertū a quo domi occisus ē:hic laborauit Comitiali morbo uinūq; opimianum diffusum est tempore bellorū socialium:idest belli marsici: auctores Plutarchus: Liuius. Stra. Pli. TENet uuam:potat uinum opimianū. GARdiaco:amico cardiaci cordis dolore laborant:quo morbo si pe rierint cor cremari non potest:ut scri. Pli. iis eosdem auctore medetur uinū optimum:propterea dicebat Caius Censius prætor Chium uinū in domū suam illatum fuisse tū primum cū sibi cardiaco medicus dedisset:& hoc a nobis acceptum dissimulat Fidentinus. DE albanis mōtibus. uinū albanū intelligit prædulce & ex prædulcibus uuis:ut scri. Pli. Mar. hoc de Cæsareis mitis uindemia cellis misit iuleo:quæ sibi monte placet. DE setinis: nam Setinum primā laudem obtinuit inter uina iudicio Augusti:ut scrib. Pli. Sillius ipsius mensis seposta Lyæi setia: meminit item Stra. plura diximus in cōmentariis Marti.

MER. fictile Sagūtinū Vinum opimianū Bellum sociale cardiacus uita cardiaci Setinum uinum.

¶ SANGVtina lagena. fictili saguntino. Nam figulinis olim nobilitata fuit saguntus hispaniæ ciuitas. & nostris temporibus saguntina uasa cōmendantur: quæ quod uilia forent conuiuiis apponebantur:nullo adhibito custo de. Martia. Quæ non sollicitus teneat:seruetq; minister Sume saguntino pocula facta luto. IPSe capillato dif fu. con. de uino opimiano existimamus hic intelligi:nam anno urbis. dcxxxiii. lucio opimio consule bonitas mi rabilis fuit in uino cæli temperie & solis coctura: quod a consulis nomine opimianum dictum est: nec miretur quispiam fuisse ea uina temporibus Iuuenalis. Cum fere ducenti anni excessissent quando hoc uini genus tempo ribus plinii duraret:iam uino in speciem mellis asperi redacto. BELlis socialibus:sub opimio cōsule quem eun dem capillatum appellat agitata fuit respu. seditione. C. gracchi: & bellum sociale cœptum: auctore Pediano. VVAm. pro uino uuam dixit imitatus Horatium qui ait. Cecubum & prælo domitā caleno tu bibes uuam. CARdiaco cyatum amico. laboranti cardiaco morbo qui ex nimia imbecillitate corporis: & languente sto macho sudore nimio nascitur:sed imbecillitati succurritur uino q̄ nō sit austerum:sed meracum:nam uino i sto macho contento calor cōtinetur:hæc Celsus. Seneca aūt in epistolis sic ait. Bibare & sudare uita cardiaci est. CRAs bibet alb. aliquid de montibus. albanū uinum signat de quo Martialis. Hæc de cæsareis mitis uinde mia prælis Misit iuleo quæ sibi mōte placent. DE Setinis:hoc est setinum uinū quod diuus augustus cūctis prætulit auctore Plinio. Fit autem Setia urbe campaniæ. Martialis. Pendula pontinos quæ spectat setia cam pos Exigua uetulos misit ab urbe cados.

VAL.

¶ PVGna saguntina feruet commissa lagoena:idest saguntino uino uel certe saguntino uase ac per hoc fictili:q̄ saguntino luto uasa fingerentur. Martialis. Quæ non solicitus teneat seruetq; minister. Sume sagūtino poculo fa cta luto:saguntus a zacintho dicta:ut Lactantius in. iii. ad Probum uolumine:relinquo īquit eam partem lybiæ quæ græcis urbibus plena est:ad hispanias transgredior:nonne saguntum græci ex insula zacyntho profecti con diderunt:& oppidum tartesson quod nunc uocatur carteia iones græci homines locasse referuntur. LAGoe na:uase:ut columella omnis spurcicia cum spumis eximatur quæ decocta cum iam crassa fuerit q̄ defrutum refri geretur & bene picatis lagoenis condatur. IPSE capillato diffusum consule potat:capillatum arguit inquit pro bus mollioris uitæ capillato intonso:ut mitra crinemq; madentem:aut proprium est nomen:per hoc autem ue tus uinum significat:sic Horatius:diffusum consule planco:nisi q̄ Pli. antiquior enim inquit illa est sed incerta eius ætas quæ capillata dicitur:quoniam uestalium uirginum capillus ad eam defert. CALcatamq; tenet bellis socialibus uuam:idest uinum periphrasticos. Bellis socialibus:quæ inter latinos & ro manos gesta sunt:in quibus strenua opera sicut multorum:ita metelli in primis fuit:sed hoc apud appianum quisq; legerit aut socialia pro ser uilibus posuit:nam & cum socii multi a romanis defecere uasa fregere & absumpsere pene omnia: unde Hor. Spartacum si qua potuit uagantem fallere testa:& latenter mea quidem sententia romanas detestatur delitias: quas sociale:seruile:& ciuile bellum frangere non potuit:cum etiam tum quæ erant ad humanos usus exhibita animalia monere uiderentur:ut cauerent canes siquidem equi:asini:mulli:boues:& quæq; alia huiusmodi peco ra repente efferata domesticæq; lenitatis oblita relictis tectis libera:ut ferunt uagabantur & omnem non modo eorum quos nunq̄ uiderant:uerum etiam dominorum accessum auersabantur:non sine exitio occurrentis: si quis ex proximo loco urgeret. CARdiaco nunq̄ cyatum missurus amico:cardiaco ægroto. Priscianus in posses siuis:alia inquit ex morbis:ut cardiacus ἀπὸ τῆς καρδίας idest a corde deductum nomen:at qui nouimus cor nullam omnino pulsationem sine animalium interitu sustinere:cardiacum uero morbum frequenter esse cura tum:proinde siquis nominis præsumptione inductus cor pulsari hoc morbo credat:fallitur quippe q̄ illam passi onē nō cordis sed stomachi eē cōstat:& a corde nomē habere:q̄d ne cor attingat periculū fit:q̄obrē uinum lene minimeq; austerum huic morbo conuenire arbitrantur:ut stomachum reconciliet:& Pli. at uero cardiacis i mā ma læua merum in spongia imponi prodest:ad omnia autem maxime album inueterascens. CYAthum mis surus: uel pusillum uas neutiquam ad amicum miserit: cyathus enim:ut Plinius scribit: pendet drachmas de cem. CVIus patriam titulumq; senectus deluit. inscribuntur enim in lagoenis in testis uinariis loca & tempo ra uini. FVLigine. nigrore situ.

Quale coronati thrasea heluidiusq; solebāt
Brutorū & cassi natalibus:ipse capaces
Heliadum crustas & inæquales beryllos

MAN. ¶TRASea.is & Heluidius erant brutorum æmuli qui patriam liberam a tyrannis reddiderat. Tacitus libro uicesimo sic ait. Heluidius priscus regione italiæ tarracinæ municipio cluuio patre qui ordinem primi pili duxisset ingenium illustre altioribus studiis iuuenis admodum dedit:non ut plæriq; ut nomine magnifico segne ocium uelaret:sed quo firmior aduersus fortuita rēpublicam capesseret:doctores sapientiæ secutus est:qui sola bona quæ honesta:mala tantum quæ turpia:nobilitatem cæteraq; extra animum neq; bonis neq; malis annumerant. Quæstorius adhuc a peto thrasea gener delectus e moribus soceri nihil æque ac libertatem hausit. Ciuis senator maritus gener amicus cunctis uitæ officiis æquabilis:opum contemptor recti peruicax constans aduersus metus. Erant quibus appetentior famæ uideretur:quando etiam sapientibus cupido gloriæ nouissima exuitur. Ruina soceri in exilium pulsus ut Galbæ principatu rediit Marcellum Eprium delatorem Thraseæ accusare aggreditur &c. Postea subdit: deniq; constantia fortitudine Catonibus & Brutis æquaretur Heluidius &c. De thrasea item libro. xvi. scribit Tacitus neronē thraseæ infensum fuisse q; ille senatu egressus est quum de Agrippina referretur:quodq; iuuenilium ludicro parum expectabilem operam præbuerat:eaq; offensio altius penetrabat quia idem thrasea patauii unde ortus erat ludis cæsticis a Troiano Antenore institutis habitu tragico cecinerat:die quoq; quo prætor Antistius ob proba i Neronem composita ad mortem damnabatur mitiora censuit:obtinuitq;:& quum diuini honores popeæ decernerentur sponte absens funeri non interfuit. &c. Inde subdit Tacitus Capitonem Cosutianum Thraseæ inimicum Neroni dixisse. Frustra Cassium amouisti si gliscere & uigere brutorum æmulos passurus es &c. Subiicit quoq; Tacitus Thraseæ datum esse mortis arbitrium:quodq; Heluidius gener italia pelleretur:q; item ad Thraseam in hortis agentem quæstor consulis missus est. Thraseæ uero Domitius Cecilianus ex intimis amicis quid senatus censuisset exposuerat. Tum progressus in porticum illic a quæstore reperitur lætitiæ propior:quia Heluidium generum suum italia tantum arceri cognouerat. Accepto dehinc senatusconsulto Heluidium & Demetrium cynicæ institutionis doctorem in cubiculum induxit:porrectis utriusq; brachiis:uenis postq̄ cruorem effudit humum superspargens propius uocato quæstore libemus inquit ioui liberatori &c. Placet præterea eaq; q; i Domitiani inuidiam Thraseæ & Heluidii meminerit Iuuenalis. Nam Suetonio teste iunium rusticum necari iusserat:quoniam peti Thraseæ:& Heluidii laudes ediderat:appellabatq; eos sanctissimos. CORonati Valerius libro secundo de institutis antiquis ubi de ciuitate Spartana meminit:scribit primos Ionas unguenti coronarūq; in conuiuio dandarum & secundæ mensæ ponendæ consuetudinem haud parua luxuriæ irritamēta repperisse.

Heluidius

Thrasea

Thrasea

BRVtorum:Iunius enim Brutus reges expulerat. Decius uero Brutus cum Cassio sororis eius marito & aliis coniuratis iulium Cæsarem occiderat studio libertatis. HELiadum crustas:uasa quæ ex electro cauabantur significat:ferunt enim heliadas sorores phaetontis fratris interitum tandiu deplorasse:ut mortuæ omnes in alnos tandem arbores lachrymantes adhuc conuerterentur:easq; lachrymas a celtis ipsis: qui ea circunhabitant loca sæpenumero emungi cum in aureum uertantur electrum:& tanq̄ lapides durescant:quod & Dionysius scribit. Hælios præterea sol dicitur:Inde heliades solis filiæ:ex electro autem calices fiebāt. De quo lege Pli. li. xxxiii. c. v. ubi inuenies etiam q; omni auro argentum inest:sed ubicunq; q̄nta argenti portio est. Electrū uocatur. Cuius natura est ad lucernarū lumina clarius argento splēdere. INæquales beryllos india gignit raro alibi reptos poliuntur oēs sexangula figura artificum ingeniis quoniam hebescūt ni color repcussu angulorū excitet:aliter enim politi nō haberent fulgorē eundē. Probatissimi sunt ex iis q uiriditatē puri maris imitant. Indi mire gaudent lōgitudine eorū solosq; gemmarū eē prædicant:qui carere auro malint:& ob id pforatos elephantorū setis religāt: Quidam & angulosos putant statim nasci:& perforatos gratiores fieri medulla candoris exempta &c. Auctor est Pli. lib. xxxvii. c. xii. Inæquales ergo Iuuenalis ait propter angulos ut dictum ē. IPSE capaces:ordo ē ipse uirro tenet capaces heliadum crustas & inæquales beryllos appositio phialas.

Heliades

Hellos

Electrum

Beryllus

DOMI. ¶TRAsea heluidiusq; bibebant. Heluidiusq; priscus autore Tacito ex patre qui ordinem primipilarem duxit ingenium illustre altioribus studiis accōmodauit secutus dogmata stoicorum:gener a Peto thrasea patauino delectus est:qui ex eius moribus nihil tam sumpsit q̄ libertatis studium. Thrasea pereunte coniuratione pisoniana uel stoliditate Neronis qui eum interfecit quod tristioris uultus erat:ut Tranquillus scribit:ipse in exilium ē missus. Galba uero ad imperium euecto reuersus Heluidius Marcellum delatorem thraseæ soceri accusauit:hii ergo duo Heluidius & thrasea Brutorum æmuli fuerunt intuenda libertate: hæc Cornelius Tacitus de Thrasea:frustra Cassium admonuisti si gliscere & uigere brutorum æmulos passurus es:cum autem dies natalis celebrabatur:antiqui coronati sutilibus coronis optima hauriebant uina:sed historia hæc inserta est a Iuuenale non tam ut bonum designaret uinum q̄ in Domitiani inuidiam:ut scribit Tranquillus Iunium rusticum necari iussit quoniam peti thraseæ & Heluidii laudes ediderat: appellatq; eos sanctissimos:præterea eadem de causa philosophos omnes ab urbe expulit & Heluidium Heluidii filium sustulit: BRVtorum:antiqui scilicet qui reges eiecit:& alterius qui interfecit Cæsarem uterq; libertatis studio.

MER. ¶THRAsea:petus thrasea patauii oriundus repugnans neroni: uariis accusatus criminibus fuit: ut Tacitus scribit: q; scilicet e senatu egressus esset:cum de agrippina referretur:& q; iuuenilium ludicro parum expectabilem operam præbuerat: & q; die: quo prætor Antistitus ob probra in Neronem composita damnabatur mitiora censuit:præmente cosutiano capitone. quippe qui diceret:ut quondam. C. Cæsarem:&. M. Catonem. Ita tunc Neronem & thraseam auidam discordiarum ciuitatem loqui: tandem accepto senatusconsulto:quo Eluidius gener italia tantum arcebatur:utrunq; brachium ad secandas uenas præbuit. Eluidius autem e municipio tarentino clauio patre: qui ordinem primipili duxisset:ingenium illustre altioribus studiis iuuenis admodū de

Eluidius

dit. Quæstorius uir a peto trasea gener delectus est: e moribus soceri nihil æque ad libertatem hausit. Ruina soceri in exiliū pulsus Galbæ principatu rediit. Natales merito brutorum & cassii colebant: utpote assertorum libertatis romanæ. ELiadum crustas: electrum signat eliades post ictum iouis telo fratrem: præ gemitu & dolore in arbores stillantes electrū conuersæ fuerunt. Ouidius. Deque ramis electra fluunt: quæ lucidus amnis excipit: & nuribus mittit gestanda latinis. INæquales beryllos: beryllus gemma est: quæ ab indis mittitur semperque berylli sexangula figura artificum ingeniis poliuntur quoniam hebescunt: nisi color repercussu angulorū excitetur. Unde merito inæquales eos appellauit. PRAEclara illic lau. iaspis: iaspis uiridis gēma interpretatur: auctore Plini. cuius species. xvi. traduntur quarum una est stellata rutilis punctis ad quam allusisse mihi uidetur Vir. Cum dixit. Sellatus iaspide fulua ensis erat: ergo ex Virgiliano colore dixit. Præclara illic laudatur iaspis. Electrum Beryllus Iaspis

¶ QVAle coronati: in conuiuiis: nam moris fuit antiqui festis diebus & in conuiuiis caput sertis uincire. TRAsea heluidiusque: heluidius priscus regione italiæ tarracinæ municipio duuio patre qui ordinem primipili duxerat ingenium illustre altioribus studiis iuuenis admodum dedit: non ut plerique ut nomine magnifico segne ocium uallaret: sed quo firmior aduersus fortuita & rēpu. capesseret: doctores sapiētiæ secutus est: qui sola bona quæ honesta putarunt: mala tantum quæ turpia: nobilitatem: cæteraque extra animum neque bonis malis annumerauit quæstorius adhuc a peto trasea gener delectus e moribus soceri nihil æque ac libertatem hausit. cuius senator gener: amicus cunctis uitæ officiis æqualibus opum contemptor: recti peruicax: constans aduersus metus erat quibus appetentior fame uideretur: quin etiam sapientibus cupido gloriæ nouissima exuitur hæc de heluidio prisco tacitus in historia: qui heluidius post damnationem: ut inquit Probus soceri peti traseæ interdicta sibi italia apolloniam concessit: sed post interfectum neronem restitutus a galba non aliter q̄ libero ciuitatis statu egit: hic tamē industrius fuit. ut cum sub nerone achaiam quæstor administraret: ciuitates quædam quas non adierat inclamaret αἰκιζεῖν πρέπτον. hic postea uespasianum ita studio libertatis offendit: ut putaret id optāte auunculo claudio pristinum libertatis statum posse reuocari: quo nomine reus ac præter spem absolutus est: sed trasea a nerone in senatu de nece matris agente: cum quasi patricidam damnans e curia se proripuisset: etiam ex urbe discessisset, accusatus crimine maiestatis defendi se noluit: seccandasque uenas pbuit: conuersusque ad demetrium cynicū nōne tibi libare uideor Ioui liberatori: atque singulis amicis oscula offerens exanimatus est. BIBebant brutorum & cassii natalibus: utpote & ipsi libertatis uindices: sicut bruti duo & Cassius. Bruti enim qui iunius est dictus opera ob Lucretiæ per uim illatum stupri dedecus a Tarquinio Tarquinii regis superbi filio rex ipse regno pulsus est: in hetruriamque cum scelesta coniuge & filiis fuga perrexit anno regi trigesimoquinto: ab urbe uero condita ducentesimo quadragesimoquarto: ac depulsis hoc pacto regibus sub consulibus annuo imperio regnari cœptum est: alter uero brutus cui decio nomen fuit cum casio. Iulium cæsarem in senatu pugionibus aggressi humi affixerunt: necique ad postremum dedere pristinæ libertatis amore cōmoti. NATalibus: quia quotiens brutorum: & Cassii natales dies redibant solēnia festa celebrabant. IPSE capaces heliadum crustas: succina dicit uasa q̄ ex electro quæ phætontis sorores electra desudent quæ heliades ἀπὸ τοῦ ἡλίου idest a sole dictæ sunt: in quibusdam est beliadum: & ita legit Probus ut ad illud alludat Virgilianum. Impleuitque mero pateram quam belus & omnes a bello soliti nisi sit beliadum a bello amne syriæ ubi primo compertum fuisse uitrum Pli. scribit. HELiadum: crustas fœminino genere crusta ligni aut gelu aut similis rei nominatur. Vir. in georgicis. Concrescūt subitæ currenti in flumine crustæ: neutro autem genere edulium aliquod significat ut ipse alibi. Nos colaphum incutimus labenti crustula seruo. Vir. in vii. æne. orbem fatalis crusti. Hor. pueris dant crustula blandi doctores elementa uelint ut discere prima. ET Inæquales beryllos: inæqualem reddentes pateram: ē autem beryllos gēma. Claudianus. Berillo paries & iaspide lubrica surgunt limina.

Virro tenet phialas tibi nō cōmittit aurum:
Vel si qn̄ datur custos affixus ibidem cos
Qui nūeret gēmas. unguesque obseruet adun
Da ueniā: præclara illic laudatur iaspis
Nā uirro ut multi gēmas ad pocula trāsfert
A digitis: quas in uaginæ fronte solebat
Ponere zelotypo iuuenis prælatus hiarbæ

¶ PHIAlas: phialia uasa quoque designat uini aut aquæ capacia: quibus i mēsa utimur ut scribit pollux. DA ueniam: si custos affigit ibi. LAspis: uiret & sæpe trāslucet iaspis: plurimæ ferunt eā gentes: optima q̄ purpuræ quicq̄ habet: secūda q̄ rosæ: tertia q̄ smaragdi ē & stellata rutilis pūctis. Pli. li. xxxvii. c. xx. VIRro ita legitur in antiquis codicibus. AD pocula gemmas. Martia. etiā ait li. ultimo. Gemmatū scythicis ut luce at ignibus aurum: Aspice quot digitos exuit iste calix. Pli. itē li. xxxiii. c. i. ait. Nec hoc fuit satis turba gemmarum potamus: & smaragdis teximus calices. VAGInæ fronte. i. capulo. ZELotypo: suspicioso: ζῆλος amor & emulatio dicitur. τύπος forma, figura. IVVenis: æneas: quem Dido hiarbæ regi libyæ præposuerat: ut libro. iiii. ænei. habetur. Ubi de ænea dixit. Stellatus iaspide fulua ensis erat. MAN. Phiala Iaspis Zelotipus ζῆλος τύπος Vatinius

¶ VIRRO tenet phialas: phiale uasa potoria ex eo genere auri fiebant quod electrum appellant. i. ubi quinta argenti portio est: quod scribit Plinius ex eo calicem sacrauit Helena in templo Mineruæ lyndiæ: erant autem phialæ propter emblema tantæ æstimationis: ut una duarum unciarum uenient uiginti: quam phyteas fecit: in cuius emblemate erant Vlyxes & Diomedes palladium surripientes electrum: item notissimum est: quod succinum appellamus id fluit ex populis. Mar. de phyala ex electro. Vera minus flauo radiant electra metallo. VEra electra: idest. succinum quod fluit ex populis minus lucet hac phiala: inferebatur autem beryllus potissimum qui chrystalli coloris est sed crassioris: de hoc Martialis: Et fœlix niueum postula uincit ebur. hoc genus lapilli inseri poculis scribit Strabo in indis maxime. INAEquales beryllos: nam in sexangularem poliebantur fi DOM.

guram:ut repercussu angulorum color excitaretur:legatur igitur hic locus mea quidem sententia hac structura: Virro tenet phialas appositio:capaces idest amplas crustis. Eliadum:electri.i.metalli:& berillos inæquales & ita expressit:ex quibus rebus constaret phiala ex electro scilicet berillis insertis. QVI numeret gemmas: de gemmatis poculis intelligit:nam aureis calicibus gemmas inserere smaragdos præcipue excogitarunt qui scythici dicuntur. Plinius nec hoc fuit satis turba gemmarum potamus & smaragdis teximus calices. Martia. Gemmatum scythicis ut luceat ignibus aurum. Aspice quot digitos exuit iste calix. NVMeret gemmas insertas scilicet in calice. IARbe:hoc ex Virgilio:Stellatus iaspide fulgens ensis:sed ex ea historia omnem intelligit antiquitatem ut suorum temporum mollicIem accuset.

MER. Pocula ℂNAM uir ut mul.gẽ.ad po.transfert a digitis. Hæc pocula gemmata dicebantur. Martialis. Gemmatum scythicis ut luceat ignibus aurum. Ah quotiens digitos exuit iste calix.

VAL. ℂVIRRO tenet phialas:neronem dicit uel quemuis diuitem:fictum enim a poeta uerbum sicuti ab Horatio. Pirria ut uinosa glomos furtiuæ pirria lanæ. PHIalas:pocula quæ plerunq; ex auro conflabantur. Pindarus in Olympiis. φιάλαν ὡσ εἴ τισ χειρὸσ ἑλὼν ἀμπέλου ἔνδον καχλάζοισαν δροσῳ δωρήσε τσινεανια γαμβρῳ προπίνων οἴκοθεν οἴκαδε πάγχρυσον κόρυφαν κτεάνων συμποσίου τέχαριν. Plato quoq; in atlantico. χρυσαῖς φιάλαις ἐκ τοῦ κρατῆρος ἀρυτόμενοι κατὰ τοῦ πυρὸς σπένδοντες. idq; iuuenalis ostendit cum subiungit:tibi non committitur aurum:dicta autem phiala: quasi πιάλα ἀπὸ τοῦ πιεῖν idest a bibendo. VNGues obseruet aduncos:nequid eis se agglutinet. DA Veniã:uerba custodis. ILLIC:in phiala. LAVdetur iaspis:preciosus lapis:Iapsis inquit Plinius de græco in latinum uiridis gemma interpretatur:ias quippe uiride pinasis id quod gẽma ualet:est uero uiridis sicut smaragdus sed crassi coloris. LAVdatur iaspis:species pro genere. IN Vaginæ fronte:in ensis capulo. ZELotypo iuuenis prælatus hiarbæ:æneæ:quem hiarbæ prætulit dido. IN Vaginæ fronte:solebat ponere:Virgilius iaspide fulua Ensis erat tyrioq; ardebat murice lana.

Tu beneuentani sutoris nomen habentem
Siccabis calicem nasorũ quattuor:ac iam
Quassatũ:& rupto poscentẽ sulphura uitro
Si stomachus domini feruet uinoq; ciboq;
Frigidior geticis petitur decocta pruinis.
Nõ eadẽ uobis poni modo uina quærebar
Vos aliam potatis aquã:tibi pocula cursor
Getulus dabit:aut nigri manus ossea mauri
Et cui per mediam nolis occurrere noctem
Cliuosæ ueheris dũ per monumenta latinæ
Flos asiæ ante ipsum precio maiore paratus
Quam fuit & tulli census pugnacis & anci.
Et ne te teneam:romanorum omnia regum
Friuola:quod cũ ita sit:tu getulũ ganymedẽ
Respice cũ sities:nescit tot milibus emptus
Pauperibus miscere puer:sed forma:sed ætas
Digna supercilio:quãdo ad te peruenit ille:
Q̃ ñ uocat⁹ adest calidæ:gelidæq; minister
Quippe indignatur ueteri parere clienti
Quodq; aliqd poscas:et q̃ se stãre recũbas:
Maxima quæq; domus seruis ẽ plena supbis
Ecce alius quãto porrexit murmure panem
Vix fractũ:solidæ iã mucida frustra farinæ.

MAN. ℂBENEuentani sutoris:de Nerone Cornelius ait: apud beneuentum interim consedit:ubi gladiatorũ munus a Vatinio celebre edebat. Vatinius inter fœdissima eius aulæ ostenta fuit sutrinæ alumnus corpore detorto facetiis scurrulibus:primo inter contumelias assumptus dehinc optimi cuiusq; criminatione eo usq; ualuit:ut gratia pecunia ui nocẽdi inter maximos emineret. Beneuentani ergo sutoris idest uatinii:qui fuerat sutor uitrearius ex beneuento:a quo calices uitrei uatinii dicti sunt. SICcabis calicem: Apuleius libro quarto floridorum scribit ita. Sapientis uiri super mensam celebre dictum est:prima inquit cratera ad sitim pertinet:secũda ad hilaritatem:tertia ad uoluptatem:quarta ad insaniam. NASorum quattuor:fiebat enim in Vatiniis poculis nasus longior:unde Martialis ait:libro ulti. uilia sutoris calices monumenta Vatini accipe:sed nasus longior ille fuit. SVLphura:ruptum uitrum sulphuratis permutabatur. Mar. Qui pallentia sulphura fractis permutat uitreis

Vatinii calices

Aqua decocta DECocta:Neronis principis inuentum est decoquere aquam uitroq; demissam in niues refrigerare: ita uoluptas frigoris cõtingit sine uitiis niuis. Plinius scribit li.xxxi.ca.iii. CVRsor:pincerna minister. GETulus niger. Ossea manus.i.dura & sine pulpa per quod etiam grandem ostendit Ouidius in ibim ait: insequar & uultus ossea forma tuos. CLIuosæ.inæqualis De latina uero uia late dictum est in fine saty. primæ. MONumenta:idest sepulchra. Sunt autem alii qui monumenta per u:aliqui monimenta per i dicentes. Mihi tamen per u potius placuerit:dicimus enim documentum a doceo non docimentum:est etiã monumentum plenius q̃ monimentum. Demũ Priscianus li.iiii.de denominatiuis tractans terminatis in en sic ait. Sin a secunda uel tertia i habent correptã: ut moneo mones Monimen:rego regis regimen. Et paulo superius dixerat monui uel monitus monimentum: ostendens ꝑterito actiuo uel participio deriuari. Qua de re arguo a monui monumentum per u a monitus uero monimentum per i dicendum. Verum quia documentũ per u dicimus eodẽ pacto monumẽtum pu censeo ꝓferendum. FLOs asiæ: ut fuit Ganimedes. TVLli pugnacis & anci. Tullus hostilius tertius romanorũ rex fuit romulo ferocior:hinc Maro li.vi.ait. Cui deinde subibit ocia q rumpet patriæ residesq; mouebit tullus in arma uiros:& iam desueta triumphis agmina. Quem iuxta sequitur iactantior ancus:ii autem pauperes fuere. OMnia supple q̃ fuerint. ERIuola:ea sunt ꝓprie uasa fictilia quassata:unde dicta uerba friuola quæ minus sunt fide sub-

Monumenta Monimenta

Tullius hostilius

nixa ut ſcribit Feſtus GETulum ganimedem:nigrum pincernam: SED forma:eſt ei. SVPercilio:grauitate: Supercilia
Maro. Conueniens latio pone ſupercilium.Plinius libro.xi.inquit.Supercilia homini & pariter & alterne mo/
bilia:& in iis pars animi:negamus:an annuimus:hæc maxime indicant: Faſtus ſuperbia:aliubi conceptaculum:
ſed hic ſedem habet:in corde naſcitur:huc ſubit:hic pendet nihil altius ſimul abruptiusq; inuenit in corpore ubi Superbia
ſolitaria eſſet.Philoſophus autem libro primo de animalibus ait:Si ſupercilia in rectum porrigũtur:mollem ſub
eſſe animum indicant. Si iuxta naſum inflexa ſunt:auſterum notant & acerbum. Sed ſi iuxta tempora inflectun/
tur:deriſorem diſſimulatoremq; indicant.Si uero in totum demiſſa:notam inuidiæ habent. CALidæ gelidæq; Supercilia
miniſter:olim enim romani & calidam & frigidam miſcebant.hinc Mar.libro ultimo ait.Frigida nõ deerit cal
da petenti.Sed tu moroſa ludere parce ſiti.Quintilianus præterea libro primo ubi de utilitate declinationis me
minit oſtendit Auguſtum in epiſtolis ad:C.Cæſarem ſcriptis:emendatius calidum dicere maluiſſe q̃ caldum:nõ Calidum
quia id non latinum eſſet:ſed quia eſſet odioſum. VETeri.Vili.nouis enim clientibus ut allicerentur blanditiæ
fiebant. ALIVs:miniſter ſcilicet. VIX:cum labore.

¶ TV BEneuentani:calices uitrei Vatini dicti ſunt non tam q; unus ut puto Vatinius fuerit opifex eorum q̃ DOM.
in eius æternam contumeliam:nam Vatinius temporibus Neronis cum olim uitrearius fuiſſet:facetiis ſcurrili-
bus & bonorum ciuium criminatione ad ſummas opes peruenit:quod ab aliis ꝑtermiſſum:nos ex hiſtoria Cor
nelii Taciti obſeruauimus:& Fidentinus præceptoris calliditate inſtructus pro ſua recitat. Sed inuento noſtro
inuidens per ignorantiam ſubdit pro opifice uaſorum:non memini me legiſſe:non audis ſtultiſſime : quod ait:
Sutrine Alumnus:quid illud eſt:niſi quod fuerit ſutor uitriarius:& furtum tuum & ignorantiam prodidiſti im/
pudentiſſime Plagiarie:nam tu putas alumnum tabernæ ſutrinæ dici Vatinium:quoniam ſit educatus. Corneli
us de Nerone:apud beneuentum interim conſedit:ubi gladiatorium munus a Vatinio celebre edebatur. Vati/
nius inter fœdiſſima eius aulæ oſtenta fuit Sutrini alũnus:corpore detorto.Facetiis ſcurrilibus.primo inter con
tumelias aſſumptus:de hinc optimi cuiuſq; criminatione:eo uſq; ualuit:ut gratia:pecunia:ui nocendi:inter maxi
mos emineret.Martialis alludens ad diſtortum corpus:uilia ſutoris calices monumenta uatini Accipe:ſed naſus
longior ille fuit. VITro rupto:nam uitrum ruptum ſulphuratis permutabatur Martialis.Qui palentia ſulphu
rata fractis permũtat uitreis alibi.Quæ ſulphurato nolit empta ramento:Vatiniorum proxeneta fractorum:
Papinius.Quiq; comminutis permutat uitreis gregale ſulphur. DECocta:refrigerare docuit nero:qui allata ſi
bi paluſtri aqua ingemiſcens:quod proprio careret inuento.hæc eſt inquit decocta Neronis:niuibus autem ꝑ/
colata & attenuata gratior erat Plinius:Decoquunt alias quas mox & illas hyemant.plura in Martialem dixi/
mus. CLIVoſæ latinæ : nã in latina ſepeliebantur mortui:quorum nunc umbram eſſe timeres. GELidæ cali
dæq; miniſter:huic miniſtro negocium erat miſcere calidam & gelidam urceis:quos miniſtratorios appellabant
de quibus Martia.Frigida non deerit calda petenti:Sed tu moroſa ludere parce ſiti.

¶ TV BEneuentani ſutoris nomen habentem Siccabis calicem naſorum quattuor.Beneuentanum ſutorem
uatinium intellige:de quo hæc Tacitus.Beneuenti nero conſedit:ubi gladiatorium munus Vatinio celebre ede MER.
batur.Vatinius inter fœdiſſima neronis aulæ oſtenta fuit ſutrinæ tabernæ alumnus:corpore detorto : facetiis Vatinii
ſcurrilibus.De uatinii calicibus Martialis.Vilia ſutoris calices monumenta uatini Accipe:ſed naſus grandior ille calices
fuit.ergo pro naſi magnitudine calices Vatinii patebant. RVPto po.ſulphu.uitro.hoc eſt ſulphuratis permutã Mutatio
dus erat calix hic confractus.Nam uitrea uaſa confracta:aut permutabantur:aut minimo emebantur:quam rẽ Vatinior.
ſignificat Martialis his uerſibus.Qui pallentia ſulphurata fractis permũtat uitreis.Et alibi uatiniorum proſone Decocta
ta fractorum.Statius in ſiluis.Quiq; comminutis permutat uitreis gregale ſulphur. DECocta pruinis.neronis Aqua cali
principis inuẽtum fuiſſe ſcribit Pli.Decoquere aquam ultroq; demiſſam in niuem refrigerare.Seneca.Sitio:utrũ da & frigi
hoc aqua ſit.quam de lacu proximo excepero:an ea quam multa niue cluſero:ut rigore refrigeret alieno: ad na/ da
turam nihil pertinet:hoc idem Martialis hoc diſticho notat.Non potare niuem:ſed aquam potare rigẽtem: De Auguſtus
niue.commenta eſt ingenioſa ſitis.Legimus tamen apud comicos & tragicos priſcos græcos olim aquam calidã Calda pro
bibiſſe:quam rem etiam Plato in prima politiarum ſignat: CALidæ gelidæq; miniſter:ueteres Romani aquã calida
calidam & frigidam ſimul miſcebant:habebantq; urceolos miniſtratorum ad huiuſmodi officium præparatos
Martialis.Frigida non deſit non deerit calda petenti Sed tu moroſa ludere parce ſiti.Illud addimus. Quintilia/
no auctore auguſtum cæſarem primum caldam dixiſſe pro calidam.

¶ TV BEneuentani ſutoris nomen habentem.Siccabis calicem naſorum quattuor:uatinius dictus eſt ſutor VAL.
quidam beneuentanus ingenti naſo.Vnde calices uatiniani dicebantur qui erant deformes.Martialis. Vilia ſu/
toris calicem monumenta uatini Accipe:ſed naſus longior ille fuit. ET Rupto poſcentem ſulphura uitro.Pro/
bus exponit:quia ut ſolent uitrũ ſolidare.i.maltare.Plinius uitrum inquit ſulphuri incoctum feruminat in lapi/
dẽ:quidã exiſtimãt de permutatione intelligi teſtimonio innixi.Martia.pallentia ſulphurata fractis permutat ui
treis.& Statii.quiq; cõminutis:permutat uitreis gregale ſulphur: FRIgidior geticis petitur decocta pruinis:an
niuatam aquam dicit:uel q̃cunq; & cõcoctã:poſt uero frigidatã. NON eadẽ uobis poni modo uina quærebat:
ordo eſt quærebat mõ uobis poni uina non eadem:ſubaudi quæ domino:nunc autem quæror uos non eadem
aquam potare. TIBi po.curſor getulus dabit:qui e gætulia aphricæ regione romam uenit. MANus oſſea:ag/
greſtis dura.ut os eſſe exiſtimes:aut certe oſſea:quam tu putes extincti eſſe hominis.cuius præter os omnia con
tabuerint:& quoniam umbrarum imago:nigra perhibetur:oſſeam manum mauri dixit.ſic Ouidius in ibim.In
ſequar & uultus oſſea forma tuos. CLIuoſæ ueheris dum per monumenta laninæ quia ibi plurima ſunt monu
menta. FLOs aſiæ:de aſia uenuſtus puer. ANTe ipſum:ſubaudiendum eſt dominũ & deeſt:ſtat. QVAM
fuit & tulli pugnacis & anci.qui romanorum reges pauperes fuiſſe dicuntur:ſed pugnaces:utrum tulli:qui ad bel
la fuit promptiſſimus:& Romulo animoſior:albam ſubegit.an anci pugnacis:q; martius appellatus ſit uir & pa

ce & bello clarissimus. ET NE teneam te romanorum omnia regum friuola. Tarquinium superbum dicit regum romanorum ultimum flagitiis suis ex urbe in exilium pulsum a bruto potissimum:& Valerio publicola: cui coniunctus erat. OMNia regum friuola: παρὰ προσδοκιαν dictum cum cæteros laudauerit. FRIVola:ut Festus inquit:sunt uasa fictilia quassata:unde dicta uerba friuola:quæ minus sunt fidei subnixa:eadem ratione:quæ sunt non recte gesta friuola dici possunt. TV getu.ganymedem respice:cum sities:aphrum elegãtis formæ puerum:qualis ganymedes fuit regis troos & caliroes filius:quem aquilæ ministerio in cœlum rapuisse iouem & sibi pincernam delegisse Homerum secuti plæriq͂ scripserunt. Mœrentem autem troum patrem iuppiter equis immortalibus summæq͂ celeritatis donauit:placuitq͂ Homeri testimonio in eo hymno quem de Veneris laudibus scripsit. GETulum ganymedem:ganymedem idest impuberem puerum:getulum e getulia:utpote qui sole sit exustus. PAVperibus miscere puer:miscere potum exhibere:ita ueteres locuti sunt: unde illud qui raptus ab alite sacra Miscet amatori pocula grata suo:& hic loquẽdi modus e græcis effluxit: apud quos κίρναν dicitur Homerus λἐνδαιθ ὅτεπερτ γερουσιοῦαι θοπ αοίμον αργειῶν οιαριςοι ενικρητηρσι κερονται. CALidæ gelidæq͂ minister:ut portantes calidam ministros:& subauditur aquæ. Quintiliani hæc sunt ad uerbum in primo institutionum oratoriarum. Augustus quoq͂ in epistolis ad Cæsarem scriptis:emendatius calidum dicere:quam caldum mauult:non quia id non sit latinum:sed quia sit odiosum:& ut ipse græco uerbo significauit περιέργον atq͂ hanc quidam ορτοέπειάν solam putant quam ego minime excludo.ego ut proprietatem inquirendam ita inter hæc differentiam esse hanc semper arbitratus sum:ut sit calidum sponte nullo extrinsecus calorem suggerente:ut ignis:ut spiritus noster qui corpus animat.caldum uero aliunde quomodo locutus Pedianus est:corpus nudum caldatum:sicut in lecto erat positum:ut uulnera uideri possent:in forum delatum:nec me præterit hæc confundi solere ab auctoribus. QVOdq͂ aliquid poscas indignatur. VIX fra.frangibilem tam solidus est. FRVsta mu.mucoris lanuginem habentia. SOLidæ farinæ:ex qua nondum excussi sunt furfures:aut periphrasticos panem significat.

Quæ genuinũ agitent nõ admittẽtia morsũ
Sed tener:& niueus:molliq͂ siligine factus
Seruatur domino:dexrtã cohibere memẽto
Salua sit artocopi reuerentia:finge tamen te
Improbulum:supest illic qui ponere cogat
Vix tu consuetis audax conuiua

VMN.
Genuinus
Siligo

℃ GENuinum:Genuinus dens est a genis dependens ut scribit Festus. SILigine:silligo nunquam maturescit pariter:nec ulla segetum minus dilationem patitur propter teneritatem:semper rectã habet spicam:nec rorem continet.qui rubiginem faciat: Ex aphrica dulcissimus panis:ipsa spissior q̃ far & maior spica eadem & ponderosior far sine arista est:item Siligo Plinius libro decimooctauo capitulo decimo.

Artocop'
αρτό-
κοπόϲ

MOLli siligine:mollẽ appellat propter eius teneritatem:de qua iam diximus. ARTOcopi. Artocopi in antiquissimis codicibus legi non aliter. Dices igitur Artocopi.i.panis cum labore facti:αρτοσ eni panis dicit̃ ροποσ labor. Nec pro aliquo accipitur hic nisi pro ipso pane:qm̃ obsequitur:superest illic qui põere cogat. Licet cõfector panis græce dicatur ἀρτοκόποσ & ἀρτοποιοσ. Superius etiã dixerat. Sed tener & niueus molliq͂ siligine factus seruatur dño. SALua reuerẽtia:ea quidem tum salua erit:quum panis ille nisi a domino tactus fuerit. IMProbulum:importunum dictus autem improbus:ꝙ etiam instet prohibenti. VIX tu cõsuetis. Vix supple dignus es dispensator inquit. CANistris consuetis.i.consueto pane.

DOM.

℃ SILigine: Plinius ex Siligine laudatissimus panis pistrinarum quoq͂ opera laudatissima præcellit ĩ italia: si campana piscis nate misceatur. ARTocopi:artocopus ab ἀρτοσ dicitur quod significat panem & κοποσ laborẽ inde omnes artocopum pro pistore acceperunt:ego uero pro genere panis intelligo:nam cum Plinius ostrearios artolaganos:Ipensicos:furnaceos:porticos:multosq͂ præterea nominasset. Addit multa esse præterea eorũ nomina. hæc sentẽtia mihi probatur:ut Iuuena.s.derideat.& delitias & excogitatas panis appellationes.

MER.
Genuinus
Siligineus'
Siligo
artocopus
streptitius
panis
Artolaganus
panis
artoptitius
panis
Artopta
Furnacius
panis

℃ GENuinum agitent. Genuinus dens est in extrema nascens gingiua:post decimum nonum annũ:quẽ græci σφρονιστηρα appellãt. MOLliq͂ filigine factus:hũc panẽ ꝑcipue cõmẽdat Sene.in epi.his uerbis. Malum panem inquis:expecta:bonus fiet.etiã illũ tenerũ tibi & siligineũ fames reddet:quem item panẽ: Plinius & ipse laudat. De siligine hæc scribens. Siligo uero nunq̃ maturescit pariter:nec ulla segetum minus dilationem patitur. propter teneritatem iis quæ maturauere granum dimittẽtibus:sed minus quã cætera frumenta in stipula periclitat̃:qm̃ semper habet rectã spicã:nec rorem cõtinet:qui rubiginẽ faciat. ARTocopi reuerentia: cõfectores panis ἀρτοποιοι græce dicunt̃. Quos Plato in gorgia artocopos appellauit:sed ab artocopo:nequaquã is dictus est panis:quem Plinius artopticiũ uocet:ad quod confirmandum ipsius scriptoris subiecta uerba explanabimus. Genera panis uaria persequi supuacuũ uidet̃:alia sub obsoniis appellata:ut ostrearii:alia a delitiis.ut Artolagani:alia a festinatione:ut Streptitii. Nec non a coquendi ratione:ut furnatii uel artoptitii:ut in clibanis cocti:quæ de his panis generibus apud græcos scriptores legerim dicenda sunt. Streptitius panis modico cõspergitur lacte:adiiciunt alii piper & olei parum:quod si oleũ non habuerint:adipem imponunt. In eum uero panem: quem artolaganũ uocãt:parũ uini cũ pipere & adipe:uel oleo modico immittit̃. Artolagani panis meminit Cice.in episto.ad.L.Petum. Dediscendæ tibi sunt sportellæ & artolagani tui.artoptitius uero panis ex frumẽto duriore cõficit̃:torreturq͂ in artopta:uñ & nomẽ:est.n.artopta:ut Iulius pollux scribit.instrumentum artocopi.in quo panes torrebant̃:id quod ex interpretatione dictionis cognosci potest. Nam αρτοσ panis:ὀπτω uero torreo:uel asso dicit̃:nec nos moueat ꝙ Plautus in aulularia coquũ inducat utendã artoptã a uicino petentem: qñ Atrei Capitonis sñia tostũ panẽ coquos lautioribus coq̃re solitos certũ sit:ergo a coquẽdi ratione artoptiti' panis dicitur:similiter & furnatius & clibanicius:qui molliore fermento gaudent. Nã in furnis coctus panis furna-

cius appellatur. In clibanis uero clibanitius: hæc ex latinis & græcis scriptoribus sumpta annotauimus.

¶ QVAE genuinum agitent: dentem interiorem sic dictũ quod cum hoie: generef: & cum ipso intereat. MOL VAL.
liq; siligine factus. Plinius naturalis historiæ libro. xyiii. siligine inqt lautissimus panis pistrinarumq; opera laudatissima pcellit in italia: & quæ sequuntur. nascitur aũt siligo: nõ fit: ut quidã arbitrati sunt: ut nõ multo post. Idẽ siligo inquit nunq̃ maturescit pariter: nec ulla segetum minus dilationem patitur pp teneritatẽ: hisq; quæ maturauere protinus granũ dimittẽtibus: sed minus q̃ cætera frumẽta in stipula periclitantur: quoniã semp rectã hẽt spicã: nec rorẽ continet: qui rubiginẽ faciat. SALua sit: artoptæ reuerentia: artoptæ pistoris: uel uasis quo panis coquitur: ut Probus inqt: & artoptæ in codibus emendatissimis non artocopi scribitur: sicut a multis legitur: ut sit artopta ab artos. i. panis deriuatum uerbum. Plautus in aulularia. Ego hic artoptam ex proximo utendã peto qui tñ uersus an Plauti sit Pli. subdubitare uisus est. ubi inquit artoptam Plau. appellat in fabula quam aululariam inscripsit: magna ob id cõcertatiõe eruditoꝵ an uersus poetæ sit illius. SVPerest il. qui pest. VIX tu. sed ĩ aliis cõperio scriptum uis: ut secũda sit psona a uolo uerbo anormalo. VIX tu confue. uerba sunt increpantis serui.

Impleri: panisq; tui nouisse colorem:
Scilicet hoc fuerat: ppter quod sæpe relicta
Cõiuge per mõtẽ aduersũ gelidasq; cucurri
Exquilias: fremeret sæua cũ grãdĩ ne uernus
Iuppiter: & multo stillaret penula nimbo:
Aspice q̃ longo distinguat pectore lancem
Quæ fertur dño squilla: & qb9 undiq; sæpta
Asparagis: qua despiciat conuiuia cauda
Dũ uenit excelsis manibus sublata ministri:
Sed tibi dimidio constrictus gãmarus ouo
Ponitur exigua feralis cœna patella:
Ipse uenafrano piscem perfundit: at hic qui
Pallidus affertur misero tibi caulis olebit

¶ SCILicet hoc fuerat. Cliẽtis & parasiti respõsum. MAN.
HOC ut male cœnarem: ut oprobria reciperẽ. EXquilias. De exquiliis uideto satyra tertia exquilias dictumq; petũt ab uimine collem. FREmeret: strideret. VERnus iuppiter: aquosus uẽtosusq; aer: iuppiter. n. ut Var. scri. aer dicitur & cælũ. ASPice q̃ lõgo: poetæ uerba: diuitũ gulæ luxum: Clientũq; miseriam ostendentis. DIStendat: impleat. SQVilla: de hoc Squilla
pisce multa Philosophus li. iiii. de aĩalibus scri. Meminit itẽ Pli. li. ix. c. xli. ubi ẽt squilla nõ scylla legit. Et Cice. in li. de na. deo. sic ait. Pina uero: sic. n. græce dicit: duabus grãdibus patula cõchis cũ parua squilla q̃si societatẽ coit cõparãdi cibi. Et Hor. saty. viii. li. ii. affert squillas inter murena natãtes in patina porrecta. Pli. itẽ li. ii. epistola ad Gallã sic ait: Mare nõ sane pciosis piscibus abundat: soleas tamẽ & squillas optimas egerit. At Mar: li. xiii. sic. Cæruleus nos lyris amat: quem sylua maricæ protegit: hinc Scyllæ maxima turba sumus. ASPAragis: Asparagi cumino addito ĩflationes stomachi colliq; discutiũt. Ventrẽ leniter molliunt: pectoris & spinæ doloribus intestinorũq; uitiis prosunt uenerẽ stimulant: urinam cient utilissime: præterq̃ q uesicã exulcerant: hæc & plura Pli. FERalis cœna. exitialis cammari siquidem stomacho nocent: & capitis dolorem inducunt: sunt enim difficilis digestionis. Si negas experire. OVO: cammari enim mixtis ouis friguntur etiam hodie. VENafrano: laudes habet olei totus maxime uenafranus ager planis finitimus aruis: ut scribit Strabo libro quinto de campania loquens. Scylla Asparagi Venafri oleum DOM.

¶ PENula: uestis erat sup tunicã: ea scortea f ebat. i. ex pellibus aduersus imbres. Martia. Ad subitas nunq̃ scortea desit aquas. Varro. nõ quærenda est homini penula: qui hẽt uirtutẽ imbri oppositam: eadem ex lana appula texebatur: ut scribit Plinius: fiebat itẽ penula gausapina: quæ hyeme sumebatur uillosa & candida. SQVilla: inter pisces testatos numeratur: estq; ex genere locustaꝵ: quod Plinius ostendit. Cicero squillã paruã dixit ad huius differentiã: quã magnam designat Iuuenalis. CAVda: nã in squilla & locusta cauda potissimum expetitur: fuisse autem lautæ gulæ uel Suidas indicat: qui scribit Aperitiũ eo potissimum cibi genere bona cõsumpsisse: & eius auiditate in lybiam nauigasse: græci κάραβιλασ squillas. Plinius interptatur ex Aristotele meam dictionẽ accipiens: nam ubi Aristoteles scribit genera piscium crusta operta: ut locustæ & carides more quadrupedum retro mingentium coeunt. Plinius ita ait: reliqua mollium ut canes coeunt. itẽ Locustæ & squillæ. ASParagis scilicet altilibus: nã duplex est: ut pli. scri. siluestris. s. qui sponte nascitur & altilis: qui cultu excrescit. plinius siluestres fecerat. Vt qsq; demeteret passim. Ecce altiles spectant asparagi: paulo post. Heu pdiga gulæ. GAMmarus: inter locustas uilis saporis ppterea opponit Squillæ eiusdẽ generis: ad hellespõtũ & circa taxũ magna copia prouenit. ut scri. Aristo. Mar. Cõcolor in nr̃a gãmare lãce rubes. DIMidio. o. Nã dimidiatis ouis & salsamenta & q dam pisces cõdiebant in cœna paupis. Mar. diuisis cibũ latebis ouis: alibi. Secta coronabũt rutatos oua lacertos

¶ QVAE fertur domino squilla. piscis est squilla: quam pinnæ adhærere Cicero & Pli. scribunt. & Martia. distichon hoc de squillis scri. Cæruleus nos lyris amat: quẽ sylua maricæ Protegit: hinc sqllæ maxima turba sum9. Squillæ & Gammari qui colorẽ atq; speciẽ scire desiderat. is legat. iiii. librũ Aristotelis de animalibus: DImidio ponatur gammarus ouo: gammarus uilissimus habebat. Mart. Immodici tibi flaua tegunt chrysendeta muli. Concolor in nostra gammare lance rubes. Columella quoq; gammarum in piscinas ad maiores pisces alendos obiici iubet. græca est dictio κααμορδικα ρίζον σινοσ καιντω ρο μάιων ουτωσ καουνται: hoc est gammari locustarum genus. sic a Romanis appellatur. præterea plinius aconiti radicem gammaro marino similem dicit esse. FERalis cœna: quæ sacris feralibus diis manibus offerri solebat. de qua in fastis. Tegula porrectis satis est uellata coronis: Et sparsæ fruges paruaq; mica solis. Inq; mero mollita ceres. uiolæq; solutæ. Hæc habeat media tecta relicta uia. FERalia sacra diis manibus erant a ferendis epulis. uel a feriendis pecudibus appellata. VENafrano piscem perfundit oliuo. Oleum uenafri natum precio in magno fuit. Martialis. Hoc tibi campani sudabit baccha uenafri Vnguentum: quotiens sumis & istud olet. PALlidus pallescentes caules fasti/ MER. squilla Gãmarus Feralis cœna

dium mouebant:sed nitrum incoquebatur:ut uiriditatē custodiant:id quod præcipitur hoc disticho. Ne tibi pallentes moueāt fastidia caules:Nitrata uiridis brassica fiet aqua.

VAL. ℂ PANis.tui.no.co subaudiendum debes:ut cum indignatione legatur:cui respōdet clicens.s.hoc fuerat:& q̄ sequuntur. GELi.cu.exquilias locū Romæ:uñ exqlina tribus:sicut suburbana.pallatina.collina.pli.teste. FREme.tonitribus consonaret:& uentoꝝ cōflictibus oia misceret. VER.iup.aer uernus:unde & sub diuo dicimus cū Δ í α iouem uocent græci:quē oia esse uoluerunt:ut Vale.soranus.iup.omnipotens regum rexq; deumq; ꝓgenitor genitrixq; deum deus unus & omnes:ꝙ mundus sit iuppiter in mūdo sint omnia:ut Varro exponit.Orpheus quoq; tradit & Aristoteles in libello quem de mundo inscripsit :quem Apuleius pene in latinum uertit: firmioribus ostendit argumentis. MVLto stil.pœnu.ni.pœnula inquit Nonius Marcel.est uestis quam sup tunicam accipimus.Pomponius in paniceatis pœnula in caput indue:ne te noscat:hæc ad arcendas a corpore pluuias fere sumitur.Vnde Hora.facit quod pœnula solstitio cāpestre niualibus auris p brumá tyberis. QVAm lon.pe.q̄tum impleat lancē aut pectore longe porrecta. QVAe ser.do.scil.q̄ græce apios dici a nonnullis creditur.Est aūt stirpis species:ut Aristo.libro primo de uegetantibus & stirpibus:& quædam:inquit:habent unā tm̄ radicem:ut scylla:quia illa nascitur ex solo rato:proceditq; inferne dilatando se:quantoq; magis creuerit:soliq; accesserit:tanto magis augebitur:quia sol surculos elicit:ita etiam apud Nicandrum inuenias in theriacis : sunt qui piscem hoc nomine accipiāt:ut apud Hora.tostis marcentē scyllis recreabis & afra potorē cochlea:& alibi. Affertur scyllas inter murena natantes:in patina porrectas. VNdi.sæ.aspa.a loci asperitate ubi nascit̄:ut Varro inquit asparagus dictus. DESpiciat:quia fertur sublimis. SED ti.dimi.con sti.gā.cuo. ponitur gammarus aquaticum animal:cancri simile:cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur:coctum rubēs unde Martia.Concolor in nostra gammare lance rubes. CONstri.uouo.singularem pro plurali ꝙ multa oua cōtineat sub cauda:nisi quod sunt quidam:qui ouo incoqui piscem credant:eumq; gammarum appellari. FERA. cœna aut modica:aut lugentibus digna.ferale enim exitiale significat.Lucanus.ferale per urbem.Iusticiū latuit plæbeio tectus amictu.Apuleius.rogum demolirent̄:cœná feralem a tumulo ad mensam referrēt. hinc feralia. Oui.in fastis.Hanc quia iusta ferunt dixere feralia lucē.Vltima placādis manibus ista dies. IPSe uena.oleo multum a loco probato.Hora.Præssā uenafrano ꝙ baccha remittit oliuo.& Martia.Hoc tibi campani sudauit baccha uenafri.Vnguentū quotiens sumis & istud olet. OLE.later.frequētius per accusatiuum:ut Terentius.olent unguenta de meo:loquimur q̄ per ablatiuū:ut Ouidi.perq; locos sacros & olentia sulphure fertur.quod ab Ouidio uitiose dictum Diomedes puat:sed inuenimus præter Ouidiū & alios ita locutos:ut Proper.Cur nardo flāmæ non oluere meæ:illud uero Virgilii.Redolentq; thymo fragrantia mella:iungendum nō putat Diomedes ut sit redolent thymo:sed fragrantia thymo redolent:fragrare siquidem cum ablatiuo iungimus casu.

> Laternā:illud eni uestris datur alueolis.qd'
> Cāna micipsarum prora subuexit acuta.
> Propter qd' romæ cū boccare nemo lauatur
> Quod tutos etiam facit a serpentibus atris
> Mullus erit dn̄o:quē misit corsica:uel quem
> Taurominitanæ rupes:qn̄ omne pactum ē:
> Et iam deficit nostrum mare:dū gula sæuit
> Retibus assiduis penitus scrutante macello
> Proxima:nec patitur tyrrenū crescere piscē
> Instruit ergo focum prouincia:sumit' illinc
> Quod captator emat lænas:aurelia uendat

MAN. Mycipsa Cannæ in dicæ. ℂ OLEbit laternā.i.oleū illud in caulibus ad te latis immissum laternæ odorē habebit:quæ pessime olet ibi extincta potissimum candela. ALVeolis:uentriculis. Cāna mycipsarum.i.numidaꝝ.Mycipsa enim Masinissæ filius ibi regū solus obtinuit Manastabale & Gulussa fratribus morbo assumptis:auctor est Sal. in iug.Præterea scribit Mela de india loquens ꝙ arundinum fissa internodia nauitas binos & quædam ternos etiā uehūt.Qui uero scribunt Strabonē referre in aphrica ad cubitos quinos longas crassitudine autē digiti minoris cānas nasci.Secus est Stra.enim li.xvii. ubi de lybia & regno Mycipsæ loqtur sic ait. Nōnulli terrá biferá hēnt:& duas messes faciunt. Culmus est quinū cubitorum longitudine:crassitudine uero par. digiti:hæc ille de culmo itaq; spicæ dixit:nō aūt de cāna aliqua ergo &c. CANna mycipsaꝝ.posuit cannā hoc loco ꝓ naui.allusit.n.ad cannas indicas non ꝙ in aphrica cānæ sint tātæ ut ex eis nauicula fiāt uti ex indicis.Nec etiā intelligēdum est de oleo aphro:ut puto:qm̄ ut scribit Plinius libro.xv.c.ii.Aphrica oleo carebat.Ait enim sic de oleo loquens Vicina bonitas prouinciis.Excæpto aphricæ frugifero solo.Cæteris totum id natura concessit oleum ac uinū:huic inuidit tm̄.satisque gloriæ in messibus fecit.Posses attamen ex iis uerbis intelligere aut ꝙ aphrica oleo careret penitus:aut ꝙ bono oleo careret.Itaq; hoc pacto aphrum oleū pessimū intelligeremus.Aliter uero oleū asaminū:ꝙ in ægypto fit cibis fœdū. Lucernis exile ut scribit pli.xv.c.vii.de oleo fictitio. CVM bacchare.i.cum numida aliquo uel mauro ægyptioue:nam eorum regem pro quocunq; posuit.Vtebant̄ autem in balneis fœtido oleo:de quo iam dictū est.

Corsica Cyrnos Tauromi nium Prouincia COR sica in ligustico mari est corsica:quam græci Cyrnon appellauere:sed tusco propior a septentrione in meridiem proiecta:quod pli.scri.libro tertio.plura tamen meminit Diodorus li.vi. MVLus:de mulis late diximus supra. TAVrominitanæ rupes:Taurominiū oppidum apud Messanam in sicilia ut scribit Strabo libro sexto. olim naxum uocarunt auctor Solino. MACello pro piscatore posuit.Cum locus sit ubi obsonia uendunt̄. INStruit:parat. FOCum:ardentem gulam. PROuincia:extra italiam prouinciæ dicuntur: quia populus Romanus eas prouicit auctore Festo:quod iterum supra ostendimus. AVRelia.diues & orba

DOM. ℂ CANna micipsarum : numidarum : nam post siphacem Masinissam illic regnauit. tum Micipsa qui Cyrrham urbem amplissimam reddidit : ut scribit Strabo. CANna : nam india si melæ & plinio auctoribus cre

dimus. Cannæ sunt arboreæ magnitudinis: quarum internodia lembi & nauiculæ uicem præstant. Sissaminum ut puto oleum designat: quod ut scribit Plinius cibis foedum: & lucernis exile est. meminit Strabo in usu ægypti: indiæ: aphricæ: illud erat. CVM bocchore. Bocchoris rex ægypti fuit & numidiæ ut scribũt Diodorus & Solinus: & Tacitus ægyptium regem fuisse ostendit: sed hic pro omnibus numidis & mauris ponitur: qui scilicet more patrio sissamino oleo foetido in balneis utebantur. Liuius. Bocchar ea tempestate rex maurorum erat: hi uersus ut dixi nihil repræhensionis continent: sed tantum sissam. num oleũ designant: quod dabatur clientibus. QVEM misit corsica: nam pisces quibusdam in locis palmam obtinent. ut Coratinus in ægypto: faber gadibus: helops rhodi: salmo in aquitania: mulus ad corsicam insusulam: quæ in ligustico mari est: a græcis Cyrnus dicta: longa sex milibus passuum: distans a uodis uulateranis sexaginta: incolas habet feros: truculenta effigie: unde seruorum gregem ducebant olim romani paruo precio: hæc ex Plinio & Strabone. TAVrominium: colonia in sicilia ad promontorium drepanum: antea naxos dicebatur. Plinius acutissimis rupibus: ut refert Appianus hinc addit Iuuenalis rupes. MACello: foro piscario cuius rationem quere a Varrone. Hortensius quidem & Lucius philippus piscinarum studio tenebantur: ut est apud Varronem. Plinium. Macrobium: sed hic gulam non uillarum: aut piscinarum luxum carpit. PROuincia: mare prouinciæ externæ ut siciliæ & aphricæ & britanniæ. LENas: temporibus Cæsaris. Lenas item Neronis & Claudii temporibus damnatus est auctore Tacito: q; prouinciam Sardiniam: cui præfuerat: spoliasset: hic pro auaro captatore põitur: ut aurelia pro orba: uidua: diuite: cui multa mitterentur munera: utrũq; nomen est temporum Iuuenalis: ut Gallita & pactius.

¶ CANna micipsarum prora subuexit acuta: cannam hic pro nauicula ponit. Nam Mella & Plinio auctoribus. Cannæ uicem nauigiorum apud aphros præstabãt. Micipsarum autem pro numidis posuit. Nam rex Numidiæ Micipsa fuit populo Romano amicus aherbalis & hyempsalis pater. Oleum enim aphrum præ pinguidine oliuarum uitiosum odorem accipiebat. CVM hoc. nemo la. præ foetore corrupti olei cum hocchare numida mercatore oleario nemo lauari sustinet. TAVrominitanæ rupes. Taurominium in sicilia colonia romana fuit iuxta drepanum: sed a græco taurominita Taurominitanum formauit: sic & Lucanus. Taurominitanam uincunt feruore charybdim. CORsica. insula in mari ligustico quam græci Cyrnam appellauere. PROuincia. quia longe a littore italico piscis capiebatur. LENas & au. nomina captantium hæreditatẽ preciosis muneribus. — MER / Cannæ pro nauiculis / Tauromi nium

¶ LATerna. quod in ipsa ignis lateat inclusus. Martia. Dux laterna uiæ clusis feror aurea flammis. Et tuta ẽ gremio parua lucerna meo. VEStris dat alueolis. Fame multa minoribus factis: alueolis uentriculis. QVod canna micipsarum prora subuexit acuta. canna micipsarũ nauis aphrica. Probus exponit cannam nauẽ eẽ: quæ gandeia dicat: ut sit gandeia micipsarum. i. aphrorũ. gandeiam. n. soli aphri. i. zamei: uel ut alii bizaceni: ut alii barcæ inuenerunt: aut canna uas in quo feratur oleum. Columel. urcei quibus oleũ progeritur cannæ tegetes qbus oliua excipitur: quin & Strabo refert in aphrica ad cubitos quinos longas. crassitudine uero digiti minoris cannas nasci: quare mirum non uidetur: si in eis romã cõportatum oleũ sit. MICipsarũ. i. aphrorũ: quod post siphacem masinissa: post masinissam uero micipsa in aphrica impitauit. CVM bocchare nemo lauat simili aliquo bocchari qui rex in aphrica pestilẽti terræ remediis succurrere conabatur: MVLlus erit do. mullus piscis. Mar. Spirat in adriaco: sed iã piger æquore mullus Lãguescit: uiuũ põdere sortis erit. TAVrominitanæ rupes: q ex taurominio delati Romam sunt: taurominiũ oppidum cõdiderũt zanclæi. NOStrũ mare. thyrrenũ. DVM gula sæuit. i. gulosi & glutones oĩa infestant pisces inquirendo. PENi. scru. macel. i. piscatoribus. macellum locus quo uenalia omnia contracta fuerant: quæ ad uictum humanũ pertinebãt educatusq; locus & appellatum macellum uelut quidam scribunt q; ibi fuerit hortus: alii q; ibi fuerit domus cuiusdam cui cognomẽ erat macellus quæ diruta publice fuit & ædificatum q; ab eo macellum dictum. NEC patit tyrrhenũ crescere piscẽ: in mari tusco progenitum: tyrrhenum mare dictum aut a tyrrheni atys filio: ut Stra. memorat. aut a tyrrhenis nautis quorum Homerus in hymno qui de baccho scribitur meminit. INSTruit: ornat. FOCum prouin. instruit quando in corrupti romam deferri non possunt. QVOd ca emat le. qui his muneribus alienas captabat hæreditates: qđ nomen in fine circũflectitur Prisciano docente: cum noĩatiuum lænatis faciat: ut arpinatis rauenatis & similia. — VAL.

Vironi muræna dat: quæ maxima uenit
Gurgite de siculo: nã dum se continet auster
Dũ sedet: & madidas siccat in carcere pẽnas
Contẽnũt mediã temeraria lina charybdim
Vos anguilla manet longe cognata colubre
Aut glacie aspsus maculis tyberinus: & ipse

¶ MVRena: murenas in sicco littore elapsas uulgus coitu serpẽtium impleri putat: Aristoteles. Mirrinũ uocat marem qui generat: Discrimẽ esse q; murena uaria & infirma sit Myrinus unicolor & robustus dẽtesq; extra os habeat. In Sicilia autem murene optimi saporis capiebantur Pli. scri. lib. ix. Macrobius etiã libro. iii. sic accersebantur autem murene ad piscinas nostræ urbis absq; freto siculo: quod regium a messana respicit: illic. n. optime a pdigis esse credunt. TEmeraria lina: temerarii piscatores. CHArybdim ãn messanam urbem peloro adiunctam carybdis ostenditur profundum quidem immensum: quo inũdationes freti mirumimmodum nauigia detrahunt magnas per circunductiones & uortices præcipitata. Auctor est Strabo lib. sexto. ANGuilla: ea neq; mas neq; foemina est: neq; prolem ex se aliquam potest procreare: ut phũs lib. iiii. de animalibus scri. COGnata: eiusdem generis dicitur uti Fabius lib. i. exponit. GLAcie maculis: pro glaciei: olim nanq; quinti ordinis gtũs etiam in e terminabatur. Oui. lib. iii. met. prima fide uocisq; ratæ tentamina sumpsit. Et lib. vi. utq; fide pignus dextras utriusq; poposcit. fide pro fidei dixit quod etiam Priscianus libro septimo ostendit. TYBerinus: piscis lupus intelligitur: non autem qui inter duos pontes captus esset: nam is præcipuum locum tenebat: Vt late Macrobius meminit lib. iii. ca. de Acipensere hinc addidit poeta aspersum maculis & — MAN. / Murena / Charybdis / Anguilla / Cognata / Fide pro fidei

solitum penetrare cloacas. Nam lupi optimi sine maculis erant. Vnde Columella libro nono capitulo decimoseptimo. De positione piscinæ sic ait. Tum etiam sine macula: nam sunt & uarii: lupos includamus.

DOMI. ℭ MVRena: murenæ anguillis similes: lautæ enim gulæ habebantur: a freto siculo missæ: illic enim adeo sagginantur: ut in summum pelagus emergant: & fluitent: inde plotæ dictæ a græcis ἀπὸ πλέω: quod est nauigo. Flutæ a latinis a fluendo: nam torrefacta pelle sole mergi iterum non possunt: capiunturq; manu: auctores Varro & Macrobius: eadem est eius obiurgatio in gulam: quis neget inquit indomitam ut ait Cecilius. Et uellatam gulam apud illos fuisse: qui ex tam longinquo mari instrumenta luxuriæ compararent. murenarum uiuaria: ut Plinius auctor est priuatim excogitauit Curius: qui triumphalibus cœnis Cæsaris dictatoris septem milia murenarum appendit: & Hortensius murenam in piscina mortuam fleuisse dicitur. Antonia drusi murenæ: quam diligebat in aures addidit. Baulis quo multi conueniebant eius rei fama: excogitatum quoque est damnatos homines inter murenas proiici: ut eorum morsu perirent. SICVlo: nam illic capiebatur: ubi regium a messana oppido Siciliæ despicitur. COLubræ: Vulgus existimat serpentes & angues cum anguillis coire. Plinius id tantum de murenis refert.

MER. De murena. ℭ MVREna datur quæ maxima uenit gurgite de siculo. Murena quocunque mense parit: cum cæteri pisces statuto tempore pariant: uulgus coitu serpentium impleri putat. Licinius autem Macer murenas tantum fœminini sexus esse tradit. Fuste ictæ non interemi. easdem ferula protinus: animamque habere in cauda certum est: eaque icta celerrime exanimari: a capitis ictu difficulter. (Nicander) Nicander tradit captas murenas & in uiuarium demissas: si exierint morsu suo piscatores in mare præcipites agere ex naui uim scilicet earum timentes. (Archelaus) Archelaus in libro de duplici natura. Murenas scribit in terram elapsas serpentibus commisceri. Habent enim dentes serpentibus similes. (Andreas medicus) Ast Andreas medicus falsum hoc dicit. Nam nec murena in terram elabitur: nec serpens in marino littore uersatur: ex murenis maxime probantur: (Flutæ) Auctore Varrone & Columella flutæ: quæ græce plotæ dicuntur. Accersebantur enim ab usque freto siculo ad mensam diuitis. Flutæ uero scribente Macrobio dictæ sunt: quod in summo super nantes sole torrefactæ curuare se posse: & in aquam mergere desinunt: ad quod respexit. Martialis cum dixit. Quæ natat in siculo grandis murena profundo. Non ualet exustam mergere sole cutem. AVT glacie aspersus maculis thyberinus. Quousque melius non inuenero hac in parte contenderim de lupo (Lupus maculosus) pisce intelligi posse: non de eo quem aduersa thyberis aqua fatigatum atque inter duos pontes captum. Cullinarum censores olim preciosissimum dixere: spinertem illum & uarium accipio: quem Columella piscinis includi uetat. Nam non omnis lupus preciosus habebatur. Legimus enim tum apud Varronem: tum apud Columellam (luxuriosũ dictum philippi) luxuriosum dictum & factum. L. Philippi. Nam is forte casini cum apud Minidium hospitem cœnaret: appositumque proximo fluuio lupum degustasset: atque expuisset: improbum factum dicto prosecutus: peream inquit nisi piscem putaui: & ut uerbis Columellæ utar hoc periurium multorum subtiliorem fecit (Lupus tyberinus) gulam: decoctaque & erudita palata fastidire docuit fluuialem lupum: nisi quem thyberis auerso torrente fatigasset. Itaque Terentius Varro. Nullus est inquit hoc sæculo nebulo: ac rinton: cui non iam dicat nihil sua interesse utrum eiusmodi piscibus an ranis: frequens habeat uiuarium. Horatius quoque maiores lupos fastidiri docet & thyberinos: contra: maiorem mulum appeti. Vnde datum sentis lupus hic thyberinus in alto. Captus hiet: pontes ne inter iactatus an amnis Hostia sub tusci: laudes insane trilibrem. Mulum in singula quem minuas pulmenta necesse est. Ducit te species: uide quo pertinet ergo. Proceros odisse lupos: quia iscilicet illis. Maiorem natura modum dedit his breue pondus.

VAL. ℭ MVRena. piscis. QVAE maxima uenit gurgite de siculo: Nam dum se continet auster. Dum sedet. Martialis. Quæ natat in siculo grandis murena profundo. Non ualet exustam mergere sole cutem. ET siccat madidas in carcere pennas: nã & ab humore notus est appellatus: hoc ẽ ἀπὸ τῆς νοτίδος. LINa. idest nautæ: qui ex lino canabeue contorto retibus utuntur. CHArybdim in siculo mari: sed omnem per charybdim in mari accepit æstum pelagi ac fretum: huius genitiuus propter alternitatem effugiendam. charybdis ẽ: nam charybdis esse debuit. LONgæ cognata colubræ quia ex anguis semine nasci dicitur. AVT glacie aspersus maculis thyberinus: utrum in glacie an certe glacie pro glaciei dixit: ut genitiuus ablatiuo par proferatur: ut Salustius in primo historiarum: dubitauit acie pars pro aciei. Virgilius in secundo georgiocon. Libra die somnisque pares: ubi fecerit horas. Ouidius in tertio methamorphoseos. Prima fide uocisque rare tentamina sumpsit: fide pro fidei: idem in sexto. Vtque fide Pignus dextras utriusque poposcit. ET ipse uernula riparum: in ripis thyberis semper residens auerna: qui dicitur ex ancilla nobis dominatus: unde uernaculum omne quod a nobis domestica consuetudine usurpatur. Vnde & sermo uernaculus & lingua uernacula. Cicero in bruto: sed tincta nõ minus multa ridicule dicentem grannius obruebat: nescio quo sapore uernaculo. Varro multa enim uerba litteris cõmutatis sunt interpolata: neque omnis origo est nostræ linguæ e uernaculis uerbis.

Vernula riparũ pinguis torrente cloaca:
Et solitus mediæ cryptã penetrare suburæ
Ipsi pauca uelim facilem si præbeat aurem
Neo petit: modicis quæ mittebantur amicis
A seneca: quæ piso bonus: quæ cotta solebat
Largiri: nãq; & titulis: & fascibus olim
Maior habebatur donandi gloria; solum

MAN. ℭ VERNVla: Alumnus. De uerna autem satyra prima latius. TORente. Fluente. multæ enim in urbe Cloacæ ingentes sunt. CHRypta: Ea (Crypta κρύπτω) dici potest occulta seu absconsa. κρύπτω enim abscõdo dicitur. Inde crypta absconsus & occultus locus & cauernosus. SVBuræ: De hac latius in principio satyræ. iii. IPSi: Virroni scilicet. VELim: Supple dicere. NEmo petit: hæc illi uerba diceret Est autem sensus q; ab ipso non magna dona peteret: nisi ut eadem cœna esset omnibus. Plini. etiam hu

Poscimus: ut cœnes ciuiliter: hoc face & esto:
Esto: ut nūc multi: diues tibi: pauper amicis:
Anseris ante ipsū magni iecur: anseribus par

iusmodi cœnas uituperat: libro enim secundo epistola uero ad auitum sic ait. Longum est altius repetere: nec refert quemadmodum acciderit: ut homo minime familiaris cœnarent apud quendam: ut sibi uidetur. Lautum & diligentem: ut mihi sordidum simul & sumptuosum. Nam sibi & paucis opima quædam: cæteris uilia & minuta ponebat: uinum etiam paruulis lagūculis in tria genera descripserat: non ut potestas eligendi: sed ne ius esset recusandi. Et aliud sibi & nobis: aliud minoribus amicis: nam gradatim amicos habet: aliud suis nostrisq; libertis & cætera. MODicis: idest caris: uel quia difficile est plures habere amicos qui ueri & fidi sint. A SEneca: is enim diues erat: Vnde Tacitus libro decimoquarto sic ait: hi uariis criminationibus Senecam adoriuntur: tanquam ingentes & priuatim supra modum euectas opes: adhuc augeret: quodq; studia ciuium in se uerteret: hortorum quoque amœnitate & uillarum magnificentia quasi principem supergrederetur & cætera. PISo bonus: Pedianus in oratione contra Lucium Pisonem de. M. Pisone oratore insigni meminit. In oratione uero contra. C. antonium &. L. Catilinam scribit. Cn. Pisonem adolescentem perditum coniurasse cum Catilina ad cædem senatus faciendam. Cicero autem de claris oratoribus de. L. Pisone uiro doctissimo meminit. Item de. M. pisone græcis doctrinis eruditus qui hominum ineptias ac stultitias non ferebat. hic uero intelligendum est de. C. pisone Senecæ socio. Tacitus enim libro decimoquinto sic ait. C. piso Calphurnio genere ortus: ac multas insignesque familias paterna nobilitate complexus claro apud uulgum rumore erat per uirtutem aut species uirtutibus similes. Namque facundiam tuēdis ciuibus exercebat. largitionem aduersus amicos & ignotis quoq; communi sermone & congressu: aderant etiam fortuita: corpus procerum: decora facies. Sed procul grauitas morum aut uoluptatum parsimonia. Lenitati ac magnificentiæ & aliquando luxui indigebat & cætera. In fine uero lib. xiiii. sic ait idem Tacitus. Romanus secretis criminationibus incusauerat Senecam ut. C. pisonis socium & cætera. COTta. Asconius in oratione pro Cornelio scribit fuisse tris cottas fratres qui omnes adepti sunt consulatum. C. autem cotta magnus orator habitus & cōpar in ea gloria. P. Sulpitio. & C. Cæsari: Cicero uero de claris oratoribus scribit. L. Cottam prætorium in mediocrium oratorum numero habitum esse. Caius autem cotta dicebat pure ac solute: nihil erat in eius oratione nisi sincerum atque sanum & cætera. TITulis: honoribus. FAScibus: consulatibus: præturis & huiusmodi dignitatibus. DONandi gloria: Salustius etiam in Catilinam de Romanis inquit magisq; dandis q̄ accipiendis beneficiis amicitias parabant. Et philosophus libro quarto ethicorum ait q; ipsius uirtutis est beneficia potius conferre q̄ suscipere. CIViliter: idest communiter & communibus epulis: ESTo diues tibi: idest nil dones, nisi cœnam communem tibi & amicis. PAVper amicis: philosophus libro quarto ethicorum ait. At uero facile non est liberalem diuitem esse. Et libro octauo inquit amicitiam in communicatione societateq; cōsistere. ANseris iecur: Pli. libro decimo de iecore anseris sic ait: fartilibus in magnā amplitudinē crescit. Exemptum quoq; lacte mulso augetur. Nec sine causa in questione est: Quis primus tantū bonū inuenerit Scipio an Metellus uir cōsularis: an. M. sestius eadē ætate eques ro. Mar. li. decimo tertio ait. Aspice q̄ tumeat magno iecur ansere maius. — Cœna diuersa — Senecæ opes — Pisonis — C. Piso — Cotta — Donandi gloria — Amicitia — Anseri

¶ CLOAca: nam tota urbs pensilis erat: cloacis corriuatis septem amnibus a. M. agrippa. sordes urbis in tyberim deferentibus. IPSi pauca uelim: ut ante his: licet ipsum admoneas: A Seneca hūc diuitem & liberalem fuisse Cornelius scribit: pisonem quoq; a galba adoptatum exercuisse largitiones in amicos & ignotos quoque: idē tradit. COTta: huius meminit Horatius. fuit item Aurelius Cotta temporibus Neronis: cui princeps annuam pecuniam instituit: quanuis habitas opes per luxum dissipasset: addit Fidentinus: ut aliquid nostris scriptis: quæ recitat: inferret: Cottam clunicum fuisse: cuius meminerit Martialis: ab oppido hispaniæ clunia: cum apud illum legatur Sote clinici: idest medici: nisi clunicum uelimus intelligere plenis clunibus: qualis est Fidentinus. VT cœnes ciuiliter: idest communibus epulis: eadem est expostulatio. Martialis in ponticum. Cur sine te cœno cum tecum pontice cœnem. Sportula quod non sit prosit: edamus idem. PAVper amicis. Martialis: pauper amicitiæ cum sis lupe: non es amice. IECur anseris: fartilibus in magnam amplitudinem crescit. lacte mulso cum exemptum est augetur: docuit Apitius saginare anseres. Eicocarica & satie extinguere: incertum Scipio an Metellus fuerit. an. M. Sestius eadem ætate: qui iecur anseris optimi saporis esse docuerit: uerba sunt Varronis & a plinio recitata. — DOM.

¶ PINguis torrente cloaca. hæc non abhorrent ab his: quæ de lupo pisce ex lucillio sumpta Macrobius tradit: qui acer & uiolentus poeta ostendit se scire hunc piscem egregii saporis: qui inter duos Pontes captus esset: eumque quasi liguritorem catillonem appellat: scilicet qui proxime ripas stercus insectaretur: proprie autem catillones dicebantur: qui ad pollutum herculis ultimi cum uenirent catillos liguriebant: hæc Macrobius. Ergo catillo lupus proxime ripas stercora insectatus pinguis erat torrente cloaca: per quam publice sordes eluuntur. CRYptam. a uerbo græco κρυπτω. idest occulto & significat subterraneam cauernam. A SENEca quæ piso bonus Senecam & Pisonem in amicos suos: uel liberales fuisse Martia. hoc epigrammate significare uidetur. Atria pisonum stabant cum stemmate toto: Et docti Senecæ ter ueneranda domus. Prætulimus tantis solum te posthume regnis. Pauper eras: sed eques & mihi consul eras: sed & Cornelius tacitus pisonem calphurnium qui auctor coniurationis in neronem fuit: tradit claro apud uulgum rumore fuisse: per uirtutem: aut species uirtutibus similes. Nanque facundiam tuendis ciuibus exercebat: largitionem aduersus amicos: in ignotos quoque cōmuni sermone & congressu. ANSeris ante ipsum magni iecur: nouere prisci Romani anseres bonitate iecoris: quod fartilibus in magnam amplitudinem crescit: exemptum quoque lacte ac mulso augetur. Atq; in questione — MER. — Catillo — Crypta — Piso — Iecur Anseris

fuit. Scipio an Metellus uir consularis: an Marcus sextius eques Romanus prior inuenerit: de iecinore anseris: hæc Mar. Aspice qua tumeat magno iecur ansere maius. Miratus dices hoc rogo creuit ubi. Anseribus par alti, lis: q̄q̄ proprie quicquid domi ad saginam alitur altile dicatur: tamen hæc in parte gallinam altilem intellexerim: quæ olim lege fania in cœnis utebatur: hoc enim caput erat legis: nequid proponeretur: præter unam gallinam: quæ non esset altilis. Tertulianus in apologetico saginatam appellat: quam altilem alii in cœnam iubebant leges nec amplius quam unam inferri gallinam: & eam non saginatam. Hæ sane aues: quæ conuiuio comparant: quã tum ex uerbis Senecæ colligimus: ut immotæ facile pinguescant in obscuro continentur: de quibus Martialis. Pascitur & dulci facilis gallina farina. Pascitur & tenebris: ingeniosa gula est.

Altilis
Gallina
Tertulia- nus

VAL.

¶ PINguis torrente cloaca: idest qui per urbis cuniculos ad sterquilinia usq; penetrans sordibus in limo sagina tur: dictæ autem cloacæ a colluendo: q urbem immunditiis purgent. Plautus uero per stomachum immundæ ue tulæ aluum in curculione cloacam nominat: age effunde hoc cito in barathrum propere prolue cloacã. CRY, ptam penetrare suburræ a κρυπτ[illegible]: idest oculo cryptam. IPSI subaudiendum uirroni. PAVca uelim: deest dicere. AMIcis modicis: pauperibus: aut certe temperatis. A SEneca quæ piso bonus: sensus est: non posco eq dem: ut tam munificus uirro: uti Seneca cotta: piso suos amicos accipiat: quando quidem donandi ea consuetu, do iam aboleuit: sed ut ciuili ritu uictitet & cætera. A SEneca: anneus seneca propter ingentes opes: animique mores excultissimos neronis inuidiam meruit: haud dubie cito periturus: nisi septyscum simulasset. & ut Taci, tus scribit: cum non potuisset impetrare: ut Neroni opes quas in eius imperii exordiis fuerat assecutus cunctas re legaret: prioris tamen potentiæ instituta commutauit: prohibuit: ut minus opprimeretur inuidia: salutantium cœtus: uitauit comitatus. rarus per urbem quasi ualitudine infesta aut sapientiæ studiis attineretur: & ut scribit quidam: præ nimio studio quasi tabe cõfectus erat. hic ut inquit Probus sub Claudio quasi conscius adulterorum iuliæ germanici filiæ in corsicam relegatus post triennium reuocatus est: qui & si magno desiderio athenas intẽ deret: ab agrippina tamen erudiendo neroni in palatium adductus sæuum immanemq; natum & sensit cito: & mitigauit: inter familiares solitus dicere non fore sæuo illi leoni quin gustato semel hominis cruore ingenita re, deat sæuitia: huic postremo q habitus esset inter conscios coniurationis pisonianæ nero per tribunum ultimam necessitatem denũciauit: hic interritus amicorum animos: quibus iam eius casus lachrymas exciuerat ad firmitu dinem reuocauit: rogitans ubi præcepta sapientiæ: ubi tot per annos meditata ratio aduersum imminentia: cui præterea ignara fuerit neronis sæuitia: neq; aliud superesse post matrem fratremq; interfectos: q̄ ut educatoris præceptorisq; necem addiceret: deinde sibi uenas præsecans: crurumq; uenas abrumpens & durante tractu len, titudineq; mortis hausto ueneno: & postremo calidæ aquæ stagnum introiens exanimatus est. QVAE piso bonus: piso Calphurnius: ut Probus inquit: antiqua familia scenico habitu tragœdias actitauit in latrunculorũ iussa tam perfectus & callidus ut ad eum latentem concurreretur ob hæc insinuatus. C. Cæsari repente etiam re legatus est: q consuetudinem pristinæ uxoris abductæ sibi ab ipso deinde remissæ repetita esse existimabatur: mox sub Claudio restitutus: & post consulatum materna hæreditate ditatus magnificentissime uixit: meritus subleuare inopes ex utroq; ordine solitus: de plæbe uero certos quotquor annis ad equestrem censum dignita- tem prouehere. QVAE contra sole. lar. de hoc ipse alibi quis tibi mecœnas: quis nũc erit aut proculeius: aut fa bius: quis contra. iterum quis lentulus alter. ET fa. quibuscunq; uel clarissimis dignitatibus q lictores cum uir, earum fascibus præcedentes dignitatem illius ostentarent. quẽ ea longo ordine anteibant. HOC fa. paragoge pathos: licet ueterum consuetudine: ut analogia exigebat: dictum uideri posse uideatur. ESTo ut nunc mul. di. ti. pau. ami. schema παρὰ ὑπόνοιαν. ANSeribus par. alti. altilis ab alo: q domi diligenter alatur. est enim alti, lis ut gallina: capus & similes: q̄ domi aluntur uolucres.

Altilis. & flaui dignus ferro meleagri
Fumat aper. post hũc radunt tubera: si uer
Tunc erit. & facient optata tonitrua cœnas
Maiores. tibi habe frumentũ alledius inquit
Olybia. disiunge boues. dum tubera mittas.
Structorem interea. ne qua indignatio desit
Saltantem spectas. et chironomonta uolãti

MAN.
Altilis
Gallina

¶ ALTilis: gallina intelligitur: quæ ad saginam ale- batur: de qua Martialis ait. Pascitur & dulci facilis gal lina farina. Pascitur & tenebris: ingeniosa gula est. Sed quo pacto Gallinæ saginentur: legito Var- ronem libro tertio: Et Columellam libro nono.

Flauus
Color
Aper me- leagri
Meleager
Tubera
Aphricæ
Fertilitas
Lybiæ fer titas
χεὶρ
νόμος
Chirono- mon

FLAVI: Flauus color uidetur ex uiridi & ruffo & albo concretus. Verba sunt Frontonis apud Gel lium libro secundo capitulo uigesimosexto. ME- leagri: indignata Diana in agrum calidoniæ aprum ingentem omniaque uastantem immiserat: ad quem occidendum Meleager Oenei filius multos insignes iuuenes aduocauit: De quo latius in metamorphosi habetur. TVBera: Plinius libro decimonono scri- bit: q tubera nascuntur locis siccis & sabulosis fruticosisque: laudatissima quæ aphricæ crescunt: quum fue rint imbres autumnales ac tonitrua crebra: tunc nasci dicuntur: & maxime e tonitribus: nec ultra annum durare: tenerrima autem uerno esse. De is Martialis libro decimotertio sic. Rumpimus altricem tenero de uertice terram. Tubera boletis poma secunda sumus. TIBi habe frumentum. Plinius libro quinto de aphri ca sic ait. Libyphœnices uocantur qui Bizantium incolunt: ita appellatur regio. ccl. milia passuum per circui- tum fertilitatis eximiæ: Cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. STRuctorem: parandæ mẽ sæ ministrum & dispensatorem. Virgilius. Cura penum struere & cætera. CHIRonomonta: χεὶρ manus di- citur νόμος lex: In antiquis textibus inueni Chironomonta & Chironomanta: itaque declinabitur chirono

mon:ut leon leontis:uel chironomas:ut diamas diamantis:Chironomos enĩ chironomu apud illos chironomi apud nos faceret genitiuũ.Ponitur autẽ chironomon pro illo:qui ad mensam edenda incidebat certa lege manus. ❡ALTilis:gallina altilis :deliacorum inuento in tãtum uenit luxum:ut lata lege sumptuaria a Fannio.& edictũ sit:ne quid uolucrum apponeretur mensis præter gallinam:quæ altilis nõ esset. FERro meleagri.i.par sui æto lo.Mart.Aetolo de sue diues edat:alibi:Qui diomedeis metuendus setiger agris ætola cecidit cuspide talis erat. Tubera:in aphrica auctore Plinio laudatissima sunt.proueniuntq́ magna copia:si autumno imbres & tonitrua fuerint:tenerrima autem sunt uerno tempore & gratiora:ut idẽ scribit. ATIlius:ut ex antiqui codicis fide le gamus pro guloso hic ponitur:cuius etiã meminit Mart.Tanq̃ habeas tria nomina.i.si uelles loqui quasi tu quoq́ unus esses ex nobilibus:quasi innuat:q́ tantum his qui nobiles sunt loqui liceat:nobilitas enim cognomine agno mine & nomine designabatur:ut Caius Iulius Cæsar.Possidonius scribit cognomen & agnomen mulieribus nõ datum fuisse:ut ita coniungas:si quid tentaueris hiscere tamq̃ tu quoq́ nobilis sis:& habeas tria nomina ut no biles duceris planta:& ponere foris.

Incisiõis mensæ

DOM.

❡DIGnus ferro meleagri fumat aper:satis constat aprum quem irata ceres in agros ætolorum misit a Melea gro confectum.Tum agri capite donatam fuisse amicam. Vnde auunculorum cædes matris dolor:& filii præci pitata mors fuit:hunc autem morem poetæ tenuerunt ut quem aprum commendarent ad meleagri factum al luderent Martialis.Qui diomedeis metuendus setiger agris Aetola cecidit cuspide:talis erat. Et alibi ætolo de sue diues edat. POst hunc raduntur tubera :ut ipsis Plinii uerbis utar.uel maximum miraculum est aliquid na sci:aut uiuere sine ulla radice.Tubera uocantur hæc undiq́:terra circundata:nullisq́ fibris nixa:aut saltem capil lamentis:nec utiq́ extuberante in quo gignuntur loco.aut rima ingerente:neq́ ipsa terræ coherent.Corticæ ẽt includuntur:ut plane nec terram esse possimus dicere:neq́ aliud q̃ terræ callum.Martialis de tuberibus .rumpi mus altricem tenero de uertice terram.Tubera bolletis poma secunda sumus. SI uer tunc erit:eodem auctore constat tubera uerna tenerrima esse. OPTAta tonitrua cœnas maiores:de tuberibus hæc peculiariter tradun tur:cum fuerint imbres autumnales:ac tonitrua crebra tunc nasci.& maxime e tonitribus :nec ultra annum du rare. O Lybia disiunge boues:hoc ideo optabat Aledius:quia laudatissima fuerint aphricæ tubera. STRucto rem:structor cellarius qui instruendæ mensæ curam habebat:ut tradit seruius enarrans illud Virgilianum. Cu ra penum struere. ET chironomonta uolanti cultello:præfectus erat diuitum mẽsæ ad quam(ut Senecæ uer bis rem dicam)alius preciosas aues scindit:& clunes certis ductibus circũferens eruditam manum frustra excu tit infœlix:qui huic uni uiuit:ut altilia decenter secet.nisi quod tam miserior:qui hoc uoluptatis causa docet : q̃ qui necessitatis discit.

MER. Aper ætolus

Tuberes

tubera terræ

Calus chiromõ

❡ET fla.fer.di.meleagri fumat aper.κατ᾽ ἐξοχήν.quod magnitudine is alios anteiret:quem meleager occidis se dicitur:unde & Mar.Et quantum calydon tulisse fertur.Par & purpureis aper capistris. FERro di.meleag . de calydonio apro satis nota est historia:tum per Homerum in nono iliados: tum per multos alios græcos & latinos. FLAui.sic Homerus in secundo iliados. ξανθὲ λεάγροιο μελεάγρος MEleagri.hoc nomen a ue nationis peritia inditum esse existimatur.παρὰ τὸ ἀρὸ εν μελετῆ τῆς ἀγρας εἶναι quod ætoli præ cæteris uena tione oblectarentur. POst hunc ra.tube.quasi solis concessa diuitibus.romani enim in delitiis fuere maximis Martia.Rumpimus altricem summo de uertice terram.Tubera bolletis poma secunda sumus:bolleti siquidẽ summo fuere precio. ET fa.opta.toni.cœnas ma.q́ tonrtrus crepitu e tellure citius erumpant TONItrua dicimus & tonitrus.statius tonitrus agis:& mea fulmina torques. ALE.inquit.luxuriosus aledius seuerus eques romanus: DIsiunge bo. ne ob terræ culturam tubera nasci prohibeas. LIBya.dicta libya quasi libya:idest plu uiis etiam deficiens : Isocrates tamen ab epaphi filia libyam de laudibus busiridis dictam uoluit:licet quidam fabulamentis inducti ferant oceanum duas compressisse nymphas pampholigen & pertenopem:& ex parte nope europam.ex pampholyge uero asiam & libyem habuisse:quæ orbi postea diuiso nomen indiderunt.
STRucto.Dicit gestu & saltatione carnes in conuiuiis concidentem uelut nomochirarium cum cultello qui piam iussus desecare:hinc chironomia:quam Quintilianus gestus legem interpretatus est. Sane chyro pe nultima per.u.in antiquis scriptum codicibus comperio:ut Lucre.acherunte sub imo dixit: prisciano etiã teste.

VAL.

Cultello:donec pagat dictata magistri
Oia:nec minimo sane discrimine refert
Quo gestu lepores:& quo gallina secetur
Duceris plãta:uelut ictus ab hercule caccus
Et ponere foris:si qd tentaueris unquam
Hiscere:tãq̃ habeas tria noĩa:quãdo ꝓpinat
Virro tibi.sumitq́ tuis contacta labellis
Pocula.qs uestrum temerarius usq́ adeo .qs
Perditus ut dicat regi bibe:plurima sunt.quæ
Non audent hoĩes ꝓtusa dicere læna.
Quadringenta tibi si qs deus.aut similis diis

❡VOlanti cultello.Seneca epistola:xlix.inquit:Ali us preciosas aues scindit:& per pectus:& clunes cer tis ductibus circunferẽs eruditam manum in frusta excutit & plura. DIctata:præcepta: TRIA nomi na.i.tãq̃ nobilis.Nobiles enim notabantur tribus no minibus:prænomine:nomine:& cognomine:ut Ca ius Iulius Cæ. QVAdringenta. sic est in antiquis libris :& ita legendum est:non quadraginta:nã parua eẽt nũmũ copia. QVAdringẽta:oñdit hoc loco nũ moꝶ atq́ diuitiaꝶ grã quẽq́ amatũ iri. SImilis diis: id ẽ heros aliqs.MElior fatis:nã fata fecer̃ te paupe rẽ hõuncio uero diuitẽ:homũcio aũt dixit:qa supius ait Aut similis diis:De heroe ibi intelligẽs.Homũcio hõ homũculus homũcio homul⁹ & homulus facit diminutiua:ut Priscia. edocet li.iii. TREbio .clicti.s. ac pasito. LVserit æneas:ad illud q̃rti æneidos allusit

MAN.

homũcio homulus homulul⁹

Et melior fatis donaret homũcio:quantus
Ex nihilo fieres quantus uirronis amicus:
Da trebio:pone ad trebium:uis frater ab ipsis
Ilibus:o nũmi uobis hunc præstat honorẽ:
Vos estis fratres:dñs tamen:& domini rex
Si uis tu fieri:nullus tibi paruulus aula
Luserit æneas:nec filia dulcior illo
Iucundum & carum sterilis facit uxor amicũ
Sed tua nunc mycale peat licet:& pueros tres
In gremium patris fundat:simul ipse loquaci

ait.n. Dido.si quis mihi paruulus aula luderet æneas
q te tantum ore referret. DVLcior illo.s.Virrõe ca
ptatore. IVcundum & carũ sterilis facit uxor ami/
cũ:hic Mart.li.xi.ad urbicum ait.Dicat pgnantẽ tua
se cosconia tantũ.pallidior fiet iã pariẽte lupus. CA
rum:captatoribus.s. NVnc dum pauperes. LIcet:
Terge mini quis:uel licitum est:utrunq enim hic conuenire põt.
PVEros tres.i.tergeminos:qd quidem haud ẽ inso/
lẽs & inusitatum.Anno enim salutis christianæ. M.
cccc.lxxviii.mense augusti.uelitris mulier quædã ad
huc quidẽ uiuens tris uno partu edidit abortiuos ma
res oẽs triũ mensiũ postea uero secuta sunt: Bellum:
Caritas:pestilentia.Pli.itẽ li.vii.c.iiii.sic ait.Tergemi
nos nasci certum ẽ horatiorũ curatiorũq exẽplo:sed
hoc inter ostẽta adducitur &c.Præterea inqt philoso
phus li.vii.de animalibus in genere humano paucos geminos seruari:si alter mas sit.alter fœmina.Cellius libro
nono capitulo secundo scribit Diuo Augusto imperãte Ancillam eius Augusti in agro laurente peperisse qnq
pueros:eosq pauculos diesuixisse.matrem quoq eorum non multo postq̃ peperit mortuam:monumentumq
ei factum iussu augusti in uia laurentia:inq eo scriptum esse numerum purpureii eius :quem diximus.

DOM. ¶QVO gestu lepores:nam in secandis altilibus ars erat:plinius cum de saginãdis scribit:hinc artes.inquit:culi
narum ut spectentur clunes diuidantur in tergora:& a pede uno dilaceratæ tota repositoria occupent. DA tre/
bio:alter Trebius fuit comes Luculli proconsulis in betica. VOS estis fratres:tẽpora notat:quibus diuites &
iam erant captatores alienæ hereditatis:ut Mart.in Gargilianum.Munera quod senibus uiduisq ingentia mit/
tis .Vis te munificum gargiliane uocem: FIEri dominus & rex:idest si uis ut te colat. CARum amicũ:capta/
toribus. MYchale:urbs ioniæ ut scribunt:Hero.& stra.ubi est panionus: Mychale hic nomen proprium est
uxoris Trebii non concubinæ:nec meretricis .Sensus est:cũ non hẽas pecuniam:nõ offẽdes captatores:si filios
hẽbis. DVLcior illo:uirrõe.s.captatore. PVE.tres:tergeminos uno partu totidẽ.n.põt pere: supra pdigiũ ẽ.

M.ER. Dictata Magistri scindendi obsonii ¶PER agat dictata magistri:dictata erant quæ sumpta de libris ueterum magister pueris præbere cõsueuerat.
Sic Asconius. Quod uerbum in hanc significationem sp accipit Ci.& persius. Ten cirratorum centum dictata
fuisse:Pro nihilo pendas.Dictata aũt dixit:quia(ut scribit Seneca)magistri erant scindẽdi obsonii: QVO ge.
lepo.& gallina secetur non simpliciter:aut rustice in mẽsa diuitis aues scindebant.Sed ut Seneca declamat:in re/
positoria diuitum pectora aium:tota enim uidere fastidium erat.congesta ponebantur.Et plinius in.x de galli
nis scribens.Non omnes ad saginam eliguntur:nec nisi in ceruice pingui cute postea culinarum artes : ut clunes
spectentur:ut diuidantur in tergora.ut a pede uno dilatatæ repositoria occupent. HABeas tria no.sis hõ.triũ
litterarum:hoc est fur:nam uelut fur:& alter caccus abigeris:inuenio ausonium in enumeratione ternarii griphi
scribere tria fuisse nobiliorum nomina:quæ diomedes grammaticus explanat in hunc modum.Prænomen est
Diomedes quod nominibus gentilitiis præponitur:ut.M.Nomen proprium gentilium:idest q originem gentis:uel fami
liæ declarat:ut portius:Cognomẽ quod uniuscuiusq proprium ẽ:& nominibus gentilitiis subiũgitur.ut Cato:
& erunt tria nomina.M.Portius Cato:& erit sensus:tu uelut nobilis qui triplici notatur nomine:& cõtemptui
habetur foras eicieris:si quicq̃ ausus fueris loqui.. PROpinat:post potum tradit:cum prior biberit. AB ipsis
Ilia ilibus:ilia in quarto medicinæ libro tradit celsus inter coxam & pubem imo uentre posita esse.

VAL. ¶DONec pa.dicta.ma omniaquæ a magistro accepit chironomonte:sunt enim dictata quæ a magistris in lu
do litterario pueris de aliquo auctore traduntur interpretamenta:ut perdiscantur:eademq ipsi post paulum ita
reddantur:ut tradita sunt.Hora in epistolis.Hæc ianus summus ab imo.Hæc recinunt iuuenes dictata senesq.
& rursum.Sic iterat uoces & uerba cadentia tollit.Vt puerum sæuo credas dictata magistro.Per. Ten cirrato/
rum centum dictata fuisse pro nihilo pendas.Cice.quoq ad quintum fratrem de caluenti inquit marii oratio/
ne quod scribis:miror placere eidem rescribere: præsertim cum illam nemo lecturus sit:si ego nihil rescripsero
meam in illum pueri omnes tanquam dictata perdiscant Insuetæ igitur perindeq non latinæ lectiones a multis
dicuntur .hinc dictare uerbum q significat auctoris alicuius uerba sensumq excutere.Hora.in secundo episto
larum.Non equidem insector delendaq carmina liui.Esse reor memini quæ plagosum mihi paruo Orbilium
dictare : sed emendata uideri : Idem in primo sermonum.an tua demens Vilibus ludis dictari carmina malis.a
dico autem deriuari certum est. Varro.dico hinc dictata in ludo.hinc dictator magister populi. PERagat di/
ctata magistri.i.gestus quos magister docuit præludii loco habendos: DVCE.plã.ue.ictus ab her.cac.cacci fa
bulam latinorum plærique scriptis tradiderunt.ut iam ominibus sit q̃ notissima. DVce.plã.ue:ictus ab her.cac.
cus ut. Vir.Hic caccum in tenebris incendia uana uomentem:Corripit in nodum complexus & angit inhærens
Elisos oculos:& siccum sanguine guttur Panditur ex tẽplo foribus domus atra reuulsis:Abstractæq boues adiu
ratæq rapinæ Cælo ostenduntur:pedibusq informe cadauer. Protrahitur:educeris igitur. i . protraheris. SI
quid tenta .i.unq̃ hi.i.loqui:proprie autem hiscere:os aperire:cum ab hio hias descendat hiasco facere debuit: si
cut & uerbum itineratiui hiato. TANq̃ ha.tria no. nunq̃ tria nomina more græcorum : qui ut suidas scribit
cum malum hominem uolunt prouerbio significare : unum cappa:cum peiorem duo:cum uero pessimum tria
hẽre dixerũt:unde intelligi uolunt eũ esse cretẽsem:cilica cappadoca:q singularis fuisse ĩprobitatis existimaf:an
tria noia tres gradus positiuũ cõpatiuũ & suplatiuum intelligit:ut ipse locutus uideri põt:alibi scribit triscurria pa

triciorũ:an certe uerborũ ordo ẽ.non ponere foris tanquã hẽas tria noĩa: SED po.fo.ſi tentaueris hiſcere. Tã quã q hẽas tria noĩa:hoc ẽ qui laude iſigni pditus ſis:& oẽ ſingulare nomẽ cõſecutus:quãdo & hic numerus:quia principiũ mediũ & finẽ cõplectit̃:pfectus ẽt a philoſophis & ab ipſo ĩ primis Ariſto.in prĩo de cœlo & mundo eſſe demonſtretur. QVAm propri.uir.ti.hoc ẽ tibi poculũ porrigit:ut bibas:cõpoſitũ.n.uerbum eſt:a πρo. ppoſitione &.πίνω.bibo.Nonius marcellus de doctoꝝ uirorũ indagine propinare inquit a græco tractum eſt pro potum tradere.Mar.qui nulli calicem tuum propinas.Humane facis horne non ſuperbe.Item Plautus in curculione:propino magnum poculum:ille ebibit.Pindarus uero propinare pro eo.quod fere eſt:epulum facere in Olimpiis poſuit cum inquit φιαλαν ἀφνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἑλὼν ἄμπελον ἔνδον καχλάζοισαν δρόσῳ δωρήσεται νεανίᾳ γαμβρῷ προπίνων οἴκοθεν οἴκαδε πάγχρυσον PERTVdi.læna.i.pauperes quorum pertuſa ueſtis eſt. QVAdra.ſubaudiendum ſeſtertia uel talenta. DOna.ho// muni. homullulus. DA tre. trebius peraſiti nomen. FRA.ab ipſis.ut ſi ita dicat uirro. NVLlus ti.par.i au.Iule.æneas:ad illud Virg.alluſit.Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet.Ante fugã ſoboles:ſi quis mihi par// uulus aula Luderet æneas qui te tantum ore referret.NEC fi.dul.il.quia nubit:ac ipſe hæreditatẽ facilius adire ſe poſſe conſideret. SED tua nunc my.nunc q̃ diu pauperes.micale:ut Stra.ſcribit mons ẽ ferarum copiam habens:unde & uideri poteſt.Iuue.trebii uxorem mycalem appellaſſe:quod monſtri loco habẽda ſit.ſi tres uno partu ſit enixa filios:inquit.n.& pueros tres in gremium patris fundat ſimul.Quamq̃ legũtur quæ adhuc multo plures ediderint. IN gre.pa.ne ſibi impoſitum fuiſſe:ac data uerba:ꝙ ſuppoſiti poſſit exiſtimare.

Gaudebit nido:uiridem thoraca iubebit
Afferri:minimaſq; nuces:aſſemq; rogatum
Ad menſam:quoties paraſitus uenerit infans:
Vilibus ancipites fungi ponentur amicis:
Boletus domino:ſed quales claudius edit
Ante illũ uxoris:poſt quem nil amplius edit:
Virro ſibi & reliqs uirronibus illa iubebit
Poma dari:quorũ ſolo paſcaris odore:

¶NIdo.alluſio ẽ ad aues. VIridẽ:thoraca.θώραξ pectus dicitur:hic uero ueſtis eſt:ut apud Suetonium in auguſto:ait enim Thorace laneo & feminalibus & tibialibus muniebatur. MINimaſq; nuces:ideſt corylos. ROgatum.a puero.ſ. VIlibus ancipites. pergit cœnæ uarietatem narrare. ANcipites:periculoſi.Pli.li.xxii.ſcribit ꝙ fungorum tutiſſimi qui rubent callo mox candidi tertium genus ſuillis uenẽis accõmodatiſſimum familias nuper interemere & tota conuiuia Noxii erunt fungi qui in coquẽdo duriores fiunt. BOletus domino.Optimus eſt boletis cibus:ſed immenſo exemplo in crimẽ adductus ueneno tyberio Claudio principi per hanc occaſionem a cõiuge dato Agrippina:Auctor eſt Pli.li.xxii.ubi etiam ſic ſcrib.Claudius ſtomacho utiles putat boletos. MAN. θώραξ Thorax Boletus

¶THOraca:Thorax indumentum pectoris nam θώραξ græce:latine pectus dicitur.id erat uiride in puero. Papinius de glaucia.Semper ad annos texta legens modo puniceo uelabat amictu Nunc herbas imitante ſinu. ANCIPites:inter fungos tutiſſimi ſunt:qui rubẽt.Tertium genus de quo hic loquitur.Suilli dicuntur:uenẽis accommodati:Familiaſq; interemerunt & tota conuiuia aliquando Anneum ſerenum præfectum uigiliũ Neronis:& tribunos & centuriones:tanta eſt uoluptas ancipitis cibi:ut ſcribit Plinius id ẽ periculoſi.Martialis.Sũt tibi boleti:fũgos ego ſumo ſuillos. BOletus optimus quidem eſt cibus auctore.Plinio.ſed imenſo exemplo in crimen adductus:locuſtæ artificio dato ueneno Claudio imperatori:Tacitus ſcribit uenenum infuſum delectabili cibo:Mart.Boletum:qualem Claudius edit edas.POma:cytrea ut puto intelligit:quæ maſſyria & medica dicuntur:nam Martialis de his idẽ ſcribit:aut corcyrei ſunt hæc de frondibus horti Aut hæc maſſyli poma draconis erant:hæc ſunt poma:ut docet Macrobius quæ nunc in delitiis habemus melangola appellantes. DOM.

¶ANCipites fungi:quia plerumq; lætales ſunt inuenti:q̃q̃ magna ſit uoluptas ancipitis cibi:oriuntur ex pituita arborum:hæc plinius. VILibus amicis.infimis.ſic plinius ad auitum.Aliud minoribus amicis. BOLetus domino:boleti nouiſſima gulæ irritamenta fuere auctore plinio ad radices roboris & quercus nati:qui & ipſi temere manduntur:precioſi quõdam habiti.Martialis.Argẽtum atq; aurum facile eſt:lænamq; togamq;.Mittere.boletos mittere difficile eſt:Huncq; opimum cibum comitabatur apparatus:quem boletariam appellaue// runt:de qua idem poeta.Cum mihi boleti dederint tam nobile nomen:Prototomis pudet pudet:heu ſeruio coliculis. SED qualem claudius edit.Agrippina claudio Cæſari marito per occaſionem boleti:quo cibo ualde delectabatur uenenum dedit:quo facto illa terris uenenum alterum:ſibiq; ante omnes:neronem ſuum dedit. MER. Boletus Boletaria Quale uenenum VAL.

¶NIDO:cunabulis:cum tres ſit uno enixa partu nidum cunabula uocauit. VIridem thoraca:tunicam paraſiticam:aut certe quæ manicata humero tantum & pectus ac ſtomacum contegat:cuiuſmodi infantes geſtare moris eſt:ẽt quando thorax turrim & quãdo pectus ſignificet.παρα.τοθεῖον ωρεῖν του τεῖχος φυλάττειν τοΛιανοη τικὸν οεςι νενηιιινθειον. MINimaſq; nuces:auellanas dicit:uel quiduis ſimile. ANcipites:periculoſi. BOletus do.nam romanis id edulium in delitiis fuit.Mar.Argẽtum atq; aurum facile eſt lenãq; togãq; Mittere:boletos mittere difficile eſt.& ruſum idem.Dic mihi quis furor eſt turba ſpectãte uocata Solus boletos ceciliane uoras.Quid dignum tanto uentriq; gulæq; pcabor.boletum qualem claudius edit edas. ANte il. uxo.quo agrippina claudium necauit.POſt quẽ ni.am.edit:nam ut tacitus ſcribit in hiſtoria:cum claudius ob ingentes curas ualitudine aduerſa correptus eſſet:refouẽdiſq; uiribus mollicie cœli ſalubritate aquarũ ſinueſſam perexiſſet:agrippina ſceleris olim certa:& oblatæ occaſionis opera.locuſtam artificem ueneficii poſtea damnatam deligit:eius mulieris ingenio paratum uirus cuius magiſter e ſpadonibus halotus inferre epulas & explorare guſtu ſolitus infuſum delectabili cibo boletorum uenenum:ſed medicaminis nõ intellecta eſt uis:ſocordia ne an claudii uinolẽtia.incertũ ſimul ſolutã aluũ ſubueniſſe uidebat̃:alii iter initia cõſopitũ tradũt:deinde cibo

affluente euomuisse oĩa:igit exterrita agripina xenophontis Medici consciam adhibet: ille tanquã nisus euomentis adiuuaret repetito toxico incertũ pului:ne addito an imisso p clysterem: ut quasi abundantia laboranti subueniret: uel pinnã rapido ueneno illitã faucibus eius dimiserit: multi statim hausto ueneno obmutuisse aiunt excruciatũq; doloribus nocte tota defecisse: agripina uelut dolore uicta & solatia congrens tenet amplexu britãnicum uerã paterni oris effigiẽ appellans: antoniamq; & octauiã sorores eius uariis artibus demorat: uulgabat q; principis ualitudinẽ ire ĩ melius: quoad neronis res cõponunt. & caldæorum monitis futura atentantur imperia: tunc medio diei tertiũ ante idus octobris foribus palatii repente diductis comitante birronero egreditur: ibi monente pfecto festis uocibus exceptus: ferunt quosdã dubitasse ac cogitasse: ubi britãnicus esset mox nullo idi uersum auctore nero imperaror salutatur. VIR. si & re. uir nũ uirronẽ p quocũq; ĩdifferenter diuite posuit: an ĩclinatũ uerbũ a uirro afranio egregiæ quondã famæ militaris. q a claudio asseuerante uxore agripina pfectus regimini cohortiũ fuit. an certe quasi ciuẽ romanũ a ueste noĩauit romanorũ: quã suidas ait birrõ noĩatam: sicut ipse in secũdo huius unguenta poppæana a poppæa noiauit q; illis plurimum usa fuerit. SOLo pasca. odore: q; solo illorum frui tibi odore contingat. PAScaris. oblecteris: sic Vir. Atq; aĩum pictura pascit inani: nam cum odor nulla corpulentia concretus sit. ut Ari. ait. pascere nõ põt. Lucre. tamẽ corpus esse docet cum inquit. Tum porro uarios rerum sentimus odores. Nec tamẽ ad naris uenientis cernimus unquã. Nec calidos æstus tuemur: nec frigora quimus usurpare oculis: nec uoces cernere suemus. Quæ tamẽ oĩa corpora constare necesse ẽ. NAtura: quoniã sensus ĩpellere possum. Tangere. n. & tangi nisi corpus nulla põt res: sed & Aristo. ipse se ambigere ostendit: sit ne odor: fumus: an aer: aut uapor: q oĩa plane corpulenta sunt: quod eiusdem sñiæ contrarium minus acute dispicientibus esse uidet. atq odor ipse qualitas qdã ẽ fumido illi ĩmixta uapori: q ex aliquo corpore egreditur: & ab ea qualitate uapor ipse nomẽ hẽt: q cũ sit corpus: pascere posse certũ ẽ: ergo uerborũ hic sensus eẽ poterit: quorũ solo pascaris odore: pasceris quidẽ & ob ea poma: sed eo odore: q late p aera diffundit: nã eis uesci minime tibi licet. QVAlia ppetuus phæacũ autũnus habebat: ubi rex Alcinous diligẽs cultor hortorum fuit.

> Qualia ppetuus phæacum autumnus hẽbat
> Credere que possis subrepta sororib9 aphris
> Tu scabie fruere mali. quod in aggere rodit
> Qui tegitur parma: & galea metuẽsq; flagelli

MAN. ℂPHEAcum autũnus: Phæaces inquit Mella ppriе illyricos uocãt. Plini. lib. xix. scribitq; antiquitas nihil prius mirata est q & hesperidũ hortos ac Regũ adonis & Alcinoi. SORoribus aphris. In Aetiopia speciosissimũ pomariũ atlanti fuit: in quo nascebantur mala aurea: q hesperides custodiebãt: Aegle herethusa hespetusa & Draco puigil. Quod Lactan. scri. li. ii. the. Dio. itẽ ingt hesperidõ ĩsulas nõ frustra fabulatũ eẽ aurea poma pduxisse: Cũ plurimo auro ditissimæ sint: atq; oĩum pene metallorũ genera pariãt. Pli. aũt li. v. ubi de mauritania scribit: ait portẽtosa græciæ mẽdacia pdita esse de hesperidũ aurifero nemore. Cum nil aliud pter oleastros pduxerint: plura diximus in Buc. egloga qdem sexta. IN aggere: castrorum. s. poma & enim qdam in aggere serebant. hinc Pli. li. xv. c. xiiii. sic ait. De generibus diuersis malorũ: æquæ peregrinæ sunt zinziphа & Tuberes: quæ & ipsa nõ pridẽ uenere in Italiã. Hæc ex aphrica: illa ex Syria. Sex. Papinius quem consulem uidimus: primus utraq; attulit diui augusti nouissimis tẽporibus in castrorũ aggeribus sata: baccis similiora q malis: Sed aggeribus præcipue decora: quoniã & ĩ tecta iã siluæ scandunt: hæc ille. QVI tegit: tyro ĩtelligitur. PARma: clypeo. Dicitur ãt parma: ut Varro scribit: q e medio in oĩs partes par.

Pheaces hesperidũ horti

DOM. ℂPHEAcum: alcinous pheacũ rex hortos habuit perpetuis fructibus uirentes Homeri testimonio: nã ut ille scribit pirum piro succedebat: Fidentinus iã se alterũ zoilũ pfitetur: qui uersum Homeri a nobis acceptum recitat: & paulo post insaniens addit: ut nos ĩ odysseã scripsimus: cũ nec characteres qdẽ græcarũ litterarũ agnoscat: Sed zoili ẽ æmulus nec ĩprudentia: nec miseria inferiore. q Homerũ tanquã cẽsor redarguebat: in quẽ esurientẽ facere Ptolemæus. Miror ingt cũ Homerus mortuus quẽ repræhendis tot ĩterpretes sustentet. tu q illius cẽsor es: teipsum alere nequeas: pheaces a pheace Neptuno & corcyre filio dicti sunt: ut scribit Diodorus. SCAbie mali: hunc locũ a nobis acceptum Fidentinus inuertit: nec intelligit: quãuis pceptorem suum adhibuerit etiam cõsiliarium: de pomo militari loquitur Iuuenalis: nam poma ferebantur in aggeribus castrorum: quod Plini. de tuberibus & zinziphis scribens ostendit. Sextus inquit papinius quẽ consulem uidimus nouissimis Augusti tẽporibus utraq; attulit in castrorum aggeribus sata: tum idem rephendens mollitiem militum qui poma in aggeribus sererent: ex stomaco addit. Sed aggeribus pcipue decora: quoniam & in tecta syluæ iam scãdunt: ita & eum morem notauit: & clientem tribium tyroni laborioso comparat. QVI parma: periphrasis est tyronis: nam tyro parma & galea utebatur.

MER. ℂQVALia perpetuus pheacum autumnus habebat: pheacum Rex fuit alcinous: cuius filia nausica naufragum & nudum ulyssem excepit. huius hortos miris modis laudat Homerus. ad quos respexit Virgilius cum dixit. Qualia credibile est spaciantem rure paterno. Nausicam pleno sæpe tulisse sinu. Credere quæ posses surrepta sororibus afris. μήλα τῶν ἑσπερίδων a græcis dicuntur. hoc est mala hesperidum. in mauritania poetæ finxerunt hortos fuisse hesperidum aurea mala ferentes a dracone custodita: hæc Hercules surripuisse fertur: sed hesperidum poma quidam græci epimelides uocauerunt. bene enim olent. sed non comeduntur. illud addimus poetas generosum pomum sub alcinoi & hesperidum mentione comẽdare. Mart. de Citro malo. Aut corcyrei sunt hæc de frondibus horti: aut hæc masili poma draconis erant. TV Sca. fru. mali quod in ag. ro. orbiculatum hoc puto pomum. Sic Brutus ad Ciceronem de tenuitate copiarum. Orbiculatis malis pasti esse uidentur. Orbiculata autem mala a fictura orbis in rotunditatem circumacti. Hæc in epiro primum prouenisse argumento sunt græci qui epirotica uocãt. Hæc Plinius.

Horti pheacũ Nausica Mala hesperidũ comendatio

PErpetuus phæacũ autumnus habebat: quoniã nullo tpe deficiebant fruges:ut Homerus in octauo Odys VAL.
seæ.τάων οὔτε καρπὸς ἀπόλλυται οὔτ᾽ ἀπολείπει χείματος οὐδὲ θέρους ἐπετήσιος.ἀλλὰ μάλ᾽ αἰεὶ ζέφυρίη πνείουσα τὰ μὲν φύει.ἄλλα δὲ πέσσει ὄγχνη ἐπ᾽ ὄγχνῃ γηράσκει μῆλον δ᾽ ἐπὶ μήλῳ. CREde.quæ possis fur.soro.aphris:hæc in pomorũ laudem exempla iungere poetæ solent: ut Mar.Non mea massilus seruat pomaria serpens.Regius alcinoi nec mihi seruit ager.& Proper. Non mea pheæcas æquant pomaria siluas.Nec operosa rigat martius antra liquor. SVR repta sorori aphris.hesperidibus:q̃ ut græca narrat historia:hortum habuerũt in quo pomus mala tulit aurea q̃ uigilantissimus custodiuit draco:ea hercules perempto dracone in græciã asportauit:licet Var.nõ poma sed capras & oues adduxisse existimet quosdã aũt poma ideo credidisse ꝙ.μῆλα.uoce græca & poma.& pecora dicãt ꝙ sua uoce me uel be sonare uideantur:e quo post balare dictum ẽ extrita littera ut in multis. SORoribus:nã tres fuere stheno euryale & medusa phorcinos filiæ IN aggere rodit:ubi castra metantur rodit:quoniam austera nõ comedit. QVI tegitur pma & ga. perhiphrasis ẽ gladiatoris aut peditis:nã pma clypeus peditum:fuit:æmilius probus:hiphicrates inqt atheniẽsis pedestria arma mutauit:cũ ante illum ĩperatorẽ maximis clypeis:breuibus hastis minutis gladiis uterentur:ille econtrario peltã pro parma fecit:a quo postea peltastæ pedites appellantur:ut ad motus concursusq̧ essent Leuiores hastæ modũ duplicauit:gladios longiores fecit.Idẽ genus loricarũ & sertis atq̧ thoracis lintea dedit:quo facto ex peditiores milites reddidit:ubi parmã graue scutũ accipit:quod Nonius Marcellus de doctorum uiroꝝ indagine negare contendit: dicta sane parma ẽt:ut Var.putat ꝙ e medio in oẽs partes esset par. METuensq̧ flagelli.i.& ictus aduersarii paratus arcere:aut metuens dum discit:ne feriatur.

Discit ab hirsuta iaculum torquere capella
Forsitan impensæ uirronem parcere credas
Hoc agit ut doleas: nã quæ comœdia mimus
Quis melior plorante gula: ergo oĩa fiunt
Si nescis ut per lachrymas effundere bilem
Cogaris: pressoq̧ diu stridere molari
Tu tibi liber homo: & regis cõuiua uideris
Captum te nidore suæ putat ille culinæ:
Nec male cõiectat; quis enĩ tã nudus: ut illũ
Bis ferat hetruscum puero si contigit aurũ
Vel nodus tantum.& lignum de paupe loro
Spes bene cœnandi uos decipit, ecce dabit iã
Semesum leporẽ,atq̧ aliqd de clunib⁹ apri

CAB Hirsuta capella.i.ab amento:hoc est loro caprina pelle facto:quo illigatæ hastæ mitti solent. Vel ab hirsuta capella.i.a sago cilicio: qd ex pilis hircinis texebatur. Auctore ẽt Var.li.n.secundo capite ultio scribit.Capras pilos administrare ad usum nauticũ: & ad bellica tormenta:& fabrilia uasa. neq̧ nõ quasdam nationes harũ pellibus uestiri:ut ĩ getulia & sardinia ait itẽ magnis uillis eẽ ĩ magna pte phrygiæ.unde & Cilicia &c.eius generis fieri solẽt.Columella ẽt meminit lib.viii.cap.vi. AB hirsuta capella:potes ẽt expõere a bellicis tormentis:nã ut ex Var.dixim⁹ ad bellica ẽt tormẽta capræ pilos administrant:qd nõ esset absurdũ. MIMus: Diomedes de mimo hæc ait: Mimus ẽ sermonis cuiuslibet motus sine reuerentia: uel factorũ cum lasciuia imitatio. Mimus dictus quasi solus imiteẽ.Cũ & alia poemata idẽ faciãt: sed solus quasi priuilegio quodã qd fuit:cõe possedit. PLOrãte gula.plorãte guloso:Est ãt sẽsus ꝙ nulla comœdia nullus Mimus tãta afficit uoluptate:quãta qdẽ plorãs gulosus. BILẽ:iracũdiã p lachrymas ãt ait: quoniã ut inqt Oui.Expletur lachrymis:egeriturq̧ dolor. MOLari:ultimi dentiũ sunt molares:q cõcisa a prioribus.atq̧ cõfracta subigunt:& molunt:unde & molares uocati sunt. NIDore:odore. QVIs enim tã nudus ut illũ bis ferat &c.Sensus ꝙ nullus ingenuus aut libertinæ cõditiõs posset illũ pati ni seruus esset:ingenui enim bullam aureã gestabãt cordis figurã habentẽ libertinorũ uero filii nõ aureã:sed ex loro hẽbant.Macr.li.i.sat.ita scribit. nõ nulli credũt ĩgenuis pueris attributũ:ut cordis figurã ĩ bulla ante pectus annecterent:quã inspicientes ita demũ se hoĩes cogitarent:si corde pstarent.Togã quoq̧ ptextã iis additã ut ex purpuræ rubore ĩgenuitatis pudore tegerentur. Libertinis uero nullo iure uti ptextis licebat:sed postea libertinorum quoq̧ filiis ptexta concessa est. Et paulo infertus ait.ex quo concessum ut libertinorum quoq̧ filii q ex iusta dũtaxat matrefamilias nati fuisset Togã ptextam & lorum ĩ collo pro bullæ decoro gestarent. Hetruscum aurũ quare aureã bullam hetruscum aurum appellet latius uideto satyra prima:& prætextatus adulter. PVEero:illi scilicet tam nudo. NOdus:ipsius lori circulum intelligit:nam lorum in collo pro bullæ decoro gestabant libertinorum filii:ut dictum ẽ. ECce dabit iam:uerba sunt clientum.

MAN.
Capraru pili
Cilicia de stimenta
Mimus
Molares
Bulla aures
Prætexta

CA CAPella hirsuta. Fidentinus mille fabulas hic cõfingit:quas oẽs probat pter meam sñiam:quam surripuit DOM.
non tamen audet palam aduersari:cum nõ intelligat:nec ipse nec eius pceptor:atq̧ capellam esse propriũ nomẽ uellorum significari:uel tentoriũ dici:deniq̧ fertur præceps miser magno uentris crepitu:quo præmitur. A capella hirsuta.nos ex sago cilicino exponimus.nã saga militũ uiliora ex pilis hircinis texebantur. Vir.Nec minus interea barbas incanaq̧ mẽta.Cyniphii tondent hirci setasq̧ comantis.usum in castrorum & miseris uelamina nautis. Colmella de capro ita scribit.Sit nitido atq̧ longissimo pilo.nam & ipse tondetur usu in castrorum.& miseris earum.Plinius in cilicia & syria capræ uillo tonsili uestiuntur.idem Varro.hoc sagum est quod Martia. Bardiacus dixit uerbo externo.Laxi Bardiacus qd euocat.& Iuuena.in ultima Bardiacus calceus. ut nos emendauimus.Quintus tamẽ poeta q Homero successit i opis consumationẽ ludos in funere achillis describẽs iaculationẽ appellat αἰγανέη ποσὶ πο τιτ..i.aCapra hi sunt uersus αἰγανέη δ᾽ ἄρα πολλὸν ὑπέρβαλεν ἀλλήλοιο ὄντας ἀρυάλος λάοι δ᾽ ἐπ᾽ ἀγαχὸν οὐ γάρ ἐφαίτο κογγον ὑπερβαλέειν. HETruscũ aurum.bula aurea gestabatur a nobilibus allata ab hetruria a Tarquinio,ut docet Macrobius eodẽ autore datum ẽ libe

tinis:ut bullam gestarent non auream:sed ex corio.Plinius:Vnde mos bullæ durauit:ut eorum qui equo meruissent:filii id insigne haberent.Cæteri lorum Macrobius:ut libertinoꝝ filii:qui ex iusta dũtaxat matrefamilias nati fuissent togam prætextam & lorum in collo pro bulla decorũ gestarent.Sensus est quis est aut natus liber dignus bulla aurea:aut libertinæ conditionis.ut possit gestare lorum:qui possit ferre superbiam huius mensæ & contumelias:ac si dicat nemo ferret:nisi idem seruus sit.

MER. Mimus Mimus ethologus Bilis Bulla bulla aurea ingenuis scortea libertinis

¶DIScit ab hir.iacu.tor.capella:hoc est amentatas hastas uibrare:ex caprina pelle amenta fiunt:lora uidelicet quibus iaculum:uel hastæ illigatæ emitti solent. MIMus quis melior.Mimus ad comœdiæ formã compositus. in scenis agebatur: & a diomede sic diffinitur.Mimus ẽ sermonis cuiuslibet motus sine reuerentia: uel factorũ & turpiũ cũ lasciuia imitatio.Dicebanť itẽ Mimi ethologi:hoc ẽ theatrales.In ethologoꝝ mimorum expositione longe fallitur Laurentius Vallensis:dũ nimis cupide Rhaudensem insectatur. EFFundere bilẽ.fel irã.Nam bilis auctore Plinio in mores nomẽ est criminis. ETHruscum puero.si.cõt.aur.Sensus hæc q̃ tu o cliens pateris ĩ domo diuitis.nec romanus ingenuus:nec libertinæ cõditionis quisq̃ ferret:p etruscũ aurũ bullã intelligit quã patricii & idẽ ingenui auctore Macrobio gestabãt. SIGnum de paupere loro:libertinoꝝ quoq; filiis qui ex iusta dũtaxat matrefamilias nati fuissent concessum fuit ut togã ꝑtextã:& lorũ in collo ꝓ bullæ decoro gestarent. Huic Macrobii sñiæ pedianus suffragať.Hæc breuissime de puerili ornatu scribẽs:bulla suspendi ĩ collo infantibus ingenuis solet aurea:libertinis uero scortea.Plini.Si modo fidelis ẽ liber nõ nihil discrepat: ait enim. Sed a prisco Tarqnio oĩum prio filiũ cũ:ꝑtexte annis occidisset hostẽ:bulla aurea donatũ cõstat.Vnde mos bullæ durauit:ut eoꝝ qui equo meruissent filii insigne haberent:cæteri lorum.

VAL.

¶DISCit ab hir.iaculum torq̃re capella:torquere uibrare iaculũ ab hirsuta capella.i.de caprina pelle facto loro ac p hoc hastã amentatã ĩtelligit:an certe senẽ magistrũ capellã dicit:ut Probus. NAM q̃ comœdia: qs lusus cũ lusum ꝑstet comœdia. MIMus qs melior:mimus ꝙ alterius facta dictaue imitetur dictus est. PRESsoq; diu stridere molari.i.dentẽ infrendere:hoc est grauiter idignari.licet ad poma qdam referant:quæ acerba dẽtes ledant:& obstupefactant. REGis cõuiua uideris:cũ non unius assis æstimetis. CAPtum te nidore suæ putat ille culinæ:nidore odore.Hora.etenim me dixerat ille Duci.uentre leuẽ nasum nidore supinor inbecillus iners si quiduis adde popino:hicq; in bonũ:cõtra Virgi.Galbaneoq; agitare grues nidore chelydros:hic renideo quod & splendeo ẽt significat.Hor.renidet luna mari. CAPtum te nidore suæ putat ille culinæ coquinæ:licet colinã scribere Nonius Marcellus uelit:ait enim colinam ueteres cognam dixerunt.dicta ab eo ꝙ ibi colebant ignẽ locupletiorem domus. TAM nudus:tam pauper mõ sit liber. ILLum diuitem:colophos incucientẽ. AETruscum puero si contigit aurũ:hetruscum ꝙ ab hetruscis romani bullam acceperunt:siquidẽ Tullus hostilius romanorum rex debellatis:ut Macro.ait hetruscis sellã curulẽ lictoresq; & togã pictã:atq; ꝑtextam q̃ insignia magistratuum hetruscorũ erãt.Primus ut romæ hereně instituit:ꝑtexta illo sæculo puerilis non usurpabat ætas: erat.n.ut cætera quæ enumeraui honoris habitus:sed postea Tarquinius demarathi exulis corinthii filius quem lucomonẽ uocitatũ ferunt de sabinis egit triumphũ:quo bello filium suũ annos quattuordecim natũ qui hostẽ manu ꝑcusserat:& ꝓ concione laudauit:& bulla aurea ꝑtextaq; donauit insigniens puerũ ultra annos fortem ꝑmiis uirilitatis & honoris. ET signum de paupere loro.i.corrigiã:ut Probus exponit pthicã:unde solet bulla pẽdere signũ ingenuitatis.Pli.aũt:sed a Prisco Tarquinio inquit oĩum primo filium cũ in prætexte annis occidisset hostem:bulla aurea donatum constat:unde mos bullæ durauit ut eorum qui equo meruissent filii id.insigne haberent: cæteri lorum. ECCe dabit iam parasiti sunt uerba.

Ad nos iam ueniet minor altilis: inde parato
Intactoq; omnes & stricto pane tacetis.
Ille sapit: qui te sic utitur: omnia ferre
Si potes: & debes: pulsandum uertice raso
Præbebis quandoq; caput: nec dura timebis
Flagra pati: his epulis: & tali dignus amico

MAN.

¶MINor altilis.gallina ĩpfecta & diminutiua. INde:quia leporem & altilem expectatis. STRicto.nõ aperto & incisio. SI quia est enim ordo. Si quia potes oĩa ferre & debes ferre.s. VErtice raso:i dedecus scilicet ac irrisionem. FLAgra:uerbera ꝑcussiones.

DOML

¶ALTilis mĩor:id ẽ mutilata a uirrone. QVAndoq;:id est paulatim ĩ tã seruilẽ aĩum delaberis:ut sis passurus uerbera capite raso more serui: qd genꝰ pulsationis notat.Mart.hoc.s.caput. Salamandra notet aut sæua nouacula nudũ.Vt digna speculo fiat imago tuo.i.pulsatione speculi:quo ancillã uerberauerat:uideat Fidẽtinus & ꝑceptor q̃ puerse hũc locum legant accipientes ĩterrogatiue.Quãdoq;.& nescio qd ex historia inculcantes: tã temere q̃ nõ necessario. nã quandoq; nunquã interrogatiue legitur:ꝑterea si de libertate interꝑtãtur:quo pacto sequitur nec dura timebis flagra pati: id.n.tantum in seruum:nõ in manumissum conuenit: sed leuitatem explosam & stulticiam nimis insector.

AD nos iam ueniet minor altilis:ut pullus gallinaceus:aut minor uilior:altilis ab alendo: ꝙ domi saginet. Itẽ altile pingue ab alendo:ac ut Nonius Marcellus inqt opulentũ.Plau.ĩ cystellaria:ꝓhibet diuitiis maximis dote altili atque opima. INDe para.intacto ꝙ mucidus aut uilissimus panis sine alio obsonio comedi non possit. TAce:dum pulmentaria expectatis.panẽ oĩno non attingitis. STR i.pa.e mẽsa is ẽt auferaľ. TACetis idignationẽ aĩo cõprimẽtes:nec qcquã ĩ dominũ dicere audetis licet irati. OMNia fer.si po.& de. ordo uerborũ ẽ:& debes ferre oĩa:si potes. PVL.u.r.nunqd raso ut ei melius illudaľ:an ꝙ q liberi fiebãt sine capillo eẽnt: ꝙ seruitutis quãdã uiderenť effugisse tẽpestatẽ:unde Plau.in amphitriõe:ut ego raso capite caluus capiã pileũ sicut liberati naufragio.ut ipse in quarto huius:gaudẽt ubi uertice raso.Garrula securi narrare pericula nautæ.

Argumentum Satyræ sextæ.

Sexta hæc in fidas mulieres pandit abunde.

C Redo pudicitiam. Repræhẽsurus poeta mulierum lasciuiam ĩquit: Aureo sæculo: quod fuis se sub saturno perhibent: se credere pudicitiam in terris fuisse: Sæculo uero argenteo quo qdem Iuppiter regnare cœpit: cœpisse etiam adulteria: Vnde antiquum & uetus est alienũ concutere lectum. Itaq; ursidio nullo pacto uxorẽ ducendam cousulẽs mulierum uitia expli cat. SATurno rege: Saturnus ætate aurea in latio regnauit. quo tẽpore fides iusticia & om nis uirtus colebatur: & tellus per se dabat omnia: nõ bella: non enses erant: uel erat æternũ. De hoc Marco. li. viii. Inquit primus ab æthereo ue nit Saturnus olympo Arma iouis fugiens & regnis exul ademptis. Is genus indocile ac dispersum monti bus altis composuit: legesq; dedit latiũq; uocari Ma luit: Is quoniã latuisset tutus in oris. Aureaq; ut phi bent illo sub rege fuere Sæcula: sic placida populos ĩ pace regebat Deterior donec paulatĩ ac dcolor ætas Et belli rabies: & amor successit habendi. De hoc ẽt latius Hesiodus lib. i. georgicon. SPElunca domos Plinius li. vii. sic ait: laterarias domos constituerunt primi curyalos & hyperbios fratres athẽis: antea spe cus erant pro domibus. LARemq;: colebant. n. do mi lares in ipso foco: q deorum penatiũ ara est: ut ẽt porphyrio edocet. hinc naso lib. i. tristium de uxore inquit: illa sed ante lares sparsis prostrata capillis. Cõ tigit extinctos ore tremẽte focos. Et columella li. xii. de uillico inquit. Consuescatq; rusticos circa larem domini focum familiarem epulari: Cato item in re rustica de officio uillicæ inquit: Calendis nonis festus dies quum erit. Coronam In focum indiat: per eos itaq; dies lari familiari pro copia supplicet. CYNthia: ea propertii fuerat amica. Vnde ait ipse Cynthia prima suis miserum me cœpit ocellis. item Cynthia prima fuit. Cynthia finis erit: proprie tamẽ hostia dicebatur ut edocet Apule ius in prima oratione. NEC tibi. o lesbia catulli amica: quæ extinctũ passerẽ fleuisti. De quo ipe catullus sic: pas ser mortuus est meæ puellæ. Quẽ plus illa oculis suis amabat. & inferius. Tua nunc opa meæ puellæ flendo tur giduli rubent ocelli. Ea proprie Clodia dicebatur auctore Apuleio in prima oratione.

MAN. — Saturni ætas — Domus antiquorũ Lares — Cynthia — Hostia — Lesbia — Clodia

Satyra Sexta. Li. II.

Credo pudicitiam saturno re
ge moratam
In terris uisamq; diu: cum fri
gida paruas
Præberet speluca domos ignẽq; laremq;:
Et pecus: & dominos cõi clauderet umbra:
Siluestrẽ montana thorũ cũ sterneret uxor
Frondibus: & culmo uicinarumq; ferarum
Pellibus haud similis: tibi cithia; nec tibi cuius

C Redo pudicitiã: adulteria: q lege prohibuerat Domitia. tota satyra insectatur: & legẽ irridens quæ contẽnebatur: & notans tpa sua: monet ãt post humum ursidium: q de uxore ducẽda cogitabat: om nem uitæ sortẽ cõnubio pferendã esse: repetitaq; sæculorum origine: ostendit nullũ uitiũ appetiisse prius mortales: q̃ adulteria. SATurno. ioues tres fuerunt: duo theologi nati in arcadia: alter filius ætheris: & pserpinæ frater: alter filius cœli & pater mineruæ: tertius Saturni filius: q cũ Iano regno pulsus a Ioue latio ĩperauit: ætate aurea ut Hesiodus primus docuit: Homerus uero si platoni credimus Sæculũ aureũ designauit ĩ cyclopibus quos scribit post diluuiũ mõtiũ cacumina tenuisse ĩ speluncisq; uictitasse fructibus spon te nascẽtibus. PRAeberet speluca domos: Home. de ætate aurea ĩ celsisq; hiantes mõtibus antra. ET pecus & dominos: ut de Polyphemo scribit Hom. Ciclope: quẽ ut diximus aurea ætate fuisse designat. CYNthia: pro pertii amica pprio noie hostia dicebatur: ait aũt uxorẽ illam rusticanã non fuisse similem Cynthiæ: quoniam hæc luxu uestiũ & margaritarũ oblectabat: ut sæpe conqueritur Proper. Quid iuuat ornato pcedere uita capil lo: & alibi matrona ĩcedit census induta nepotũ. LESbia. proprio noie Clodia dicta est.

DOM.

C Redo pudicitiam saturno rege moratã ĩ terris. Posthumũ Vrsidiũ ab re uxoria deterret mulierũ pcipuæ impudicitiam & non ferendã peccandi licentiam acerrime exagitans: docetq; pudicã non inueniri fœminam: quã rem uiri summis uotis optant. Quoniã iampridem relictis hoibus pudici tia cum iusticia ad superos migrauerit. SATurno rege: quo regnante ætas aurea fuisse scribitur: neq; adhuc adulterium nouerãt: illiusq; tpis simplicem & incultã uitã pluribus uerbis persequitur. HAVd si milis tibi cynthia. Propertius in carmine suo auctore Apuleio cynthiam dixit: & hostiã dissimulauit. Catullus itẽ Lesbiã p Clodia noiauit: quã ĩpacieter mortẽ passeris: quẽ ĩ dliciis hũerat dfleuisse cõstat. Nã ĩ amicæ hmoi achrymas endechasyllabũ scripsit. Has poeta ut nimiũ molles & delicatas & priscis nequaquam sies uituperat.

MER — Cynthia p hostia — Lesbia p clodia

C Redo pu. sa. re. mo. in ter. sicut in superiore libro uirorũ. ita in hoc fœminarũ uicia insectat: ac lacerat: dum ursidiũ posthumiũ ĩcusat amẽtiæ: q castã atq; continẽtem se repire posse mulierẽ cõsideret CREdo pu. sa. re. mo. ĩ ter. uideri uult iusticiã ac pudicitiã inuicẽ sibi comites q ter ras saturni coluere tpibus e terris abeũtes ĩ cœlũ cõmigrasse. SATurno rege: p regnãte satur no. CVM fri. p. p. spe. do. Saturni describit tps: & aureæ ætatis uictũ & mores notat. SPElun ca do. & specus & speluca dicit latinæ sicut a græcis τὸ σπέος & τὸ σπήλαιον. Vir. igit spælea ferarum: a græcã imitationẽ dixit. IGNemq; lareq;: familiarẽ deũ domusq; custodẽ: ueteres. n. ut Aug. mẽorat: & scribit Apu. putarũt hoium aias cũ corpus exuissẽt fieri dæmõas: sed si bona fuissent pmeriti lares. sin mala lemures aut laruas: si uero bonorum ne an malorum fuissent merito erat incertũ: manes dicebant. Ci. tamẽ in li. de uniuersi tate: Reliquorum ãt inqt quos græci dæmonas appellãt. nři ut opinor laris: si mõ hoc recte cõuersum uideri põt ET pe. & do. cõi. clau. um. & sub eodem tigurio & pecora & pecorũ dñi tegebant. SILue. mõ. torum. cum. uxor

VAL.

hinc et torus ab herbis tortis: sicut a lectis herbis dicit appellatus lectus: q lectis: ut ait Var. herbis & frondibus stramenta facerent: nisi sit: q antiq graeci lectrō lectū dicebāt. ET cul. q paleis lecti sternerentur. VICi. fe. q & nondū cōditis urbibus siluas colere dicti sunt. HAVd si. ti. cyn. amicā ppertii dicit q cīthia ē appellata: Proper. Cinthia prima suis miserum me coepit ocellis. Et capitū nullis ante cupidibus: qd fictū a Proper. fuisse nomen cōstat. apuleius in magia. eadē igit opa accusent. C. Cat. q lesbiam p clodia noiauit & ticidā: similiter quod q metella erat ppriū nomē p illā scripserit. & Proper. q cinthiā dicat hostiā dissimulet: & Tibul. q ei sit plata i aio delia. i. uersu: proide & cynthia quasi diana qdā uideri pōt appellata. NEC ti. Lesbiā dicit Catul. amicam cuius turbauit nitidos extinctus passer ocellos: unde Catul. pulcher. ille passer. Vestra nunc opa meae puellae: flēdo turgiduli rubent ocelli. ORBe no. q pria saturni saecula fuisse existimata sint: idq Lucr. imitatione dictum qui ait. Quare et tellure noua coeloq recenti. Talia pfingit potuisse aīalia gigni. ORBe no. coe. re. quoniam ex chao oia procreata sunt: ut Hesio. in theogonia scribit. Pla. tamē siluā ac ideas: Ari. uero siluā formas & priuationem oīum rerū exordia eē disputauit: sed de rerū primordiis de expetendis fugiendisq rebus scribentes ueterum snias abunde prosecuti sumus.

Turbauit nitidos extinctus passer ocellos:
Sed potanda ferēs infantibus ubera magnis:
Et saepe horridior glandē ructante marito.
Quippe aliter tunc orbe nouo coeloq recēti
Viuebant homines: qui rupto robore nati
Cōpositiq luto nullos habuere parentes
Multa pudicitiae ueteris uestigia forsan
Aut aliq extiterāt & sub ioue: sed ioue nōdum
Barbato: nondū graecis iurare paratis.
Per caput alterius: cum furem nemo timeret
Caulibus aut pomis: & aperto uiueret horto

MAN. — INFAntibus ubera magnis: tradit Hesiodus: ut aiunt prio saeculo hoies centum annis sub matris ipe rio stetisse tanquā adhuc infantes. CELoq recenti.

Mundi ordo. Gens prisca. — Diodorus li. i. refert ab rerum primordio & caelum & terrā unicā habuisse ideam imixta eorum natura. Exinde distinctis inuicē corporibus coepisse mundū hunc ordinē quem uidemus. RVPto robore nati. Vergilius idem libro octauo ubi euander aeneae loquitur: Haec nemora indigenae fauni nymphaeq tenebāt: Gensq uirum trucis & duro robore nata. Quis neq mos: neq cultus erat: nec iungere tauros. Aut cōponere opes norant: aut pcere parto. Sed rami atq asper uicti uenatus alebat. COMpositiq luto nullos habuere parentes. Tradunt aegyptii ab orbis initio primos hoies apud se creatos: tum bonitate foelicitateq soli: tum propter nilum qui & multas gene-

Hoies primi in aegypto. — rat auctor est: Dio. li. primo. MVLta pudicitiae. hactenus de pria: nunc uero de secunda dicet aetate. PER caput alterius. Ascanius libro nono aen. etiam ait per caput hoc iuro per quod pater ante solebat.

DOMI. — TVRBauit: alludit ad uerbū Catulli cōquerentis de passere mortuo. Catullus tua nunc opera nec puellae flēdo turgiduli rubent ocelli. Mar. Nō quales teneri plorauit amica Catulli. RVPto robore: ad carmē Vergilianū alludit Gēsq uirū truncis. & duro robore nata. Quis neq mos neq cultus erat NVLlos pa. q. d. ex quo homines ex parētibus nasci coeperūt: & coiugia sunt: adulteria cōmittunt. CAVlibus ac pomis: exponit uictum argenteae aetatis: quae initio aureae cōiuncta: hortis p macello utebat. APErto horto: nā ut Plini. scribit Saeua latrocinatio coegit praefigere aspectus hortos. Fidentinus hoc a nobis accepit: sed a sua opinione stulta non discedens. quā olim conceperat pceptoris consilio ita repetit. & nemo uiueret aperto horto pp bestias: uide q cōueniat hic sensus cū uerbis a nobis ex Plinio recitatis: q ipse iterendo cōfundit: nos itelligimus: & qsq uiueret apto horto: nā ut diximus postea saeua latrocinatio coegit &c. ut scribit Pli. ante igit uiuebāt aptis hortis.

MER. — INFAntibus ubera magnis: respexit ad Hesiodū: qui tradit rudi saeculo hoies centū annis sub matris iperio stetisse: utpote adhuc infantes. GLAndē ructante marito: tunc. n. cum frumenti usum non inuenissent: glandibus uescebant. RVPto robore nati. & Seruius auctor est: primi hoies cauas arbores incoluerunt: a qbus cū prole exeuntes existimati fuerunt ab arboribus fuisse progeniti. Virgilius. Haec nemora indigenae fauni nymphaeq tenebant: Gensq uirū truncis & duro robore nata. GRAEcis iurare paratis: Per caput alterius. ειστυνκεφαλυν. i. per caput. Virgilius. Per caput hoc iuro: per quod pater ante solebat.

Graeci p caput iurant

VAL. — ORBE no. cum aurea fuit aetas. QVI ru. ro. na. ut Home. οὐ μεν γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου οὐδ᾽ ἀπὸ πέτρης [illegible]. Vir. Gensq uirū truncis & duro robore nata. & Sta. cū arcadas primos in orbe fuisse hoies dicit. Arcades huic ueteres astris lunaq priores: Agmina fida datis nemorum uos stirpe rigenti. Fama satos cum prima pedū uestigia tellus. Admirata tulit nōdum arua domusq nec urbes. Cōnubiisq modus: quercus lauriq ferebant. Cruda puerperia: ac populos umbrosa creauit Fraxinus: & foeta uiridis puer excidit orno. Cur aūt rudis illa uetustas id crediderit: reddit ipse rationem didymus q cū prisci abruptas rupes inuiasq siluas passim colerent: nec tuguria ne dū domos habitarent: at sub diuo ferarum ritu degerent: foeminae in rupibus saxorumq cryptis: aut in nimia uetustate carieq exesis & cauis ac cameratis arboribus foetus eniterentur rudi & ignaro adhuc humano genere illac iterut libido tulerat facientes ad eos infantes respectando ex petris atq arboribus erumpentes ide editos esse putauerunt. COMpositiq luto. de terra ficti: quia rudes nihil diuini habere uidebant: aut ad pmethei id fabulam refert. NVLlos ha. pa. quia nemo nuptias uiderat legitimas: nō certos quisq īspexerat liberos. SVB ioue. sub quo aetas fuit argentea. SED ioue nōdum barbato: quādo & ipse adulter fuisse phibet. NONdum grae. iu. pa. Per caput alterius. i. nōdum inducto piurio: graecorū uero maluit exēplo uti: qa ea gēs magis piura semp fuit: Plau. i asinaria: caetera quae uolumus uti graeca mercamur fide: hoc est tradito in manibus pcio: & pro flacco Tullius. hoc dico inquit de toto

genere græcoꝝ tribuo illis litteras do multarum artium diſciplinã.nõ adimo ſermonis leporẽ ingenioꝝ & acu-
men dicendi copiã.deniq͡ꝫ etiã ſi qua ſibi aliã aſſumunt nõ repugno teſtimonioꝝ religionem & fidẽ nunq̃ iſta
natio coluit:totiuſq͡ꝫ huiuſce rei quæ ſit uis:q̃ auctoritas quod pondus ignorant:unde illud eſt da mihi teſtimoni-
um mutuum:ac deniq͡ꝫ Hieronymus in Pauli epiſtola ad galatas commentario idem refert:uerum enĩ uero litte
rati ac,ſciſſimi uiri fuere cõplures nec quiſq̃ ibit inficias ſed de imperito loquimur uulgo. PER ca.al.quale apud
Homerum illud.ειδὲ θελεισ πατρὸσ κεφαλὴν μεγανορκον ὀμοῦμαι. CVM fu.ne.ti.cau.ac po.dici-
mus timeo te & de te necnon a te & tibi & timeo hanc rem tibi ut hic. CVM fu.ne.ti.cau.ac po.& aperto uiue
ret horto:ſic Virgi.Hæc nemora indigenæ fauni nymphæq͡ꝫ tenebãt.Genſq͡ꝫ uirum truncis & duro robore na
ta.Quis neq͡ꝫ mos neq͡ꝫ cultus erat:nec iungere tauros.Aut componere opes norant:aut parcere parto:

Paulatim deinde ad ſuperos aſtrea receſſit
Hac comite:atq͡ꝫ duæ pariter fugere ſorores.
Antiquũ & uetus ẽ alienum poſthume lectũ
Concutere:atq͡ꝫ ſacri genium cõtẽnere fulcri
Omne illud crimẽ mox ferrea protulit ætas:
Viderũt primos argentea ſæcula mœcchos
Cõuentũ tamen & pactũ:& ſpõſalia noſtra
Tempeſtate paras:iãq͡ꝫ a tonſore magiſtro
Pecteris:& digito pignus fortaſſe dediſti.
Certe ſanus eras:uxorem poſthume ducis:
Dic qua tiſyphõe:q̃bus exagitare colubris
Ferre potes dominã ſaluis tot reſtibus ullã:
Cum pateant altæ:caligãteſq͡ꝫ feneſtræ.
Cum tibi uicinũ ſe præbeat æmilius pons:
Aut ſi de multis nullus placet exitus:illud
Nonne putas melius:ꝙ tecum puſio dormit:
Puſio qui noctu non litigat:exigit a te
Nulla iacens illic munuſcula:nec quæritur ꝙ
Et lateri parcas:nec q̃tũ iuſſit anheles.
Sed placet urſidio lex iulia:tollere dulcem
Cogitat hæredem cariturus turture magno
Multorumq͡ꝫ iubis & captatore macello

℄ PAVlatim:deinde:ſcribit Hyginius ꝙ uirgo teſte MAN.
Heſiodo iouis & Themidis filia teſte Arato Aſtrei & Aſtræa
auroræ:quæ in aureo ſæculo fuerat:eorumq͡ꝫ prĩceps iuſtitia
propter diligẽtiam & æquitatem iuſtitia appellata in
cælum fugit ætate ænea.Cum hominum ſcelera pati
non potuiſſet. ASTræa:aſtræi & auroræ filia iuſti-
tia appellata:ut patuit. HAC comite:uidelicet pudi
citia:duæ ſorores iuſtitia ſcilicet:& pudicitia. SACri.
ideſt matrimonialis.Ouidius libro tertio de arte nu-
ptam ueneratum iri oſtendit:dicens.Nupta uirum ti- Nupta
meat:rara ſit cuſtodia nuptæ:hoc decet hoc leges iuſ
que pudorq͡ꝫ iubent. GENium:numen.Q.Fulcri.id Fulcra
eſt lecti:fulcra enim dicuntur eſſe ſummũ lectorum Spõſalia
partes & ornamenta:dicta ꝙ toros fulciant & ſubſti-
neant. CONuẽtum:hominum cœtum. PACtum: Pactum
Cicero libro ſecundo rhet.ſic ait.Pactũ eſt quod inter
aliquos conuenit quod iam ita iuſtum putatur ut iure Sponſalia
præſtare dicatur. SPOnſalia:ea dicuntur eſſe futura-
rum nuptiarum promiſſiones.Gellius autem libro q̃r
to.c.iiii.ſcribit ꝙ olim in latio ſic ſpõſalia fiebãt.Qui
uxorem ducturus erat ab eo unde ducenda erat ſtipu
labatur eam in matrimonium ductum iri. Qui datu Sponſa
rus erat itidem ſpondebat daturum.Is contractus ſti-
pulationum ſponſionumq͡ꝫ dicebatur Sponſalia:Tũ Sponſus
quæ promiſſa erat ſpõſa appellabatur qui ſpoponde- poſthu-
rat ducturum ſponſus. IAm pecteris:ut cultior eas ad mus
ſponſam. PIGnus:anulum intelligit.Quem ut ſcri-
bit Macrobius libro ſeptimo cõmunis quidem aſſen-
ſus in digito qui minimo uicinus eſt:& manu præci-
pue ſiniſtra geſtandum eſſe perſuaſit:quoniam ner-
uus quidam e corde natus uſq͡ꝫ ad digitum manus ſini-
ſtræ minimo proximum pergat:& illic deſinat impli-
catus cæteris eiuſdem digiti neruis:ideoq͡ꝫ uiſum ueteribus ut ille digitus anulo tanquam corona circundaretur:
quo quidem anulo utriuſque coniugis amor coniungi ſolet. POSthume:poſthumus hic proprium ẽ uiri nomẽ.
nam & aliud ſignat:unde Ceſellius poſthuma inquit proles:non eum ſignificat qui patre mortuo:ſed qui po-
ſtremo loco natus eſt.Auctor eſt Gellius libro ſecundo.c.xvi. VXOrem poſthume ducis.Metelli numidici de
ducendis uxoribus ad populum hæc uerba fuere.Si ſine uxore poſſemus Quirites eſſe omnes ea moleſtia care Vxor an
remus:ſed quoniam ita natura tradidit.ut nec cum illis ſatis commode:nec ſine illis ullo modo uiui poſſit:ſaluti ducenda
perpetuæ potius q̃ breui uoluptati conſulendum.Auctor eſt Gellius libro primo.c.vi. CALigantes:ideſt ocu-
los obſcurantes. AEMilius pons.is eſt in uia flamminia:diſtans ab urbe ultra primum lapidem quem auctore
Plinio de uiris illuſtribus.M.Aemilius ſcaurus cenſor fecit.Idemque Miluius etiam dicitur. EXItus:finis. NON
ne putas.Ironice loquitur oſtendit enim illum pædiconem.nam dormit non dormiat inquit.Inferius etiam ait
Mœcchorum notiſſimus. PVSio:Varro ſcribit puſum puerum dictum fuiſſe:& puſam pueram. Vnde puſio
naſcitur:quod nomen in pathicos conuicii fuit.Qua quidem uoce Apuleius libro nono in adultero ſic utitur. Puſus
At uero adulter belliſſimus ille puſio inclinatam dolio pronam uxorem fabri ſuper incuruatus ſecure dedolabat Puſa
EXIgit:quærit. QVAEritur:uti mulier aſſolet. LATeri parcas:ideſt ꝙ non coeas.Latera enim tunc offen Puſio
duntur.Martialis libro duodecimo.Rumpis baſſe latus:ſed in comitis Vxoris tibi dote quod paraſti. IVS-
ſit quid mulieres agunt:non enĩ ſatis eſt ei ſemel & bis aſcendi. LEX iulia:quæ adulteros puniebat.De qua in ſa
tyra ſecunda latius uideto. TOLlere:educare:quia maritus & uerus pater:non adulter. CARiturus turture Latus
magno.Captatores enim orbis tantum donabant ut ipſi heredes fierent. TVRture magno:non de piſce in- rumpere
telligas:ſed de aui.Martialis enim libro tertio ait.Aureus immodicis turtur te clunibus implet.Ponitur in cauea
mortua pica mihi.Item in eodem in libro in zoilum.Et concubino turturum nates donat.Et libro decimo ter- Turtur
tio.Dum pinguis mihi turtur erit & cætera.Quid fieri non poſſe putes.Similiter fere & Maro in buc.Mopſo auis

nysa datur:quid non speremus amantes. IVBis:barbis.Nam barba gemina insigniuntur inferiori labro Mulli:ut docet Plinius libro nono.

DOMI. ℭ COMite:ex uersu Hesiodi est:qui scribit pudorē & iustitiam in cœlum fugisse ætate ænea. POsthume:posthmus fictum nomen apud Martialem non dicam licet usque me rogetis Qui sit posthumus in meis libellis. FER rea:Hesiodus scribit ætatē heroicam.qua.s.Heroes clarueru͞t ante ferream fuisse quod prætermiseru͞t nostri: DIGito pignus:anulus ferreus statim pactæ uxori mittebatur:ut scribit Plinius.Sed hic aureus erat utputo. AEMilius pons:idem miluius dictus est quem Scaurus æmilius in censura fecit & struxit.

MER. ℭ ASTræa:iustitia:Astræi gigantis filia:quæ ut Aratus scribit:primo in urbibus postea tm̄ in agris fuit:tū terris abscessit. GENium sacri fulcri:lectum genialem significat:qui nubentibus puellis sterni solebat. CONuentum tamen & pactum.quantum ad dotem aurum & uestem:& his similia conuentum atq; pactū dixit. SPOnsalia:Seruius sulpitius scribente Gellio:hoc more atq; iure sponsalia solita fieri scripsit.Qui uxorem inquit ducturus erat ab eo unde ducenda erat stipulabatur eam in matrimonium ductum iri:qui daturus erat itidē spondebat datuꝝ.Is cōtractū stipulationū spōsionūq; dicebatur sponsalia:Tum quæ promissa erat spōsa appellabatur:qui spoponderat ducturum sponsus. NOstra tempestate:qua uix pudica haberi possit mulier. ET Digito pignus fortasse dedisti:dato annulo sponsa uiro oppignerata erat:quem morem his uerbis Tertulianus exponit.Aurum nulla norat præter q̄ unico digito:quem sponsus oppignerasset pronubo annulo. AEMilius pons: æmiliū pontē:quē Aemilius scaurus censor fecit. PVSio.Varro scribit pusum puerum dictum fuisse:& pusā pueram.Vnde pusio nascitur quod nomen in pathicos conuitii fuit.Cicero pro Gellio Pusio cum maiore cubitabat sorore. Valerius maximus.Possedit fauorem plebis Clodius adhærensq; fuluianæ scholæ pusio.Apuleius in asino aureo.At uero adulter bellissimus ille pusio inclinatam dolio pronam uxorem fabri superincuruatus secure dedolabat. LEX iulia:quam contra adulteros Augustus tulit. TOLlere:suscipere nutrire.Oui.Quos tamen omnes.Non ego tollēdi causa sed ille fuit: DVLcem hæredem.Virgilius.Nec dulces natos ueneris nec premia noris. CARiturus turture magno.Auem hic intelligo:quæ hoc disticho a Martiale cōmendatur.Cum pinguis mihi turtur erit lactuca ualebit Et cocleas tibi habe perdere nolo famē.Quanq̄ trygona hoc est turturem græci eū piscem appellent:quem latini pastinacam marinam:in cuius cauda stat radius præsentissimi ueneni:de quo pisce Ausonius:Lætalisq; trygon & bina tryboria corui. MVLtorumq; iubis & captatore macello.piscis est mulus:quem olim Romani ueteres summo in precio habuere:ut supra diximus.

Genialis lectus — Spōsalia quō fiūt — Sponsa — Sponsus — Tertullianus — pusio — Turtur — Trygon — pastinaca marina

VAL. ℭ PAVlatim deinde ad su.astræa re.astræa iustitia filia astræi qui erius & eurybiæ filius fuit.Hesiodus in georgicis quidem pudorem & indignationē in cœlū q; argenteā ætatē effugeret migrasse scribit:Iuue.autē iustitiā & pudicitiam:sed iustitiam ut Ouidius in metamorphosi.Victa iacet pietas & uirgo cæde madētes.Vltima cælestū terras astræa reliqt.idē aratus & Cæsar & Ruffus Festus in arato scribūt:idq; ideo a poetis fictū Hyginus putat:q; illis tpibus astræus princeps eēt & pp diligētiā & æquitatē eius filia iustitia dicta sit q; nondū exteræ ab hominibus nationes bello lacessitæ essent:neq; nauigio quisq̄ fuerit usus:sed agris colendis uitam agere consuessent post uero eos qui fuerunt ut minus officiosos fuisse ita magis auaros constat:qua de re iustitiā inter homines minus fuisse cōuersatā itaq; cōfictū esse eā nō potuisse in terrā amplius considere & in cœlū euolasse. HAc co.pudicitia. ALIEnū po.le.cō.adulterio uiolare. ATq; sacri geniū conté.ful.fulcra summæ lectorum partes & ornamenta dicta q; toros fulciant.Vir.Lucēt genialibus altis aurea fulcra thoris. SACri ge.con.ful.hypalage.i.sacrū fulcrū genii.sacrū aūt propter cōnubiū legibus & auspicato factū a romanis dixit geniū q præfuit hominū.generi pro geniali camera.i.thalamo posuit:nec me latet Augustinum ueterū sententia genium dixisse eē uniuscuiusq; aīam rationalē:ideoq; eē singulos singuloꝝ:fuerūt aūt qui genios deos dicerēt aquam terrā ignem aerē q reꝝ semina sunt elementaq; appellata:duodeciq; signa lunā & solem inter hos deos putabant & a gerendo quidam:q; multa gerere possent:genulos deinde genios uocitarunt:iō etiā docte inquit Hora.Sit genius natale comes qui temperet astrum Naturæ deus humanæ mortalis in unum quodq; caput uult mutabilis albus & ater.hic etiā ille Socratis dæmon fuisse a multis perhibetur. VIDerūt pri.ar.sæ.mœ.q q; aureis eēnt sæculis inferiora ac nequiora a metallo deteriore nomē inuenerūt. ET spon.nostra tē.pa.cū te adulteriū metuere oportuerit. CONuentū ta.& pa.& spō.nostra tē.pa.iāq; a tō.ma.pe.hoc iuuādum ꝓnunciatione est:ut rei dignitas & dicentis exprimat indignatio. A TOnsore ma.pe.i.ut Probus ait nō seuerus es.ut maritus q a pueris ad magistrū tōsorem transis:aut certe:ut idē exponit desisti pueros sectari:q iam uxori munera nonnulla misisti & sollito diligētius ornaris:ut uxori placeas cui annulum dedisti:an potius libidinis uitio uxorem tibi comparasti:ut in adulterium ista dicantur. VXOrē po.du.interrogatione magis exaggerat posthumi uitiū. DIC quæ ti.i.quibus furiis.quando tres esse certū sit:a cædibus aūt plectendis Tisiphone dicta.τίω plecto & φονος cædes.fictæ uero sunt a poetis inferna loca habitare sed tormenta scelesta mētis eē ueteres uoluerūt.Ci.pro roscio:nolite.n.putare queadmodū in fabulis sæpenumero uidetis eos qui aliquid impie scelerateq; cōmiserunt agitari & perterreri tædis ardentibus.sua queq; fraus & suus terror maxime uexat suum queq; scelus agitat amētiaq; afficit suæ malæ cogitationes conscientiæq; animi terrent:hæ sunt impiis assiduæ domesticæq; furiæ q̄ dies noctesq; parentū pœnas a sceleratissimis filiis repetant. QVIbus exa.co.qm̄ furiæ pro crinibus serpentes a uertice demittere scribunt.Orpheus.νυκτεριαι κοιραι ισφιο πλοκαμοι φοβερῶπες. SALuis tot restibus:q bus te possis suspendere. CALigantes:altitudinis nimiæ squallorē:& caliginē uisui obducentes. FENestræ:unde pcipitem dare satius fuit. CVM ti.ui.se.p.æmi.pons deiicias mea qdem snīa q ut Probus ibi q; lupanaria essent inquit. QVOd te.pu.dor.nō dixit dormiat ex quo cū pueros turpiter adamasse ondit.Pusio aūt Probus legit:& ita in uetustissimo legimus codice:ipse aūt interptat pueri nomē esse:ut si Pusio legas a puero factam diminutionem certū est:nā pusio pusillus puer appellat.Ci.p celio & pp nocturnos quosdam manes metu:tecum

semper pusio cum maiore sorore cubitauit:& Hieronymus ad demetriadem:an cereris ne proles furiana defi ciat:& ex te parens tuus non habeat pusionem.at quod a pusillo pusio deriuetur:& siquis acute sensum horum uerborum dispiciat uidebitur plane melius pugio pro nomine proprio sumendum. LITigat:iurgiis tecum cõ tendat. SED pla.ur.lex iu.quæ de maritandis ordinibus fuit contraq; adulteria. TOLlere:nutrire.i.filium ha bere. TOLlere dul.co.hæ.unde illud epigramma.Cogitat ursidius sibi dote iugare puellam.Vt placeat domi no cogitat ursidius.Cogitat ursidius hæredem tollere paruum.Vt placeat domino cogitat ursidius. Cogitat ur sidius domino quacunq; placere.Virgine uel puero q̃ sapit ursidius. CARiturus tur.ma.pisce quem solent mit tere captatores. MALorumq; iu.inquit Probus cristis τοῖσ λοφοῖσ.

Quid fieri non posse putes:si iungitur ulla
Vrsidio:si mœchorum notissimus olim
Stulta maritali iam porrigit ora capistro
Quem totiens texit perituri cista latini:
Quid q; antiquis uxor de moribus illi
Quæritur:o medici mediã pertundite uenã:
Delitias hominis tarpeium limen adora
Pronus:& auratam iunoni cæde iuuencam
Si tibi contigerit capitis matrona pudici.
Paucæ adeo cereris uittas contingere dignæ

¶ STVlta ora.Stultum minus est q̃ insanum.Horatius saty.tertia li.ii.Stultum me fateor:liceat conce dere ueris.Atq; etiam insanum. PERituri latini:idest habentis uxorem mœcham sicut latinus Thymelen habebat:qui mimus erat Domitiãi.Perituris id ingt quoniam non sine periculo repræhenduntur uxores quæ quidem adueniente uiro adulterum cælant quo cunq; modo.quod si non licuerit inter uirum atq; ad ulterum pugna oritur.Horatius item mœchos occul tari tradit his uersibus.An turpi clausus in arca. Quo te demisit peccati conscia herilis. CONtractum ge nibus tãgas caput. Erat autem Cista cælãdis idonea unde Macrobius libro primo sat.ubi de seruis loqui tur.sic ait.Cepionem quoq; qui in Augusti necem fue rat animatus:postquam detecto scelere damnatus est Seruus ad tyberim in cista detulit peruectumq; osti am in agrum laurentem ad uillam patris nocturno itinere perduxit. QVID:dicendum scilicet. MEDiam uenam:Medicorum peritissimi in brachio eam aiunt esse:quæ q; epati & cerebro sanando communis sit media dicitur.Id itaq; Iuuenalis ait.ut ursidium insanum & furiosum ostenderet. Placet autem potius ut media uena frontis intelligatur:ait enim satyra.xiiii.Iampridem caput hoc uentosa cucurbita quærit.in quo loco etiam plura diximus.Vena autem ea dicitur qua sanguis continetur:ut inquit interpres philosophi.li.iii.de animalibus. DE litias hominis:solent auctores in re leuiore ab o supersedere ut Cicero in Antonium indignum facinus & homi nem nequam:qui nõ dubitaret uel in foro alea ludere uel cum lege de alea condemnatis:Et Plinius Iunior ad oc tauium hominem te patientem uel potius durum ac pene crudelem qui tam insignes libros:tam diu teneas.Est autem acclamatio in eum:qui moribus sui sæculi non contentus electissimam mulierem quærat. TARpeium limen.Iouem capitolinum:continens pro contento. AVRatam iunoni iuuencam:hoc ideo quoniam iuno pro nuba est.Vnde Virgilius Iunoni ante omnes cui uincla iugalia curæ.Item libro quarto:& pronuba iuno. AV ratam iuuencam.Deorum honori ut li.xxxiii.cap.iiii.Plinius tradit in sacris nihil aliud excogitatum est q̃ ut au ratis cornibus hostiæ maiores dunsaxat immolarentur.Meminit item & lib.xvi.c.iiii. PAVCæ adeo Cereris uictas contingere dignæ:hoc ait.quoniam ut inquit Ouidius libro primo de amoribus.Casta ẽ quam nemo ro gauit.Aut si rusticitas nõ uetat:ipsa rogat:& Martialis ait.Quæro diu totam sophroni ruffe per urbem. Si qua puella negat nulla puella negat. ADEo:certe uel intantum utrumq; hic conuenit. CEreris uictas.Diodorus li bro sexto scribit q; athenienses publice deam cererem præ cæteris coluere tum sacrificiis amplissimis:tum eleu sinæ mysteriis quæ antiquitate castimoniaq; apud omnes homines uulgata erant. Colebatur & Ceres in urbe a matronis.hinc Liuius ait.Sacrum anniuersarium cereris intermissum esse:quia nec lugentibus facere id fas est nec ulla illa tempestate matrona luctus expers fuerat.Quod autem castæ deberent esse Ouidius quoq; lib.iii. fastorum ostẽdit dicens.Sed si thura aberint udas accendite tædas.Parua bonæ cereri sint modo casta placent. ¶ PERituri cista latini:Latinus Domitiani Mimus:ut scribit Tranquillus uxorem summittebat his:quorum delationem apud imperatorem timebat:hic ponitur pro eo cuius uxor mœcha esset. PERituri:epitheton lati ni:q semp timebat se periturum delationibus apud Domitianũ.nõ quod posthumus fuerit adulter Tymeles:sed ut dixi ꝓpter latinum quẽ summittere uxorẽ ad placãdos alios quos timebat notissimũ erat:simpliciter ostẽdit posthumũ eẽ adulteꝝ. MEDiã uenã:media frõte ꝓminentẽ:nã furẽtes emisso inde sanguine leuant. IVVẽ cam auratã:cornibus auratis quod primus Homerus docuit in odyssea accersito Fabro a Nestore q auꝝ corni bus uictimæ infunderet:idẽ seruatũ fuisse testat Pli.quod zoilus quoq; nr̃ a nobis acceptũ recitat:mutilatum & impfectũ: IVNoni:Vir.Iunoni ante oẽs &c.colebat itẽ iuno iugis in uico iugario nõ iugulario ut ẽ apud Liui um quod scribit Festus:ita appellatã q; nubẽtes cõiungeret hic suspicatus est Seruius ex Varronis testimonio nu bẽtes sub iugũ mitti solitos fuisse. CERreris uittas:alii de uirginibus intellexerũt & sacerdotibus Cereris:sed nõ placet:poterãt.n.nominare uirgines uestales quaꝝ pudicitia ẽ notior:de matronis mea sñia intelligit:quæ anni uersariũ Cereris celebrabant:nam solis matronis id licebat ait Iuuenalis:inter matronas nullam esse pudicam: q̃uis olim habitæ sint pudicissimæ:ut illud Valerii ad pudicitiam te custode matronalis stola censetur.i.precio est.Ouidi.Este ꝓcul uittæ tenues insigne pudoris:ꝓterea submouimus oẽs.Quas stola contingit sumptaq; uitta uetat:Liuius.Sacrum anniuersarium Cereris intermissum est:quia nec lugentibus facere id fas est:nec ulla illa tẽ pestate matrona luctus expers fuerat. PAVcæ adeo.c.u.c.d.periphrasis est matroꝝ.i.paucæ sunt matronæ.Fi dentinus clunicus cum hoc a nobis accipiat:ut furtum dissimulet longam uerborum seriem de pudicitia ex Va

MAN.
Media uena
Vena
Iuno pronuba
Hostiæ auratæ
Cereris sacra
DOM.

lerio recitat:sed tam imperite:ut cum perueniat ad ea pauca uerba q̃ nos protulimus in argumentum pudicitiæ
matronalis:te custode matronalis stola censetur:ille hæc omittat miser & rudis.

MER. ℂ PERituri cista latini.forsan superueniente latino uxor eius thymele ne cum adultero depræhenderetur:ur/
sidium uiminea cista occultabat:non sine mariti periculo.Horatius item mœchos sic occultari tradit his uersi/
bus. An turpi clausus in arca.Quo te dimisit peccati conscia herilis.Contractum genibus tangas caput. DELiti
as hominis:acclamatio in eum qui moribus sui sæculi non contentus electissimam mulierem quærat. TAR/
peium limen adora pronus:templum iouis capitolini. AVRatam iunoni cæde iuuencam:deorum honori Pli/
nio tradente in sacris nihil aliud excogitatum est:q̃ ut auratis cornibus hostiæ maiores duntaxat immolarentur.
Ouidius in metamorpho.x.Et blandis indutæ cornibus aurum Conciderant ictæ niuea ceruice iuuẽcæ. PAV
Thesmo/phoria cæ adeo cereris uittas contingere dignæ.Thesmophoria erant sacra cereris legiferæ:quæ per matronas castas
athenis celebrabantur:hæ ut castitatem custodirent amerinæ salicis foliis cubitus sibi sternebant:ergo impudi/
cæ mulieres sacris cerealibus non admittebantur.

VAL. ℂ QVID si.nõ pos.pu.si iũ.ul.ur.huic simile illud Virgilii. Mopso nysa datur: quid non speremus amantes.
QVEM to.texit perituri cysta latini:latinus mimus fuit qui mœchus:ut Probus inquit in cystam deuolutus
supueniente aliquo tegebatur:qui postea pp adulteriũ messalinæ punitus est. QVEM to.te.peri.cy.la.i.qui lati
nũ paulo longius adulteri partes agentem imitatus est eũ quasi periturus in cysta delitesceret. OMEdi.me.per
tũ.ue.quæ græce εντομε τωτῶ μεσ τητη appellatur. DELitias ho.deest o ut sit integrum:o delitias & deli/
tias pro delitioso:ut ipse rursum alibi. Te nunc delitias extra cõia,census ponendum.dicitur autem delitium neu
tro genere.Martia.stellæ delitium mei columba.& delitia fœminino:ut apud Plautũ mea uoluptas mea delitia.
TARpeium li.ado.numen capitolinum quod a uirgine tarpeia nomen habuit.nota est historia. ET au.iu.cæ.
iu.auratam pulcram aut auro tectam.iunoni q̄ impudicis grauiter esset infensa iuno mulieribus:unde & a numa
rege lex lata.pellex aras iunonis ne tangito.si tanget iunoni crinibus dimissis agnum fœmina cædito. PAVcæ
adeo ce.uir.con.di.i.cereris sacerdotes fieri paucæ meruerunt.aut q̄ uittas deorum cotingere nephariis esset ne/
phas.unde Virgi.manibusque cruentis Virgineas ausi diuæ contingere uittas.

Quarũ non timeat pr̃ oscula:necte coronã
Postibus:& densos p limina necte corimbos
Vnus iberinæ uir sufficit:ocius illud
Extorquebis ut hæc oculo cõtenta sit uno.
Magna tamẽ fama ẽ cuiusdã rure paterno
Viuentis:uiuat gabiis ut uixit in agro
Viuat fidenis:& agelo cedo paterno:
Quis tamẽ affirmat nil actũ i mõtibus:aut in
Speluncis:adeo senuerunt iuppiter & mars
Porticibus ne tibi monstrat̃ fœmina uoto
Digna tuo cuneis an habent spectacula totis
Quod securus ames:q̃dq̃ ide excerpe possis
Chironomon lædam molli saltante batyllo

MAN. ℂ TIMeat:tanq̃ lasciue data. Plutarchus in problema
Oscula mulierum tis scribẽs cur institutum fuerit:ut mulieres cognatos
ore oscularentur:An inquit ut multi putant q̄ iis uini
usus interdictus esset.& iccirco ne bibentes laterent:
sed domesticorum congressu redarguerentur.osculã/
di consuetudo inducta est.An q̄ cognatorum cõnubi
is lege prohibitis hoc comitatis genus ad osculum us/
que processit:& hoc solum cognationis signum & cõ/
municatio relicta est.Refert & duas alias causas:eæ ta
men placuere magis.Plinius item lib.xiiii.cap.xvi.sic
Cato ideo propinquos fœminis osculum dare ut sci/
Temetũ rent an temetum olerent hoc,tum nomen uino erat
Vnde & temulentia appellata. VNVS iberinæ uir
sufficit.Id superiori sententiæ accommodatur. EX/
torquebis.torquendõ elicies atq̧ extrahes. VIVat
gabiis:de gabiis late iam dictum est.Est autem sensus
uiuat in oppidis etiam paruis non solum magnis uti
urbs est in quibus cõpti sunt iuuenes ac multi:quæ qui
dem omnia in argo desunt. Et sic difficile erit castam
Fidenæ fore. FIDenis:Fidenates hetrusci fuerunt:& urbi proximi:ut Liuius primo libro ostendit.Et libro quarto inq̄t
Sed neq̧ capi poterat urbs alta & munita.postea ait:quia suapte natura tutissima erat.Et inferius.Classibus quo
que ad fidenas pugnatum:per quod ostendit iuxta tyberim sitas fuisse. ET Agello cedo paterno:idest concedo
q̄ rure paterno honesta uixerit si gabiis aut fidenis erit eiusmodi. ADEO:intantum. SEnuerunt iuppiter &
mars.Hos posuit pro adulteris:nam & in montibus & in antris ii stupra & similia sæpe commiserant ut passim
legitur. PORticibus:illuc enim mulieres conueniebant.Ouidius libro primo de arte.Tu modo pompeia len
Mulierum Spectacu/la tus spatiare sub umbra.Quum sol herculei terga leonis adit.Nec tibi uitetur quæ priscis sparsa tabellis:Porticus
auctoris liuia nomen habet. CVNeis:sedibus theatri:quo mulieres ibant.Ouidius ibidem.Sic ruit ad celebres
cultissima fœmina ludos.Copia iudicium sæpe morata meum est:Spectatum ueniunt:ueniunt spectentur ut ip/
Chirono/mia sæ.Ille locus casti damna pudoris habet. CHIRonomon lædam:Ordo est molli bathyllo saltante lædam chi/
ronomon Tuscia non imperat uesicæ: CHIRonomon lædam:idest saltationem gesticulatricem : læda enim
χειρ est hic saltationis nomẽ quæ chironomia.i.manuum,lege & motu agebatur χειρ manus dicitur.νομο moueo
νομοτ νομοσ uero lex dicitur. BAThyllo:mimo illo.

DOMI. ℂ NON timeat oscula:nã occurrẽtes affines osculabant̃ ueteri instituto quod scribit Plutarchus in q̃stiõibus.
Et uiri amicos cum mane salutabãt.Tiberius uero quottidiana oscula edicto prohibuit qd postea abrogatum est.
HIBerinæ:pro muliere quæ in urbe agat accipitur hoc loco. GABiis:ubi eruditi sunt Romulus & Remus si
Dionysio credimus.de hoc alibi plura. FIDenis:Fidenæ liberi iuris erant ante urbẽ conditã:nec.n.albæ pate/
bant ut etiã antennæ:Colatia:Lauiũ.Fidenates:uenerũt aũt in ditionẽ q̃uis aliq̃n tẽtauerint hostem perterefface
re nouo cõmento:nã furiali habitu in aciẽ processerũt:ut scrib.Florus. POrticibus.de porticu Pompei & isidis

intelligit:quo mulieres conueniebant:Martialis.Cur nec pompeia lentus spaciatur in umbra Nec petit inachi/do simia:ne futuat:idē apud Ouidium de porticu liuia. CVNeis:nā spectatores suis ordinibus spectabant q ap pellabantur cunei. Tranquillus qnquagenas tesseras in singulos cuneos equestres:ac senatorii ordinis pronūciauit. CHIronomō lædam:ego hunc locum p̄ter alioꝶ sniam interp̄tabor:quāuis Fidentinus clunicus tentauerit hoc nobis quoq̄ p̄ripere:sed tn̄ suam opiniōem non intelligit quā maxime probat:meā uero cōfundit quā male recitat:Ego Fidentine clunice ut discas:qui putasti subitum miserabile lōgum dici de membro uirili saltatoris & lædam esse nomē ꝓprium mulieris tempoꝶ Iuuenalis:te aliter docui:sed male accepisti. Audi iteꝶ.sed p̄ceptorem tuum postea cōsule:cū quo multis annis & summa familiaritate delirare dedicisti.Chironomia significat manuum gesticulationem a χιρ:quod est manus & νόμοσ lex:sunt.n.motus quidā p̄scripti.qbus saltātes manibus utunt̄.quod præsertim in græcoꝶ usu fuit:hoc eruditionis genus laudabat̄ apud illos quod scribit Fabius.Iuuenalis uero allaturus causas quare mulieres sunt impudicæ:id fieri ait spectaculis lasciuissimorum ludorū.quos .s.edebat Domitianus:primum oīum mollem saltationem exhiberi solitam ostendit:nā olim pyrrhica & saltatio amata sola in theatro exercebatur:integris urbis moribus.Sed postea gaditani modi & mollissimæ græcorum saltationes receptæ fuerūt per luxum temporum:illi aūt eas in plura distinguunt genera:ut εκα τεριλαό αερμαςριλασχειρονομια.quæ manuū gestu fit & τερμαρίσ quæ pedum ελακλιμοσ quæ calcibus ad humerum iactis a mulieribus fiebāt:chironomia aūt alii gestus dicebant̄ subiti:alii miserabiles:alii longi ueluti in dityranbicis alius χειρκλαλλάκνήσ.Alius ξυλὸν παραλίχισ alius οἰμηχ ιροσλαθιόκοσ. LAEda:nomen proprium saltationis est q̄ chironomia rep̄sentabat̄:& Titius ut auctor est Cicero saltatoris nomen ē: ait igitur mimo aliquo saltante lædam saltationem per Chironomiam spectantes mulieres emolliri & corrumpi. LAEdam chironomon.i.lædam saltationem:quæ chironomia fit. BAThyllus:puer amatus ab Anacreonte: ut scribit Horatius.Bathylli item populi septentrionales:ut scribit Ptolomæus:Bathyllus item uirga ferrea ut est apud Plinium quanuis Porphyrio apud Horatium aliter sit interpretatus.hic pro molli saltatore.

¶ QVArum nō timeat p̄r oscula:tāta est libido:ut filiaꝶ oscula p̄res extimescāt:utpote lasciuissima nec pietatis aut honesti affectus plena:quam rē & ī sticho senex a filiabus metuit. CORymbos:uua hæderæ corymbus dr̄. ET agello ce.paterno:sensus concedo ut infra limites paterni agri semp uixerit. PORticibus:quia in porticus frequentes mulieres defluebant.Ouidius in arte amandi. Tu mō pōpeia lentus spaciare sub umbra Cū sol herculei signa leonis habet. CVNeis spectacula totis:ad spectādos ludos ex oī urbis parte frequentes decurrebant fœminæ.Idem poeta.Sic ruit ad celebres cultissima fœmina ludos. Et spectatum ueniunt:ueniunt spectentur ut ipsæ. CVNeis:sedes theatri cunei dicebant̄ Virgilius.Per cuneos geminatus.n. CHIronomon gesticulatricem:nā interp̄tāte Quintiliano:chironomia lex ē gestus:Fit aūt a græco a χειρ & νόμω moneo apud Plutarchum in symposiis legimus chironomon saltatorē fuisse:Vnde hic erit ordo. Tucia non imperat uesicæ molli bathyllo saltante lædam chironomon. MOLli sal.ba pantomimo bathyllo mollius saltante. MER.

Cuneus

Chironomon

¶ NECte co.serta postibus apponas eius q̄ inuenieṫ uirgo. PEr lu.tē.co.aut hæderæ aut cuiusuis alterius stirpis:cū risum oē ꝓnūciādū qn̄ & ironicos dictū est. VNVs hi.uir suf.fœminæ:idq̄ pronūciātis adiuuādum uoce est uultuoseq̄ legēdum:un̄ & infert Ocius illud extorqbis:ut hæc oculo cōtenta sit uno:sensus est:illud potius assequere:ut hæc iberina aut quæuis mulier altero careat oculo q̄ ut uno uiro cōtēta sit. VIVat gabiis:in p̄uis degat oppidis ne dū in magnis.ut Roma est ubi lauti sunt iuuenes & aliæ q̄ ad libidinem inuitent illecebræ:q̄si ne tū quidem corrūpi potuerit iudicāda castissima est. VIVat fidēis.ac si dicat nō poterit cōtinenter. ET Agel. ce.pa.cedo pro cōcedo aphæresis pathos hoc ē tū cōcedā nō qa peccādi nullā haberet occasionē:sed qa mētem nulli sceleri obnoxiā habuerit uixisse castam. ADEo:eo usq̄. SENuerūt iup.& ma.quos in mōtibus antrisq̄ stupra & multos habuisse cōcubitus græcæ ferūt historiæ idq̄ generaliter accipiēdū est.Senuerūt:qa dixit sed ioue nōdū barbato. PORticibus ne tibi mōstrat̄ fœmina uoto digna tuo.q̄ tā alios q̄ te spectet trāseuntem:ut amoꝶ libidine trahi uideant̄ eas si qdē id nō eē castas arguit. CVNeis:ubi in theatrum cōuenere & numeroso cœtu theatra stipant̄ tota. QVOD se.ames:unde stuprum nō metuas.hoc dicit num in theatris:ubi totus ad spectandum coit populus est aliqua quā tibi castam eē possis polliceri: CHIronomō lædā:deest amat. dicūtur aūt chironomōtes:ut supra diximus manibus gestiētes:unde & nomē habuerūt. MOLli saltāte bathyllo:tucia uesicæ non imperat. TVCia in uetusto codice scriptū:sed qdā thusia scribūt.sensus aūt est dum batyllus pantomimus pedibus plaudit choreas tuccia libidinem uix potest cohibere. SALtante:saltare pedibus plaudere:unde alibi ipse uirorum saltus nigro tibicine. SALtante bathyllo mimo.allusitq̄ ad puerum quem anacreon se adamasse confinxit:unde & Horatius non aliter samio dicūt arsisse bathyllo amacreonta trium. VAL.

MAN.

Tuscia uesicæ non imperat appula gannit
Sicut in amplexu:subitū & miserabile longū
Attēdit thymele:thymele tunc rustica discit
Ast aliæ quotiens aulæa recondita cessant:
Et uacuo clausoq̄ sonant fora sola theatro
Atq̄ a plæbeis longe megalesia:tristes
Personā:tyrsumque tenent:& subligar acci
Vrbicus exodio risum mouet attellanæ
Gestibus autonoes:hūc diligit helia pauper

¶ TVScia.Thuscia hn̄t antiq textus:& ita legēdū qm̄ appula seqtur.Thuscia ergo.i.mulier a thuscia sicut appula ex appulia. VESicæ nō īperat:urinā cohibere nō pōt adeo libidinis furore corripit̄. Vesica āt loco ultimo posita ē:meatibus annexa illis porrectis a renibus ad ceruicē:ut ostendit Philosophus lib.prio de aīalibus. GANnit:gemit obmurmurat. SVbitū & miserabile lōgū:gestuū nomina hæc erant:ut Iulius pollux edocet. ATTēdit: obseruat. THimele:mulier quæ saltationibus oblectabatur.θυμελη proprie dicitur pulpitū scæna.θυμελικοσ istrio. DIScit:scilicet attēdere turpes gestus istrionis. AST aliæ quoti

θυμέλη

Thimele

ens.Sensus est q̄ aliquæ mulieres finitis ludis Mimorum tractant ornamenta:ludosq̃ agunt. AVLæa:uela depi/
cta. FORa sola.sola fora sonant:quia theatrū est clausum qd̄ prius sonabat ob ipsos ludos. APLæbeis longe
Megalesia megalesia.Designat hic Iuuenalis duo ludorum genera ludos:i.cybeleios q megalesia dicuntur & plæbeios: q qui
dem exactis regibus pro libertate plæbis facti.aut pro reconciliatione plæblis post secessionem in auētinū. Vt
docet Asconius libro secūdo uerrinarū.De quibus Liuius sic scribit libro.xxiiii.plæbei ludi.M.Aurelio Cotta &
M.Claudio Marcello consulibus ter instaurati sunt.Romanæ igitur mulieres quæ ludis gaudebant tristes erant
illis cessantibus & Megalesibus longo post tempore plæbeios sequentibus. MEGalesia.ii ludi magnæ matri
idest cybele erant dicati a Iunio Bruto:quod docet Liuius his uerbis.Marcus iunius Brutus ædem magnæ ma/
μεγαλη tris deum in palatio dedicauit:& ludos ob eandem dedicationem factos Megalesia appellauit μεγαλη autem
Persona magna dicitur.μεγαλενοσ mannus. THYrsum:hastam pampinis inuolutam. PERsonam:faciei tegmen:
persona autem dicta est a personando : quoniam indumentum illud oris & capitis una tantum uocis emit
tendæ uia peruium.& magis claros canorosq̃ sonitus facit:ut.C.Bassus putauit auctore Gellio libro quinto ca
pitulo septimo.Diximus & plura in satyra tertia. TENent:Domi continent ac tractant:hinc etiam ait inferi/
us.Si gaudet cantu:nullius fibula dura est:uocem uendentis prætoribus:organa semper in manibus dēsi radiant
testudine tota Sardonices:crispæ numerantur pectine chordæ. Quo tener hydimeles operam dedit.Hunc te/
net hoc se solatur:gratoq̃ indulget Basia plectro. SVBligar:quo pudendæ partes obteguntur id subligar:& sub
Subligar ligaculum dicitur.Cicero in officiis:Scænicorum quidem mos tantum habet uetere disciplina uerecundiam : ut
in scæna sine subligaculo prodeat nemo. ACCi.illius mimi. VRBicus:mimi nomen est. EXODio attella/
næ:erant exodia ridicula quædam ut Liuius uidet ostēdere:ait enim in principio libri septimi sic.Iuuētus istrio/
Exodium nibus fabellarum actu relicto ipsa inter se more antiquo ridicula intexta uersibus iactitare cœpit: Vnde exodia
q̄ exodia postea appellata cōsertaq̃ fabellis potissimum attellanis sunt quod genus ludorum ab oscis acceptum
tenuit Iuuentus:nec ab istrionibus pollui passa est.Hæc ille.de exodio etiam uideto satyra tertia. ATTellanæ:
Diomedes sic ait:Tertia species est fabularum latinarum:quæ a ciuitate oscorum.Attella in qua primū cœptæ:
Autonoe Attellanæ dictæ sunt argumentis dictisq̃ iocularibus similes satyricis fabulis græcis. GEStibus autonoes.idest
dum fabula autonoes agit:fuit autem Autonoæ cadmi filia thebarum regis & mater Actæonis conuersi in cer
uum:& a canibus lacerati:de quo in metamorpho.Hunc diligit Aelia pauper:idest aliqua nobilis pauper:ut fuit
Aelia de æliorum familia pauperrima ex qua fuit ælia quædam:quæ fauente narcisso studuit præferri Agrip/
pinæ & Loliæ Paulinæ in Claudii imperatoris matrimonium:ut scribit Tacitus & Valerius maximus libro q̄r/
to capitulo quarto de paupertate ubi de ælia familia scribens. INQuit q̄ sexdecim eodem tēpore ælii fuerunt
qbus una domuncula fuerat: & unus in agro ueiente fundus : inq̃ maximo circo flaminio spectaculi locus:quæ
quidem loca:ob uirtutem publice donata possidebant.

DOM. ¶ TVCia:uirgo uestalis quæ hausta aqua cribo ex Tyberi suspectam pudicitiam probauit.Tucia idest mulier
q̄ ēt sit altera Tucia. NON imperat uesicæ:nō abstinet pruritu libidinis. SVBitū & miserabile longum:idest
thymele.hæc ponit pro quacūq̃ muliere q̄ saltationibus oblectat (ut ante diximus)attendit & obseruat singu/
los gestus Chironomiæ:& subditos:& miserabiles:& longos:hæc erāt nomina gestuum tanq̄ discat:hæc accepi
mus ex iulio polluce:quo auctore hūc locū ita intelleximus. THYmele tunc rustica discit:per irrisionē legendū
quasi dicat obseruat singulos motus saltationū.atq̃ ita discit. SVBligar:indumentū athletæ ad uirilia tegenda
& cōpescendam libidinē:quod in olympico certamine olim sumptū est:ut scribit Thucidides.Athenienses uero
eodem auctore nudis corporibus uncti oleo primi in gymnasio se exercuerunt.Aliæ inquit quotiēs ludi cessent
theatrales & ludi circenses longe sunt a plebeis:idest quotiens ludi circenses perfecti sunt & ab his discesserūt ple
bei.nam plebs ludis circensibus in primis obtectabat & sacrum populare a Martiale appellat quod gratū sit po
pulo.alibi Iuuenalis.Nam si deficeret mœstam attonitāq̃ uideres hāc urbem. MEGalesia:dicti a μεγαλι qd̄
significat magnā.Nam magnæ mariti erant dicati a Marco iulio Bruto:ut scribit Liuius. Quid garriunt:non
nulli quod discedētibus plebeis nobiles manerent immo discedentibus plebeis cessabant ludi:qa in plebis gra
tiā exhibebantur. VRBicus:Pompeius apud Tacitum: Vrbicus infans apud Martialem.Hic mimus exodia/
rius:nā exodia ut ante dictū est attellanis fabulis erāt inserta ridicula cōtinētia. HELia:p muliere paupe hic po
nitur.Nā heliorum familia pauperrima fuit:adeo ut.xvii.Helii eodē tēpore domūculā eādē habitauerint:unū tan
tū habētes agrū ueientanū & locū spectādi in circo ex eadē familia helia fuit:q̄ fauente narcisso studuit præferri
Agrippinæ & iuliæ Paulinæ in Claudii impatoris mr̄imoniū:auctores sunt Valerius Porphyrio Corn.tacitus.

MER. ¶ TVCia uesicæ non imperat.sensus p̄ gaudio Tucia urinā cohibere non pōt:adeo rapitur in furias spectan
do. GANnit:obmurmurat:proprie est uulpium gānitus.ergo dulci murmure tanquā in amplexu uiri utitur:
SVBitum & miserabile.sensus hic rustica & imperita puella obseruans subitam illam & miserabilem atq̃ lōgā
spectantis fœminæ uoluptatē discit:& ipsa impudicos gestus & turpem impatientiā. AST aliæ quotiens au/
lea recondita cessant.sensus hic aliæ mulieres cum theatra clausa sunt:plæbsq̃ in agēdis rebus negociosa manet
instrumenta & ornamenta histrionica tractant:ludosq̃ agunt:nec finunt citharœdos aut comicos quiescere.
MEGalesia:ludi in honorem magnæ matris hoc est cybeles. PERsonam:laruam:ad tegendā faciē. THYr/
Subligar sum:hastam inuolutam pampino. SVBligar acci.quo pudendæ partes obteguntur.Id subligar & subligacu/
Subligaculum lum dicitur.Cicero in officiis scænicorum quidē mos tantam hēt uetere disciplina uerecundiam : ut in scænam
sine subligaculo prodeat nemo: ATTellanæ:fabula:q̄ ab attella ciuitate oscorum sumpta fuit:in qua ridicu/
attellanæ fabulæ læ personæ inducebantur rn̄debatq̃ græcæ satyræ:proprie autem Attellanicum dicebatur exodium. Liuius in
septimo ab urbe condita.Iuuentus istrionibus fabellarum actu relicto ipsa inter se more antiquo ridicula inte/
Exodium xta uersibus factitare cœpit:quæ exodia postea appellata:consertaq̃ fabellis potissimū attellanis sunt:qd̄ genus

ludo℞ ab oscis accepti teniuit iudetus. GEStibus autonoes:fabulæ de Autonoe:q auctonois mr̄ fuisse dicitur. VAL.
℄ VESicæ:uuluæ:ut ipse supra uetulæ uesica beatæ. APPula gānit.i.libidinis furore uexata in uocē pinde ac si in ipso sit concubitu tenuem erumpit:gānire enim est canū propriū cū murmure cōqueri uident:lucretius lōge alio pacto gannitu uocis adulant:Et cum deserti baubant in ædibus aut cū plorantis fugiūt summisso corpore plagas:inde ad homines translatū cuius compositū oggānio:plautus in asinaria: Cui nō licet unā rē semel præcipere,furi:quin centies clamē,atq ogganiam. SICut in amplexu subitum:ac si tenacissimis complexibus: quem uidet mimum complexura esset:ideoq gannit. ET miserabile:nomen pro aduerbio. LONGum:quando q appetit consequi non quit:queriturq q longum aut q ita in fabula inducatur aut certe:ut ipsa affectat:uel cum sequenti iungitur. LONgum:attendit tymelē.i.totum oculis lustrat theatrū:thymelē enim in emendatissimis uetustissimisq codicibus lego:deniq ut probus theatrū interptat:nā thymele a græcis theatri ea pars uocatur:ubi gestiunt histriones & θυμελικοσ ludius histrioq nominat:sensus est dum hæc a mimis uenerea gestu exprimuntur impudico qm̄ ea libidinem exuscitant cuncta attētissime spectant. THYMele: quasi a thatri scænis nomen hn̄s.i.ludia attendit:sed rustica utrum rudis & indocta:an q rustica urbanam imitet licētiā. AVlæa re.cæs.quoties sublatis,ex theatro ornamētis oēs domos iere. Aulæa:ut No.Mar.inqt:genus ē uestis pegrinū Vir.in.iii.geor.purpurea itexti tollāt aulæa britāni.& ē tanq paludamētū hitus militaris:imo & hoc Vir.uersu ornamētū q pietibus obtēdit ēt significat q in aliquo solet apparatu adhiberi:idq ēt græci quo℞ hoc uerbū est confirmant:Polybius ακουσαντα ταυτα ταλια τησ αυλαιασ γελα ο βασιλευσ & rursus: οδε λαβων εκ της παραπετασμενησ αυλαιας καλωδιον εαυτον απεκρεμασεν sed græci fœminino genere ptulerunt:latini aūt quātum ipse me legisse meminerim neutro semper:ut hic alibi:ex humeris aulæa togæ.ut Hora.in.ii.epistola℞.Quattuor aut plures aulæa pmunt in horas.idē in.li.sermonū.Interea suspēsa graues aulæa ruinas.In patinam fecere:hæc a latinis uela dicta sunt.Prop.Nec sinuosa cauo pendebant uela theatro. CLAusoq sonant fora so.the.sola quando,oēs abierant fora spectacula:nā ut Festus pompeius docet: multis modis dictum a ueteribus forū est. A Ple.subaudi ludis.Megalesia ludos magnæ matris.απο τησ μεγαλησ,dicta:ut Var.inqt a græcis q ex libris sibylinis accersita ab atalo rege pergami ibi prope murum megalesiō in templū eius deæ:unde aduecta romā est. TRIstes:amantes aut certe tristes quia spectare desiuerūt.
PERsonā thyr.te.aīo retinent & rerū quas uiderūt qdam aīo tenēt effigiē. THyrsum:quē manibus histriones dū bacchas agūt gestāt. ET su.ac subligar q & subligaculum nominat amictus fuit:quo pātomimorum tragœdorum & comœdo℞ inguina religabant. ACI.p aci nomen ē acius mimi. VRBicus ex.ri.mo.atel.ge.an. ordo est urbicus exodio autonoes attellanæ mouet risum gestibus:urbicus nomen exhodiarii licet apud Marti. hoc nomine poeta fuisse legatur q nō optimus urbicus poeta & puer apud eūdem.Cōditus hic ego sum bassi dolor urbicus infans.Cui genus & nomen maxima roma dedit. RISum mo.contione:quam ipse exhodiarius saltat. ANTonoes.de antonoe sorore agaues semeles & inus cōfictæ fabulæ. Attellanæ proprie comœdiæ fuerunt:quæ res serias in risum uertebāt:sic ergo & urbicus p antonoē risum mouet nisi q Diomedes dicit attellanas latina tātū habere argumenta his uerbis. Tertia spēs est fabularum latina℞ quæ a ciuitate oscorum attella in qua primum cœptæ:appellatæ sunt attellanæ:argumentis dictisq iocularibus similes satyricis fabulis græcis HVNC di.ælia pauper:hunc alium & est sensus pauperum aliæ pantomimos:aliæ exhodiarios amant.

Soluitur his magno comœdi fibula.suntq
Chrysogonū cātare uetent hispula tragœdo
Gaudet.an expectās ut quintilianus ametur.
Accipis uxorem:de qua citharœdus echion
Aut glaphirus fiat pr̄:ambrosiusq choraules

℄ SOLuitur.ad coitum.s. FIBula.utebant comœdi & citharœdi nō tā ut uelarent pudēda:q ut a coitu cōprimerentur:ne eo raucescerēt ut celsus docet. Mulieres uero hos ad coitum magno precio cōducebant eis uidelicet soluēdo.Martialis li.vii.Menopili penē tam grandis fibula uestit. Vt sit comœdis omnibus una satis:hunc,ego crediderām.nam sæpe lauamur in uno Sollicitum uoci parcere flacce suæ.Dū ludit media populo spectante palæstra.Delapsa est misero fibula:Verpus erat.Idem libro.xiiii.Dic mihi simpliciter comœdis & citharedis fibula quid præstat:carius ut futuant. CANtare uetant.propter coitum:scilicet qui raucos efficit. VT Quintilianus ametur.Sensus est q mulieres Mimos & histriones amant.non autem doctos uiros ac pbos:Qualis erat Quintilianus. ACCipis uxorem: &c.Similiter fere Ouidius lib.iii.de amoribus:ait enim.Et cole quos dederit: multas dabit uxor amicos. ECHIon.hic citharœdi nomen.In metamorphosi.uero cadmi socius in construendis thebis. GLAphyrus: citharœdi nomen: interpretatur autem festiuus iucundus astutus ornatus politus.Martialis libro quarto,ait:Plaudere nec cano plaudere nec Glaphyro. AMBrosius choraules:Ambrosius uiri proprium: sed interpretatur diuinus aut immortalis.Choraules autem est is qui in choro fistulam inflat:est igitur tibicen χοροσ enim dicitur tripudium cœtus:chorus αυλοσ tibia fistula αυλεω tibia cano.

MAN. Fibula Comœdorum Echiō Glaphyrus ambrosi* Choraules χοροσ αυλοσ αυλεω. DOMI.

℄ FIBVla:utebantur comœdi & Citharœdi:nō tam ut uelarent pudenda:q ut a coitu comprimerentur ne eo raucescerent:sed mulieres in uetitum nitētes hos ad coitum magno precio conducebant: Martialis.dic mihi simpliciter Comœdis & Citharœdis Fibula quid præstat:carius ut futuāt. HISPula: epistola Plinii nota mulier nam eius fratris filia Plinio nupserit integris moribus & pudicitia fœmina: Plinius: Nec aliud decet manibus tuis educatam: tuis præceptis institutam: quæ nihil in contubernio tuo uiderit: nisi sanctum honestumque: ponitur igitur hispula ut supra Tucia: pro muliere quæ pudica uenerit in spectacula: sed illic corrumpebatur: quod autem amarent comœdos.Martia.comœdi tres sunt sed amat tua paula luperce quattuor. ECHIon:

citharœdus tebanus unde tebæ echioniæ: is fuit socius Cadmi: ut scribit Ouidius: hic pro citharœdo tãtum. GLAphyrus: citharœdi nomen etiam apud Mar. PLAVdere: nec cano plaudere nec Glaphyro: alibi. Plus habuit glaphyrus plus philomelus habet. CHOraules: choraule a græcis a nostris Tibicines appellantur χορὸς enim chorum significat & αυλοσ tibiam magna olim estimatione & mensis principum grati. Tranquillus de Galba. Cano inqt choraulæ mire placenti super cœnã denarios quinq; donauit. Idẽ Plutarchus in Galba in hoc genere claruerunt Ismenias. Dionysiodorus: Nicomachus: Ambrosiæ autem dapes principum dicebant quibus exhilarãdis qm̃ adhibebat choraules: Ambrosius appellat a Iuuenale. Quam turpiter errat præceptor Fidentini quã pueriliter insanit bone deus: ait enim choraulem accipi pro proprio nomine: idq; affirmat Tranquilli testimonio in Nerone: qui scribit eum nouisse se proditug: hoc est se exhibiturum hydraulem & choraulem & utriculariũ hic inuertens legit peritug: idest necaturum choraulem quem accipio pro nomine proprio.

MER. ℂ SOLuitur his magno comœdi fibula: sensus magna persoluta pecunia refibulari uident comœdum: quem uocis seruandæ gratia Celso tradente infibulare consueuerunt: De huiusmodi infibulatione est Martialis distichon. Dic mihi simpliciter comœdis & citharœdis Fibula quid præstas: carius ut futuant. Et rursum de refibulato adolescẽte idem ait. Occurrit aliquis: inter ista draucus. Et iam pedagogo liberatus Et cuius refibulauit turgidum faber penem. Adolescentulos autem infibulabant interdũ uocis: interdũ ualitudinis causa: quæ infibulatio fiebat perforata utrinq; a lateribus cute: quæ super glandem extenditur atq; superadita fibula. id quod idem Celsus pluribus uerbis in medicinæ libris explicat. Sed quod fibula circulus sit æneus Columella de bobus loquens significat. ait. n. ænea fibula pars auriculæ latissima circunscribitur: ita ut manante sanguine tanq̃ o litteræ ductus appareat. CRISogonum cantare uetent: sensus hic: aliæ sunt mulieres quæ refracta fibula & refibulato pene: uoceq; per coitum mutata: uetent chrysigonum uocis gratia infibulatum cantare. TRAgœdo: tragœdus est is qui fibulam sub personis & cantu agit. Aut glaphyrus hunc aut comœdum: aut citharœdum existimare possumus: de quo forsan est illud Martialis. Plaudere nec cano plaudere nec glaphyro. AMBrosiusq; choraules: ab immortalitate deductum nomẽ. Nam αμβροσια immortalitatem significat. Choraules uero is est qui in choro fistulam inflat a græco. Nam χορος chorus αυλι fistulam significat.

Infibulatio & refibulatio — *Fibula* — *Ambrosius choraules*

VAL. ℂ SOLuitur his: Ab aliis. MAGno: subaudiendum precio uel lato munere. FIBVlã: Qua subligaculum cõtractum alligatur. SVNT quæ chrysogonum cantare uetent: epheborum enim uox per ueneris usum solet immutari. Causamq; philosophi plæriq; tradunt & ipse in primis Alexander Aphrodiseus in libro problematon: quæ nos latina olim fecimus: nomen autem citharœdi chrysogonus. AN Expectans. ut Quinti. ametur hoc dicit nulla sapientem amat hominem quia ne contra quidem amari potest. sed de populo uilissimi quiq;. Quintilia. qui rhetor & declamator fuit: pro quolibet prudentissimo posuit. ECHion: proprium. GLAphyrus lydii proprium. AMBrosius: proprium: choraules a choro & αυλοσ tibia: nam ut Diomedes refert pantomimus & pyraules & choraules in comœdia canebant. item quando inquit chorus canebat choricis tibiis: idest choraulicis artifex concinebat in canticis autem pyraulices responsabat: cum igitur comœdiarum membra sint tria: diuerbium: canticum: chorus a choro & tibiis choraules dicti.

Longa per angustos figamus pulpita uicos:
Ornentur postes: & grandi ianua lauro:
Vt testudineo tibi lentule conopeo: (infans
Nobilis eurialum: aut mirmillonẽ exprimat
Nupta senatori comitata est hippia ludum
Ad pharon: & nilum famosaq; mœnia lagi
Prodigia: & mores urbis: damnãte canopo.
Immemor illa dom9: & cõiugis atq; sororis

MAN. ℂ FIGAmus pulpita: pro ludis nuptiarum gratia agendis. IANua lauro: in nuptiis lauro domus ornabatur: unde Apuleius libro quarto ait. Domus tota lauris obsita: tædis lucida cõstrepebat hymenæum. VT TEstudineo: ordo est: infans nobilis: idest pulcher tibi o lentule in conopeo testudineo. idest curuo exprimat repræsentet referat, Euryalum aut Mirmillonem. LENtule: Lentulus bardiacus Lanista fuit secundum Plutarchum nobilissimus: ponitur hic pro quocunque Lanista. CONopeo: Conopeum uelum erat: quo in ægypto ad arcendos culices utebãtur: ut scribunt Herodotus & Porphyrio. κωνωψ ωδοσ: culex dicitur. EVRyalum: rætiarii nomen est. Rætiario pugnanti aduersus Mirmillonem cantabatur non te peto piscem peto: quid me fugis galle? quia mirmillonicum genus armaturæ gallicum est ipsique Mirmillones ante galli appellabantur In quorum galeis piscis effigies inerat: quod Festus scribit plura diximus in satyra secunda: Vicit & hoc monstrum tunicati fuscina gracchi. NVPTa senatori: hoc loco hippiæ immodestiã taxans alias quoque huiusmodi carpit: fuerat autem fabricatio ueientoni: De quo satyra quarta habuimus. LVDVm: Lusorem pro ludium: ludi enim & ludiones ab ludo, dicuntur: sic etiam Ludiæ mulieres. Ludiones autem istriones dicti sunt quod latius ex Liuio docuimus satyra septima ibi. Quod non dant proceres dabit istrio. PHARon: Pharos insula quædam est oblonga opposita alexandriæ. quæ continenti adiacet: bicipitem ad eam portum faciens: Nam cum littorea regio sit sinuosa duo promontoria in mari emittit inter quæ insula iacet: quæ portum claudit. Est ibi petra quædam mari circundata: quæ turrim habet multis tabulatis excellsam: & albo lapide mirifice structam: eodem nomine quo insula. Eam Sostratus Gnydius regum amicus posuit: ob nauigantium salutẽ ut epigramma declarat. Nam cum ora ex utraq; parte importuosa & humilis esset & cautes & breuia haberet: signum aliquod necessarium fuit altum & clarum: quo nauigantes ad portus ingressum dirigerentur. Strabo ita edocet libro decimoseptimo. Solinus uero scribit q᷑ ægyptũ in portibus machinas ad prælucendi ministeriũ fa-

Conopeũ — *Rætiarius* — *Mirmillo* — *Ludii* — *Ludiones* — *Pharos* — *Sostratus*

bricatas pharos dicunt. FAMosaq; mœnia lagi.i.Alexandriam:Nam ut Strabo libro decimoseptimo scribit. Ptolemæus lagi filius Alexandro successit.Famosa uero mœnia dixit:quoniam ut idem Strabo meminit. Omnes post tertium Ptolemæum male uixerunt delitiis corrupti:omnium uero pessime quartus:& septimus & ultimus Auletes:aut famosa Pompei cæde. Vel potius famosa dixit propter luxum & uirorum & mulierum i fossa quadam de qua iam dicemus. PROdigia:scelera seu prodigiosos mores. VRBis:idest romæ.Nam teste fabio libro sexto. Vrbis appellatione:etiam si nomen non adduceretur.Roma tamen accipi receptum est. DAmnate Canopo:Canopus centum ac uiginti stadiis distat ab Alexandria pedestri itinere uadentibus.Est autem in quadam nili insula.Ibiq; Serapidis templum & cultu & religione excellens ad solemnia cuius ingẽs turba per fossam ex alexandria descendebat:nam die ac nocte nauiculis plena erat uirorum ac mulierum impudenter canentium ac saltantium cum omni dissolutione:erantq; diuersoria fossæ imposita ad huiusmodi relaxationem & celebritatem idonea: Vt scribit Strabo libro decimoseptimo.Cum demum apud alexandriam & canopum ita lasciue uiuerent damnabant tamen urbis mores:tanquam turpiores. Pharos Lagus Vrbs Canopus serapidis templum Fossa canopi

¶CONOpeium:uelum erat quo in ægypto ad arcendos culices utebantur:ut scribunt Herodo.& Porphyrio Ego uero puto designari opus topiarum:idest cum serpentibus & textis ramis cubiculi camerati species effingitur:ut ex Plinio discimus:tu ornas inquit fores ramis in speciem Topiarii:ut tibi nascatur filius uel mirmillo uel retiarius:quasi dicat ut tibi sit adulter in tanto apparatu gladiator:nam post cytharœdos. Iam ait gladiatorem amari a mulieribus. LENtulus bardiacus:lanista fuit Plutarchi testimonio nobilissimus hic pro quocunq; lanista accipitur:tu inquit o posthume lentulus eris bardiacus paulo post & habebis familiam gladiatorum.Nam tibi nascentur retiarii & mirmillones. EVRialus:nomen retiarii. MIRmillo:is dicitur qui pugnat aduersus retiarum:in cuius Galea piscis effigies inerat:ut scribit Festus:& Tranquillus multis in locis ostendit. NVPta senato:Fabritio ueientono. CANopo.Canopus gubernator Menelai nomen loco dedit:ibi fossa est : ut scribit Strabo nocte dieq; plena cymbarum in quibus mulieres impudenter canunt & lasciuiũt:ut docuimus apud *Syllium*.Papinius.Curue thærapnæi lasciuia tota canopi. DOM.

¶IANVA lauro : lætis diebus sol bant prisci : ut Tertulianus scribit postes laureis obumbrare & præcipue nuptiis : Apuleius domus tota lauris obsita tedis lucida constrepebat hymeneum. TEStudineo:aut cortice testudinis ornato aut quadrato:Nam pompeius festus Testudinem pro quadrato accipit. EVRYalum:gladiatoris nomen. MYRMillonẽ : gladiatorem. Nam digladiantium alter retiarius : alter mirmillo appellabatur. PHARon : pharos insula olim nunc uero continenti coniuncta : quæ portum Alexandriæ efficiebat : in ea turris fuit in petra posita : quæ mari circunluitur : hanc excelsam & mirifice albo lapide extructam Sostratus gnidius Alexandrinorum amicus ob nauigantium salutem posuit:ex qua reliquæ turres lumine per noctem nauigantes ad portum dirigentes appellatæ fuerunt phari. FAMosaq; mœnia largi.'alexandriam significat. Nam Ptolemæus is : qui alexandro successit Lagi filius fuit : unde & lagidarum imperium cœpit : quod post multos annos morte Cleopatræ euersum fuit. FAMosa: aut cæde pompei famosa:aut mollitiæ ptolemæorum : qui fere omnes post tertium ptolemæum male uixerunt delitiis corrupti. MIRANte canopo : canopitæ molles & omni libidine contaminati fuere : Vnde magnum fuit flagitium : quod populus mollissimus & libidinosus miraretur. MER. Turris pharos Lagus

¶LONGA per angustos figamus pulpita uicos:ita enim nuptiis se solent apparare. VT Testudineo tibi lentule conopeo nobilis euryalum mirmillonem exprimat infans : ordo est : o lentule ornentur tibi postes & grãdi lauro ianua : ut nobilis infans exprimat tibi euryalum mirmillonem conopeo testudineo : sensus est ducis lentule uxorem : unde tibi nascetur puer : qui compræstoris quidem alicuius faciem gerere : certe gladiatoris aut mimmi. TESTudineo :camerato in modum testudinis. CONopeo : conopeum reticulum:'aut quoquomodo uelum quod arcendis culicibus a facie prætenditur. NOBilis : cognitus : nam illustris insignis præcipuus singularis egregius nobilis cognitionis non meriti & laudis nomina sunt quia tam de flagitiosis quam de claris dici inueniuntur. EXPrimat : referat euryalum gladiatorem. MIRmillonem : gladiatorem dicit : hoc enim nomine gladiatorem ueteres uocauerunt. Tranquillus de caligula.Mirmillonem e ludo rudibus secum baruentem & sponte prostratum confundit ferrea sicca : ac more uictorum cum palma discurrit : festus Pompeius retiario inquit pugnanti aduersus mirmillonem cantatur non te peto piscem peto : quod me fugis galle : quia mirmillonicum genus armaturæ gallicum est: ipsiq; mirmillones ante galli appellabantur : ut quorum gallis piscis effigies inerat : q; genus pugnæ institutum est a pittaco uno ex septem sapientibus : qui aduersus phrynonem dimicaturus propter controuersias finium : quæ erant inter atticos & mytilenæos rete occultæ latum impediuit phrynonem. NVPTA senato.co. est hip.lu.ludum pro ludium:idest lusorem. AD Pharon : pharos in ægypto oblonga paruaq; insula est iuncta ad extremum continenti portum ore gemino efficiens. AD PHaron : accusatiuus a nominatiuo pharos : ut inquit Cæsar:pharus est insula turris magna altitudine mirificis operibus extructa quæ nomen ab insula accepit : hæc insula obiecta alexandriæ: portum efficit : sed a superioribus regionibus in longitudine passuum nongentorum in mare lactis molibus angusto itinere & ponte cum oppido coniungitur : in hac sunt insula domicilia ægyptiorum & uicus oppidi magnitudine. ET Nilum : fluuium a nilo rege appellatum : ut locupletissimi tam latini quam græci auctores scribunt : licet quidam a nouo inferendo luto id nomen habuisse putauerint : quod sua inundatione tam feracem reddat ægyptum. FAMosaq; mœnia lagi τοαυτο ægyptum siquidem significat. FAMOsa: flagitiis nobilitata : lagus enim alexander ægyptiorum rex quem ptolemæi secuti sunt. FAMosa : infamis ut hoc ipse ostendit. PROdigia : q; par prodigio haberi debuerit romanã ciuem in ægyptũ usq; gladiatorem sequi VAL.

DAMnate ca.nā cum libidine & omni flagitioſo crimine famoſa ſit ægyptus:a romanis tamen uidetur ſuperari:canopus ciuitas fuit iuxta alexandriam:quam alexāder inſtar chlamydis ſuæ quæ fuit de ciuitate macedoniæ quæ pella nominabatur fertur condidiſſe. Virg.in.ii.georg. Nam quam pellæi gens fortunata canopi. Canopus autem dicta a quibuſdam putatur quaſi conobus a conobo Menelai gubernatore illic ſepulto:ſunt qui a culicibus nomen traxiſſe malint:& hinc conopæum appellatum tegminis genus ad arcendos culices quo maxime utuntur alexandrini:qꝫ ex nilo culices confluant:quos græci κονωπας uocant.

MAN ¶INDVLſit pepercit. Debuit enim reſpectu patriæ ſaltem id nō agere. PARidem:is pantomimus erat. LVDos:circenſes uel quoſcunqꝫ. IN Magnis opibus:ſcilicet eſſet. Hoc eſt quanuis diues & nobilis contempto tamen pelago ſecuta eſt gladiatorem. PAterna: propria non aliena ut pauperibus euenit. SEGmentatis cunis:ideſt zonis & cingulis quibuſdam depictis. Pli.enim libro ſexto capitulo trigeſimo quarto Segmenta circulos ſignare oſtendit:his uerbis plura: ſunt autem hæc ſegmenta mundi:quæ noſtri circulos appellauere:græci paralellos. MOLles cathedras.i. apud illas quæ ſedent in cathedris impudicis. Martialis libro tertio iter fœmineas tota qui luce cathedras. Deſidet &c. Molles autem ait:quoniā & aliæ nō molles. TYRrhenos fluctus: mare tyrrheniam radens tyrrhenum uocatur:ſed cum poſtea incuruet ad orientem ſolem ſiculum dicitur. Cum iam ad Iapigiam uſqꝫ reclinet:atque inde ad boream uerſus dilatet ſeſe Adriaci nomen accipit. Ac rurſus ad heſperiam citeriorem cōflexum Ionium efficit mare:quod Dionyſius ſcribit. IONium:fluctum ſcilicet. SENtina nauis fundum quo tota decurrit aqua:a ſentiendo dicta putet enim maxime. ILLA:ſupple quæ. MARitū ſcilicet ſequitur. HAEC:quæ mœchum ſequit̄. LVdia:ideſt ludii & luſoris uxor uel amica. IAM radere guttur:eum grādæuum oſtendit. Cum hirſutus eſſet ita ut gutur etiam raderet:& Tibullus inquit charior eſt auro iuuenis cui leuia fulgent. Hora. nec amplexus aſpera barba terit. Præterea Gellius libro tertio capitulo quarto oſtēdit in annis.xl. Publii Scipionis aphricani temporibus barbam uiros raſitauiſſe. SECto lacerto:ideſt tanquam ſi ſectus ei lacertus fuiſſet: mutilato enim aliquo membro requiem & miſſionem impetrabant gladiatores.

Segmēta

Tyrrhenū mare
Adriaticū, mare ionium ma re
Sentina

Nil patriæ idulſit:plorāteſqꝫ improba natos
Vtqꝫ magis ſtupeas:paridē:ludoſqꝫ reliqt
Sed q̄q̄ in magis opibus:plumaqꝫ paterna
Et ſegmentatis dormiſſet paruula cunis:
Cōtēpſit pelagus:famā contēpſerat olim:
Cuius apud molles mima ē iactura cathedras
Tyrrhenos igitur fluctus lateque ſonantem
Pertulit ioniū conſtanti pectore:quāuis
Mutandum totiens eſſet mare:iuſta pericli
Si rō eſt & honeſta timēt:pauidoqꝫ gelantur
Pectore:nec tremulis poſſunt iſiſtere plantis
Fortē aīum p̄ſtant rebus quas turpiter audēt
Si iubeat cōiuux: durū eſt cōſcendere nauim
Tunc ſentina grauis:tunc ſūmus uertitur aer
Quæ mœchū ſeqt̄ ſtōacho ualet:illa maritū
Couomit:hec iter nautas & prādit & errat
Per puppi & duros gaudet tractare rudentes
Qua tn̄ exarſit forma:qua capta iuuenta eſt
Hippia:qd uidit:pp quod ludia dici
Suſtinuit:nam ſergiolus iam radere guttur
Cœperat:& ſecto requiem ſperare lacerto.
Præterea multa in faciem deformia:ſicut
Attritus galea:mediiſqꝫ in naribus ingens
Gibbus: & acre malū ſemper ſtillantis ocelli:

DOM. ¶LVDos:ſcilicet circenſes quibus tota urbs tenetur:hoc autem dicit in inuidiam Domitiani:ut etiam paridem taxet. SERgiolus iam radere guttur:ego ita intelligo Sergiolum exuiſſe omnem formam cum barba ad guttur iam perueniſſet atqꝫ illic raderetur:tunc enim os plane erat uirile. Sed tamen ut īquit uidentur Narciſſi & iacynthi quia ſunt gladiatores quod affertur a nonnullis de raſitationis tempore ex Aulo gellio ita non conuenit ita ut ſit contrarium. REQuiem: id eſt miſſionem quam gladiatores impetrare ſolebant membro aliquo mutilato: martialis:nuper cum myrino peteretur miſſio læſo.

MER. ¶PARIdem:panthomimum intelligit hiſtrionem uidelicet elegantiſſimum. SEGmentatis cunis:quæ ſegmētis ornatæ fuerant. SEGmenta circuli ſunt:quos græci paralellos uocant:& monilia ſegmenta dicuntur: a ſecando deductum nomen. LVDia:a ludo factum nomen:ſic & ludiones & ludios apud liuium & Valerium legimus:eſt & uerbum aludio & aludior:quo Plautus utitur:quin etiam mulieres ludiæ dictæ ſūt. Martialis. Hermes cura laborque ludiarum.

Segmenta
Ludia
aludior

VAL. ¶NIL Patriæ indulſit:nulla patriæ caritate commota eſt. PLoranteſqꝫ impro.na:improba peruicax:ut & pluuiam cornix uocat improba uoce. LVDos:qui romæ fiebant ad populi oculos aureſqꝫ mulcendas. PARidem pantomimum. PLVma:delitiis:ut alibi ipſe plumas ſardanapali. ET Segmentatis dormiſſet paruula cunis: ſegmentatis plumatis uel aurata ueſte adopertis:& eſt ſenſus:tanto libidinis furore ferebatur:ut delicate & in magnis etiam opibus educata maris pericula & nauigationum incōmoda uitare contempſerit. CVIVS:ſubaudi famæ. APVD molles minima eſt iactura cathedras:ideſt matronas quæ in mollibus ſedent cathedris ocioſæ.

TYRRhenos igitur flu.tuſci maris procellas. Sonantem pertulit ionium in ſcopulos ſeſe confringentibus undis mugientem. PER tulit ionium:ionium mare:ut ionia attica ab ione dicta achæi fratre filio zuti filii æoli: & creuſæ quæ erechtheos fuit filia:& ionia ergo aſiæ:unde & aſiatici iones:in qua urbes fuerunt: epheſus: androclus. miletus. priene. colophon. lebedus. erythræ. phocea. claomenechios. ſamos. ionia quidem primam habet

breue:secũdã uero lõgã. Prop. At tu seu mollis q̃ tẽdit ionia seu Qua Lydia patoli tingit aratra liquor:& ionicus. Ho. in epodo:non atagẽ ionicus:ẽ.n. dimetrũ iãbicũ:necnõ ionides. Rufus Festus in descriptione orbis. Nec minus attollunt ionides isulæ ab alto. Ionius uero primã hẽt lõgã & secundã breuẽ:ut hoc in loco. IVSta pericli: p maria tolerãdi:hoc ẽ quæ honestatis cã nauigantes oĩa formidant:eædẽ si utilitatis necessitas:si honestas postulet:ut cum marito per maria nauigent:tunc nauseam patiuntur:tunc periculum metuũt. FORtem aium præstant:exhibẽt gerũt:p̄sto:p̄beo:& p̄sto excello uerbum itegrũ:nam ipersonale melius est significat. Vir. sed motos p̄stat cõponere fluctus:nã p̄sto a aduerbiũ cum uerbo substãtiuo iunctũ adsum significat. TVNc sentina grauis odorẽ ex sentina exhalãtem sibi molestiã exhibere cõquerit. TVNc sũmus uertit aer:q̃ magni oriant flatus igemit:nã uentus:ut Aristoteles etiã refert nihil aliud ẽ q̃ aer multus & subitus defluens cũ e terra siccæ & calidæ q̃dã formæ in sublime tollunt:q̃s mediæ regionis aeris horrẽdissima frigiditas uehementi ipetu deorsum p̄pellit. STOmacho ualet:ei stomachus nõ subuertit nauigatione. GAVdet tractare rudẽtes funes nauis ita dicti q̃ cũ uẽto uerberent rudere existimentur tam & si primæ syllabæ q̃titas nõ seruatur. QVA tamen exarsit forma:interrogando acrius lacerat. LVDIa dici su.i. gladiatoris uxor:ludius & ludia sicut & ludo uerbum a lydis inflexa sunt. Valerius maximus de institutis antiquis ea res inq̃t ludium ex hetruria accersendi causam dedit:cuius decora pernicitas uetusto ex more curetum lydorumq̃ a quibus tusci originem traxerunt:& q̃a lydius apud eos histrio appellatur scænico nomen histrionis inditũ est. SERgiolus:gladiatoris nomen sed diminutiuo usus p contemptũ ẽ. IAM radere guttur cœperat:guttur pro barba posuit:aut certe q̃d mentum & maxillæ citius pubescãt:& gutture serius barbire soleamus. SECto:saucio. REquiem sperare:rudem sibi dari fractus labore desideret. ATTritus galea:multis deturpatus uibicibus:ut mirum uideri possit ab hippa tãtopere dilectũ. SEMper stillãtis ocelli:p̄pter oculi lippitudinẽ:& diminutiuo usus:ut ob ægritudinem minorem effectũ oculum ostendat:quomodo Persius diminutiuo libidinẽ expressit:patranti fractus ocello.

Sed gladiator erat:facit hoc illos hyacintos
Hoc pueris patriæq̃:hoc p̄tulit illa sorori
Atq̃ uiro:ferrũ est q̃d amãt:hic sergius idem
Accepta rude cœpisset ueiento uideri
Quid priuata dom9:q̃d fecerit hippia curas
Respice riuales diuorum:claudius audi
Quæ tulerit:dormire uirũ q̃ũ senserat uxor
Ausa palatino tegetem p̄ferre cubili
Sumere nocturnos meretrix augusta cucullos
Linquebat comite ancilla nõ amplius una
Et nigrum flauo crinem abscõdente galero

¶HYACinthos.i. ita pulchros uti fuerãt hyacĩthus de quo late in metamorpho. habetur. FERrũ:gladiaturã. COEpisset ueiẽto uideri:si rude donaret:uideretur p̄fecto ueiento qui iã senex:uel sic potius. Si sergius acciperet rudẽ hoc ẽ non amplius gladiator esset relinqueret ab hippia:sicut relictus ẽ ueiento:& sic cõcludit hippiã sola gladiatura captam. RVDe: rudis uirga ẽrat qua gladiatores donati cessabant a gladiatura:ut scribit Priscia. lib. vii. DIVorum: iperatorũ. CLAudius audi. Claudius imperator Valeriã messalinam cõsobrini sui filiam in matrimonium acceperat: ut testatur Sue. Pli. aũt li. x. ca. lxxii sic ait. Cæteris satietas in coitu homini p̄pene nulla. Messalina Claudii Cæsaris cõiunx hanc regalem existimãs:palmam elegit in id certamen nobilissimam e prostitutis ancillam mercenariæ stipis eamq̃ die ac nocte superauit q̃nto ac uicesimo concubitu. TEGetem lupanaris locum respectu regiæ imperatoris tegetem appellat. PALatino:imperatorio:palatium namq̃ imperatores ut plurimum habitarunt. AVGusta imperatoris uxor. SVmere:pro sumebat. LINquebat:peccabat. ANCilla una:de hac iam diximus ex plinio. NIGrum crinem:nig̃ ait:quoniam matronis nunq̃ flaua coma dabatur:sed nigra:ut Seruius li. iiii. æne. scribit. CENtone:laneo pãno diuersis coloribus texto:super quem coire solebãt hmõi tegmen mutatis litteris celonem dicimus fitq̃ a κεντω uerbo græco:quod est pungo. Nam ut Strabo libro. vii. ostendit. Centones pilosi erant & hispidi:ait enim sic. Nomades & enim tentoris utuntur. Centonum instar pilo contextis:in palustris uitam degentes. GALero: galerus est ut uolunt a galea q̃ in modum galeæ esset.

MAN. | Rudes | messalina | Cento | κεντω

¶FERrum.i. gladiaturã Tranquil. De Nerone exhibuit ad ferr̃.i. ad gladiaturã. Ferrũ ẽ quod amant:q̃si dicat hos amãt nõ q̃a formosi sint aut diuites aut nobiles:sed tantũ q̃m sũt gladiatores:perditæ.n. nõnullæ hoc genus diligũt. SERgiolus:dictus isergi eius monumẽtum:q & ipse auctore Valerio matronã p̄missis pecuniis corrũpere tẽtauerat dãnatus a Metello celere. RESpice riuales diuor̃:a messalina ẽ exẽplũ de ipudicitia de qua hæc Pli. Cæteris sacietas i coitu:homini p̄pe nulla messalina claudii cæsaris cõiunx regalem extimãs palmam certamen elegit nobilissimã ex p̄stitutis ancillam mercenariæ stipis eãq̃ die ac nocte superauit q̃nto & uicesimo concubitu:& Tacitus iã messalina facilitate adulterior̃ i fastidiũ uersa ad icognitas libidines p̄fluebat: de hoc plura paulo post dicemus. TEGetem:fornicem meretricium. VNA ancilla:q̃ elegerat in certamine libidinis. FLAuo crinem nam matronis nigri crines dabantur:ut nigri calcei nobilibus ut diximus copiosius in commentariis Martialis.

DOM.

¶FACIT hoc illos hya. p gladiaturã nõ minus formosi sunt q̃ oli hyacinthus quẽ ob formæ p̄stantia Apollo amauit. ACCepta rude:rudis uirga:auctore Prisci. qua donati gladiatores a gladiatura cessabãt. Hora. Et donatum iam rude q̃ris Mœcenas iter̃ antiquo me icludere ludo. VEIento uideri:aut ueiẽtoni similis cuius persæpe hic poeta & Cornelius taci. meminit:ut Veiento hippiæ maritus fuit. RESpice riuales diuor̃:cæsares intelligit q rerum dñi: æmuli quodãmodo Iouis hẽbant:nã & Augustus dictus ẽ habuisse diuisũ iperiũ cũ ioue: & potestas pricipũ diis æqua p̄sæpe appellat. Narrat itaq̃ ifame illud Messalinæ facinus. Quæ claudii Cæsaris uxor tradẽte Plinio:regalẽ existimãs palmã elegit i certamẽ coitus nobilissimam e prostitutis ancillam mercenariæ sti-

MER. | Rudis | Egregium messalinæ facinus

Augustũ Nigra coma matronatum

pis: eaq; die ac nocte superauit quinto ac uigesimo cõcubitu. TEGetẽ: quã incolebãt pstituta mancipia. PAlatino cubili: iperatorio lecto. nã palatiũ cæsares habitarũt. MERetrix augusta: cæsarea & ueneranda. Augustũ enim augurio cõsecratũ dr. Ennius p Suetoniũ Augusto Augurio postq̃ inclita Roma cõdita est. Oui. in fast. Sãcta patres augusta uocãt augusta uocant' Tẽpla sacerdotũ rite dicata manu. SED nigro flauũ: crinẽ abscondente galero matronis scri Seruius nũq̃ flaua dabatur coma: sed semper nigra. ait Virgilius Didoni utpote impudicæ flauam dat comam. Nondum illi flauum proserpina uertice crinem abstulerat.

VAL. ¶SED Gladiator erat: hæc est sillogismi pars secũda cui tertiã subnectit: ferrũ est qd amant: ut sit explicata syllogismi cõtextio hippia marito deserto sergium sequitur non formosum nõ diuitem nõ iuuenẽ: hocq; assumptũ est syllogismi pars prima quã ipse exornans mõ interrogatione modo amplificand o affirmatione longius euehit: assumptio aũt syllogismi pars secunda atqui gladiator fuit: & quia gladiator ut pote armatus ab hippia adamatus ẽ: inde cõcludit: ergo nõ hominẽ sed ferrũ amat: sed pluralis numeri amãt ptulit: ut idẽ cæteras facere ostẽdat. FACit hoc illos hyacinthos. i. uideri formosos & ẽ assumptionis approbatio: absolutissimum enim epichirema: ut cicero putat: quinq; partibus cõstat. FACit hoc illos hyacinthos: hyacinthũ inqt Plinius comittatur fabula duplex luctũ præferẽs eius quẽ apollo dilexerat: aut ex aiacis cruore editi ita discurrentibus uenis: ut græcarum litterarũ figura ea legat inscripta. ACCeptã rude uirga: qua gladiatores donarent. COEpisset uciento uideri: deformis & stultus aut maritus hippiæ. RESpice riuales diuorũ. i. imperatorũ qui diui sunt dicti: dicunt autem riuini uel riuales alienæ mulieris una porci. TVLerit: passus sit: fatuus imperator qui messalinã suã impudicissime uiuere passus est: ut Tacitus in historia docet. DORmire uirũ: claudiũ. VXOr: messalinã dicit quæ octauiæ & britannici mater fuit: q nouas cuiusdã filii speciosi iuuenis uiuo Claudio nuptias adornasset interfecta ẽ. PALatino tegetẽ pferre cubili: tegetẽ fornicis & lustri tugurium. CVBili palatino: lecto Claudii cuius regia in palatio fuit. MERetrix: impudica mulier ut meretrix quæ de turpi quæstu uiuit. AVGusta: quia imperatoris uxor: qñ omnes ab augusto dicti sunt imperatores augusti: augusta inquit Tranquillus loca dicuntur religiosa in quibus augurato aliquid consecratur augusta dicuntur ab actu uel auium gestu gustuue sicut etiam Ennius docet scribens augusto augurio post quam indita condita roma est: hinc augustus cæsar dictus. CVCullos: breue uileq; tegmen quo caput humeriq; ad pluuiam arcendam conteguntur. LINquebat: subaudi maritũ. Ancilla non amplius cum ablatiuo: sic cæsar in. vii. cõmentario: ita ut non amplius quattuor digitis ex terra eminerent: & cũ nominatiuo idẽ in qnto eiusdem libri uolumine: quæ cũ annotinis priuatisq; quas sui quisq; commodi fecerant amplius octigẽtæ uno erãt tpe a littore discesserant: ac se in supiora loca abdiderãt: & cũ accusatiuo. Vir. in. i. æneidos: noctẽ non amplius unã falle dolo: eiusdẽ structuræ ẽ plus: dicimus. n. plus ac te. Oui. dii debet plura rogãtis: & hanc rẽ. Terẽ. in eunucho: nõ plus triduũ: uictruuius de architectura lib. vii. asseres directi disponantur inter se nec plus spaciũ habentes pedes binos: & paulopost: & ita a pariete distent: ut ne plus pateant palmum: in quo nostri atticos secuti uideri possunt q & πλειωμηνας τρεισ & μηνωντρηων dicunt: licet in quibusdam aliis idẽ cõpertum habemus cõparatiuis superlatiuisq;: ut ppius illũ. Cæsar cõmentario septimo uercingẽtorix cum ad suos rediisset proditionis insimulatus q castra ppius romanos mouisset: & pximus illum. Ci. pximus Põpeium sedebã: & illi. Pli. secũdus in epist. nam pxime frequẽti auditorio inter se cõtra multi ordinis nostri clare iocabanẽ itraui cõticuerũt: ut Ci. simillimũ deo iudico sed i cõparatiuis ubiq; ablatiuũ sicut & in superlatiuis genitiuũ plærique subaudiri uoluerũt. Sed ἐλλειπτικὸσ ẽ subaudiendum. n. ne agnosceret. NIGrum flauo crinẽ abscondente galero intrauit calidũ ueteri centone lupanar abscondente crinẽ quia niger fuit: qa matronis flaua coma nõ cõcedebaẽ sed nigra e diuerso meretricibus flaua ideo Vir. in quarto æneid. dixit. Nondũ illi flauũ proserpina uertice crinem abstulerat. GALero: capitis tegmine rotundo quodq; in modũ galeæ eẽt galerus dictus: ut ait Var. q nomen genere neutro galerum fronto protulit.

Intrauit calidum ueteri centone lupanar.
Et cellã uacuã: atq; suam tunc nuda papillis
Constitit auratis titulum mentita lyciscæ:
Ostenditq; tuum generose britannice uentrẽ
Excepit blanda intrantes atq; æra poposcit:
Mox lenone suas iam dimittente puellas.
Tristis abit: sed qd potuit tãtũ ultima cellam
Clausit adhuc ardens rigidæ tentigine uuluæ
Et lassata uiris nondum satiata recessit
Obscurisq; genis turbis: fumoq; lucernæ
Fœda lupanaris: tulit ad puluinar odorem
Hippomanes: carmẽq; loqr coctũq; uenenũ
Priuignoq; datum: faciunt grauiora coactæ
Imperio sexus minimũq; libidine peccant

MAN. ¶TITVlum mẽtita lyciscæ. Mar. li. iiii. ait facere in lyciscam paule me iubes uersus. Quibus illa lectis rubeat: & sit irata. Titulũ uero ait: qñ i cellæ frõte apponebaẽ. Mar. lib. xi. in cãtharum. Intrasti quotiens inscriptæ nomina cellæ Seu puer arrisit siue puella tibi.

Britannicus

BRItanice. Suetonius de claudio inquit: q ex Messalina octauiam habuit & quem primo Germanicũ mox britannicum cognominauit: britannicum uicesimo imperii die: inq; secundo cõsulatu natum sibi paruulum etiam tum & militibus pro cõcione manibus suis gestans & plebi per spectacula gremio aut ante se retinens assidue commendabat: fuit postea inter cœnandum cum Nerone sumpto ueneno ab locusta parato sublatus. AERA poposcit: in cypro prima fuit æris inuentio. Seruius autem rex primus signauit æs: antea rudi usos romæ Tymeus tradit. Signata est nota pecudum. Vnde & pecunia appellata. Auctor est Plinius Libro. xxxiii. & xxxiiii. Quod potuit est quoddam prodire tenus si non datur ultra. Inquit Horatius epistola prima. ADHuc ardens rigidæ tentigine uuluæ. Libido enim nunquam satiatur: & extincta reaccenditur usu crescit: nec rationi paret qui in

Aeris iuẽtio Pecunia

petu dicit:ut scri. Hieronymus i aureola. PV Luinar:lectū iperatoris. HIPpomenes.scri.Pli.lib.viii.eqs amoris inasci ueneficiū hippomenes appellatū in fronte:caricæ magnitudine colore nigro:qđ statim edito partu deuorat fœta:aut partū ad ubera non admittit:siquis preptū habeat:dr aūt ab hippon.i.equo℞:& Mania furia isania.Est etiā hippomanes uirus ab inguine equa℞ distillans quo tpe agitanť amoris furore:uñ Maro lib.iii.g.ait: hinc demū hippomanes uero qđ noie dicūt pastores lentū distillat ab inguine uirus:hippomanes qđ sæpe malæ legere nouercæ:de eo igiť Iuue.intelligit.Præterea nouercas malas eē ut plurimū ēt Plutarchus innuit.scri.n. Catonis senioris filiū patrē cōuenisse ueniāq₃ deprecatum eē si qd in eū patrauisset quo subiratus ac dolens sibi nouercā induxisset.Phūs itē li.vi.de animalibus scri.q̄ equæ incēsæ libidine aliquid emittūt:qđ hippomanes appellatur:eodē quo illud qđ nascitur noie qđ pcipue ad amoris ueneficia petitur:sed accipi eum humorē difficile esse aiūt q̄ paulatim admodū labitur.Paulo itē inferius ait.Quū equa peperit statim secundas deuorat atq₃ etiam qđ pulli nascentis fronti adhæret hippomanes dictum magnitudine minus carica parua specie latiusculum orbiculatum nigrum:siquis prærupto odorem moueat equa experitatur furitq₃ agnito eo odore:quapropter id a ueneficis petitur & percipitur mulierculis. PRiuigno:priuignus dictus q̄ antequam mater secundo nuberet est progenitus:pri enim antiqui prope dixerunt:ut scribit .

Hippo manes

¶TITVlum:nam cellæ meretriciæ inscriptæ erant suis nominibus Mar.Intrasti quotiens inscriptæ limina cellæ. GENerose britannice.Britannicus & Octauia nati sunt ex Claudio & Messalina britannicum nominat in claudii derisionem qui eum filium in delitiis habebat:sæpeq₃ suis gestabat manibus:& plebi inter spectacula frequenter cōmendabat: BRItannice:qui.s.in tantis delitiis es. FOEda.Mart.de Læda meretrice:quod spurce moriēs lucerna lædæ. HIppomenes:ut Pli.scri.caro est in fronte pulli equini caricæ magnitudine colore nigro qđ statim edito partu deuorat:alioquin partum ad ubera non admittit:id ad amoris ueneficium innascitur.ē item Hippomenes uirus stillans ex inguine equæ:est pterea frutex:ut scri. Theocritus in cantatione bucolica:quo eq insaniunt ιππος equum μανια furorem:distillante nunc intelligit cum addat priuigno. Virgilius de hoc qđ sæpe malæ legere nouercæ.Aristoteles de hippomene ait de eo ambigi quum alii stillans ex inguine equæ alii innatum fronti pulli equini tradiderunt.

DOM.

¶VETEri centone lupanar:centones ex pannis diuersorum colorum:uel lanis in unum condensatis atq₃ cōsutis fiunt:græca est dictio. Nam græce κεντον dr̄ fitq₃ a uerbo græco κεντω quod est pungo:auctore Eustathio:unde & Homero centones:& apud nostros Virgilio centones:quales fecit proba falconia:& Ausonius nō infestiuus poeta de Virgilii uersibus nuptialem cētonem cōcinnauit:& quid sit hmōi cento sic diffinit ad Paulū. Et si pateris ut doceā docendus ipse cento quid sit absoluam. Variis de locis:sensibusq₃ diuersis quædā carminis structura solidatur in unum uersum:ut coeant:aut cæsi duo:aut unus:& sequens cum medio. Nam duos iūctim locare ineptum est. Centones & Cilicia in usum castrorum accipit Nonius marcellus ex uerbis Sisennæ histori ci:qui libro quarto hæc scribit.Propius aceto madefactis centonibus iteguntur:quos supra perpetua classi suspē sa cilicia obtenduntur.Cato autem in re rustica:dum nouos fieri centones præcipit & alibi emendos centones:& sculponeas significare rusticum uestimentum uidetur.Similiter & Macrobius dum scropham sub centonibus iacere dixit:a centone centūculus per diminutionem fit. GENerose britannice uentrem:filium ex messalina susceptum Claudius britannicum appellauit:q̄ scilicet in expeditione aduersus britannos sumpta natus foret.

MER.
Homero centones
Virgilio centones
Cento quid sit
Centunculus

FOEda:grauior odore lucernæ erat Martialis. QVOd spurcæ moriens lucerna lædæ.Hippomenes.Virgilius in.iii.georgico. Hippomanes scribit esse uirus:quod ab inguine equarum:dum mares appetunt defluit: hinc demum hippomanes:uero quod nomine dicunt Pastores:lentum distillat ab inguine uirus hippomanes: qđ sæpe malæ legere nouercæ.Aristoteles uero in libro de historia animalium carūculam tradit in fronte equini pulli natam:quā circunlābentes deuorant:cui astipulatur his uerbis plinius:& sane innascitur amoris ueneficiū hippomanes appellatū in fronte caricæ magnitudine colore nigro:quod statim edito partu deuorat. Fœta autem partū ad ubera non admittit:siqs preptū habeat. At theocritus his uerbis herbā uult eē:q̄ amatoriū hēat ιππομανισ φυτονεσ τιπαν αρκισιγω ὰ επιπασαικαι πολοι μαινοντιαιαν ωρεα καιθοαι ιπποι.

Hippo manes

¶INTRauit:est ordo uerborum:intrauit calidū lupanar ueteri centone & cellā uacuā atq₃ suā subaudiendum intrauit. LVPanar:a lupis.i.meretricibus dictū. CENtone uelo laneo quod lana aut tomento consertum:ut ictus nullos patiatur:& ut existimo a κεντω.i.pungo inflexū:ut in comentariis apud cæsarē eāq₃ contabulationem sumā lateribus lutoq₃ constrauerunt nequis ignis hostiū nocere posset centonesq₃ iniecerunt ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringeret aut saxa ex catapultis lateritium discuterent:sisenna historia℞ li.iii.aceto madefactis centonibus integuntur:quos supra perpetua classi suspensa cilitia obteguntur.Cato rerū rustica℞ li.i.tres centones pueris sex culcitras nouem stragula:idem paulopost:uestimēta familiæ:tunica:saga alternis annis quotiens cuiq₃ tunicam aut sagum dabis prius ueterem accipito unde centones fiant.i.interiora uestimenta quæ super subuculis superinduere solemus bōbice inserta:columella:cultā uestitāq₃ familiam magis utiliter q̄ delicate habeat munitam diligenter a uento frigore pluuiaq₃ quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis centonibus cōsertis:& sagis cuculis. ATq₃ suam:sibi dicatam. NVDa pa.synecdochicos:ut nuda genu. AVRatis: pulchris uel auro exornatis. TITulū mē.ly.lycisca canis est ex lupa caneq₃ progenita. Vir multū latrante lycisca:sed hic aut propriū meretricis formosæ nomen accipiendū est aut effictum nomen αποτησ λυκησ quā græci prisci:ut Macro.etiam refert primam lucem quæ præcedit solis exortum appellabāt:unde & Apollo lycius & lycegenes est appellatus Ho.ευχεο δ απολλωνι λυκηγενει:γ λυτοτοξω proinde ita lucentem dictam meretricem ab hoc crediderim sicut ab Horatio formosus puer lyciscus nominatus est amor lycisci me tenet :unde expedire non amicorum quæant libera consilia:nec contumeliæ graues. OSTenditq₃ tuū ge.brin. quē tuū:unde editus es:britannicus autem hic messalinæ filius a nerone postea ueneno necatus ē:uenenū locu

VAL.

sta suggerente:ut Tran.scri. ATq; æra po.mercedẽ quo meretrix uideat sibi dari deposcit. SVAs di.pu. pro stibulas ad cellulas emittẽte lenone. TRIstis:cur tristis ostẽdit̃:nã nõdũ saciata recessit.de qua Pli.messalina in qt claudii cæsaris cõiũx hãc regalẽ existimãs palmã elegit in id certamẽ nobilissimũ e pstitutis ancillã mercenariæ stipis eãq; die ac nocte superauit qnto ac uicesimo cõcubitũ. OBScurisq; ge.tur.hoc dicit.lucernæ q̃:ut cæteris meretricibus in eius cellula fuerat incẽsa fuligine nigroreq; inqnata decedit. FOEda lu.lupanar pstibulum unñ lupanarius. Vlpianus de petitiõe hæreditatis:licet a lupanario pcepta sunt:nã & ĩ multoꝝ honestoꝝ pdiis lupunaria exercent̃. OBScurisq; genis:genas:qdam ĩtra extremũ supioris inferiorisq; cilii ambitũ eẽ uoluerunt alii ĩfra oculos q̃s malas appellamus:q̃s radi duodecim tabulaꝝ ĩterdicto antiq̃ uetuerunt pudoris sedes eẽ arbitrati:qđ ibi maxime oñdatur pudor alii ubi primũ barba orit̃. TVLit ad pul.maritalem lectũ sed decorum ut Ho.ornare puluinar deoꝝ aut eoꝝ q̃ diis pares haberent̃ ut hic:dr̃ aũt & hic puluinus:ut ipse supra & de puluino surgat eq̃stri:uñ puluillus ĩminutũ.Hora.in epodo.Inter sericos iacere puluillos amant. HIPpomanes car. lo.co.ue.pponit nũc qđ de mulieribus hactenus dicturus etiã sit. HIPpomenes:uirus ab equæ inguinibus pfluens q̃ in humana uiscera descẽdens furorẽ facit:uñ & nomẽ habet:nam ιππος equus dicitur & μαινομαι significat ĩsanio. Vir.Hinc demũ hippomanes uero q̃ noĩe dicũt Pastores lentũ distillat ab inguine uirus. Hippomanes quod sæpe malæ legere nouercæ. Miscuerũtq; herbas & nõ inoxia uerba.Est itẽ hippomanes ut Suidas exponit:in pulli eq̃ni frõte caro in modũ ficus nigra:lata circũquaq; cõtracta:quã mater fronte dentibus conuellit:q̃ siqs prius abstulerit ipsũ pullũ mater amplius nõ ẽ amatura:dicẽte etiã Vir.& frõti preptus amor:hac carũcula mulieres medicamẽta cõponẽtes uertere hoĩes ferunt̃ in furorẽ:unde & in hoc cui totã tremuli frõtẽ cæsonia pulli ĩfudit:licet Theocritus in carmine buccolico hippomanes in arcadia arborẽ eẽ scribat sic dictã:q̃ sub ea in furias uertant̃ equæ his uerbis ιππομανες φυτον εν αρκασι τω δ επι πασαι και πωλοι μαινονται αν ωρεα και θοαι ιπποι.nõ desunt q̃ apud sophoclẽ in aiace furente dicãt hippomanes locum eẽ ubi equi in furorẽ agunt̃. CARmen:excantamẽtũ. COctæ imperio sexus:utrũ uirilis sexus imperio:q̃ cum uirorum cãs hẽnt ad scelera uires seq; oñdant ĩ oĩa pmptissimas:an certe ĩperio sexus sui q̃ fœminaꝝ mentes facilius metu:ira:odioq; corrũpant̃:ac qm̃ nõ habet roboris tm̃ uñ uicia superent:sæpe infirmitate inflagitia decurrant.unde & grauiora q̃ uiri faciũt. MINimũq; libidine peccãt:si alia eaꝝ facinora inspicias.

Optima sed quare cæsonia teste marito.
Bis quigenta dedit:tanti uocat ille pudicam
Nec pharetris ueneris macer ẽ:aut lãpade feruet.
Inde faces ardẽt:ueniũt a dote sagittæ
Libertas emitur:coram licet innuat atq;
Rescribat:uidua ẽ locuples:q̃ nupsit auaro
Cur desiderio bibulæ sertorius ardet:
Si uerum excutias:facies non uxor amatur:
Tres rugæ subeãt:& se cutis arida laxet.
Fiant obscuri dentes:oculiq; minores
Collige sarcinulas dicet libertus:& exi
Iam grauis es nobis & sæpe emungeris exi
Otius & ppera:sicco uenit altera naso.
Interea calet & regnat:poscitq; maritum
Pastores & ouẽ canusinã:ulmosq; falernas

MAN. ⸿OPTima sed quare.Indicat aut dote sũma:aut decore nõ aũt pudore diligi mulieres. PHAretris ueneris quibus amare cogatur,propertius li.ii.de amore inquit.Et merito hamatis manus est armata sagittis. Et pharetra ex hũero gnosia utraq; iacet.Ante ferit qm̃ tuti q̃ cernimus hostẽ.Nec quisq̃ ex illo uulnere sanus abit.Vtq; Ci.li.iiii.tus.edocet.Amore captus abducẽdus ẽ nõ nũq̃ ad alia studia:sollicitudines:curas negocia loci deniq; mutatiõe tanq̃ ægroti nõ cõualescẽtis sæpe curandus est.Etiã nouo quodã amore ueterem amorẽ tanq̃ clauo clauũ eiiciendũ putãt. Maxime ãt admonẽdus quãtus sit furor amoris oĩbus.n.ex ãĩ perturbatiõibus ẽ pfecto nulla uehemẽtior &c.hæc ille. INDe:ab his qngentis. SAGittæ:amoris.s. EMit ab uxore diuite. CORam:pñte uiro. LICet:licitum est. INNuat:amator. VIDua.i.libera ac si uidua eẽt & ab uiro diuisa.Macro.li.i.sat.ait.Iduare hetrusca lĩgua diuidere esse.Vnde uidua quasi ualde idua:idest ualde diuisa.Aut uidua ab uiro diuisa. BIBulæ:semp bibentis. RVGæ semitulæ:pellis contractiones ĩ fronte hoc loco. ARIDa:sanguine sicca. SARCinulas:reculas supellectilia. ET Exi &c.desinente pulchritudine amicitia quoq; nonnunq̃ desinit:ut scri.phũs li.vii.eth. GRAuis:molesta.Interea dum iuuenis est.

Amoris remedia

priuignus

Iduare

Vidua

CALet:formosa ẽ sanguine enim calescimus & formosi sumus. ET Regnat:hoc iõ quoniam dat facies animos facie uiolenta corinna est.Vt scribit Naso li.ii.de amoribus:& li.iii.inqt formosas superi metuũt offendere læsi:& li.i.fasto.fastus inest pulchris seq̃turq; superbia formam &c. OVEm canusinã.Canusium oppidum est dauniorum in apulia:ut docet Plinius libro tertio:idem quoq; lib.vii.scribit.Canusinas lanas rutili uelleris esse q̃s erythras uocant ερυθρος autem ruber dicitur ερυθραινω rubefacio. VLMosq; phalernas.Secunda uini nobilitas phalerno agro erat:qui ager a ponte campano leua petentibus urbanam coloniam.Syllanam nuper capuæ contributam incipit:auctor est Plinius lib.xiiii.c.ix.

Canusium

canusina

ερυθρος

phalernus ager

DOM. ⸿OPTIma:ostẽdit nullam diligi propter pudicitiam:sed aut magnitudine dotis aut forma.

MER. ⸿CALet,formosa est.Nam & per sanguinẽ & calescimus:& formosi sumus. OVEm Canusinam:in naturali histo.legimus summam nobilitatem habuisse lanas circa tarentum & canusinum:de quibus Martialis Hæc tibi turbato canusina simillima mulso. MVNus erit grande non cito fiet anus:hinc canusinatus deriuat̃:canusinam indutus uestem.Idem canusinatus nostro syrus assere sudet:& Sueto.Mulionibus canusinatis usum Neronem scribit.Natiuum habuit hæc lana colorem:utpote pastu uel potu uel generatum:quam rem his uerbis Plinius innuit Item betica canusium saluas tarentum & suæ pulliginis.

Canusina lana

Canusinatus

Optima ſed quare cæſonia:antipophora:hoc enim dicit cæſonia pinde ac ſi optima ſit laudat:atqui ingentẽ de/
dit dotẽ:nõ ergo laudatur ſed ludit. BIS qngenta:mille ſeſtertia uel talenta. TANti uo.ille pudicã: reſpõſio ad
anthypophorã. NEC phare.uene.ma.ẽ.non maceratur ueneris cupidine qui pharetratus pingitur ut Proper.
eleganter expreſſit:eruditiſſime uero alexander Aphrodiſeus in problematis:quæ nos latina fecimus. Eſt au/
tem inter plæroſq; auctores cõtrouerſia cuius ſit cupido filius:nã apollonius qui argonautica ſcripſit:ueneris filiũ
ſicut multi alii eẽ uult.Sapho aũt cœli & terræ.Simonides uero martis & ueneris his uerbis σχετλῖε ωαῖ Δο/
λόμηδεσ αφροδι τασ τονάρει δόλομῆχανὸ τεκεν. Ibicus aũt & heſiodus ex chao genitum uolũt Or/
pheus aũtẽ ſaturni inquiens ὅυταρερῶ τακρονοσ καὶ ωνευμάτα ωαντετέκνωσεν. AVT lãpade feruet
nunquid lãpade ꝙ in nuptiis faces adhiberẽtur quæ græce lãpades appellantur:an ꝙ libidinis incentiuis non ex/
æſtuet. VENiunt a dote ſagittæ:amoris ſpicula. LIBertas emit:hoc eſt ut illud plautinũ:uxorẽ cœpi dote im
perium uendidi.libertas emitur peccãdi:nã addit:coram licet fas eſt innuat.i.nutu adulteriũ cõmittat:aut coram
marito adulter innuat:unde Hora.& non ſine conſcio ſurgit marito. CVR deſiderio bibulæ ſertorius ardet:in
dotatæ & eſt alia antipophora. ET Se cutis arida:ſicca anilis. LAXet:in rugas cõtrahatur:cum ſenectus quaſi
intra cutem ſe receperit. SIC VE.altera naſo:quæ ſe tm̃ nõ emungat. INTe.dum adoleſcentula eſt. CALet li
bidine. ET Ouem canu.poſſideat oues apud canuſium uel ꝙ apud canuſium precioſa lana naſceretur. VL/
moſq; faler.ulmos ad quas oblaqueantur uites pro uitibus poſuit.

Q uãtulũ in hoc pueros oẽs; ergaſtula tota
Q uodq; domi nõ ẽ; & habet uicinus ematur
Menſe quidem brumæ; cũ iã mercator iaſon
Clauſus; & armatis obſtat caſa cãdida nautis
Grãdia tollũtur criſtallina; maxima rurſus
Myrrina; deĩde adamas notiſſim9 & berõicẽſ

¶Q VAntulũ:minimũ poſcit. IN hoc:i prædictis. MAN.
ERgaſtula.ſ emant.i.officinæ græce εργαςηριον
officina εργαζομαι operor. MERcator ia.alluſio ẽ
ad eũ q i põtũ uelleris aurei gratia nauigauerat.Poni/
tur hic pro quocunq; mercatore. MENſe brumæ
clauſus:p hyemẽ ſiquidẽ mare claudi uidetur nauiga/
turis. ARmatis:accinctis & paratis ad nauigãdum.
CANdida:niuibus ſparſa:per quod hyemis ſæuien
tis indiciũ habetur. Oſtendit autem poeta iminente
hyeme uirũ ab uxore cogi nauigare:ut ornaméta re/
portet. CRYſtallina:ſit Cryſtallus gelu uehementiore concreto:nec aliubi certe q̃ ubi maxime hibernæ niues Cryſtallus
rigent glaciẽq; eſſe certum eſt. Vnde & nomen græci dedere. Oriens & hanc mittit. Sed indicæ nulla præfer/
tur.Hæc & plura Pli.lib.xxxvii.κρυσταλλοσ autem glacies interpretatur. MYRrina:ea primũ in urbem i/
uexit pompeius oriens myrrina mittit humorem putant ſub terra calore denſari:ſplendor iis ſine uiribus nitor/ Myrrina
q; uerius q̃ ſplendor.Sed in precio uarietas colorum plura Plinius lib.xxxvii. ADAmas notiſſimus:maximum
in rebus humanis non ſolum inter gemmas precium habet adamas:diu non niſi regibus:& iis admodum paucis Adamas
cognitus hircino rumpitur ſanguine:ac ne aliter q̃ recenti calidoq; maceratus:& ſic quoq; multis ictibus unde &
nomen indomita uis græca interpretatione accepit. Adamas diſſidet cum magnete lapide:intantum: ut iuxta
poſitus ferrum non patitur abſtrahi:aut ſi admotus Magnes appræhenderit rapiat atq; auferat.Adamas & ue/ Magnes
nena irrita facit:& lymphationes abigit:metuſq; uanos expellit a mente.Plura Plinius libro triceſimo ſeptimo.
¶MERcator iaſon:Iaſonem poſuit pro omni negociatore qui nauigat. ET Caſa candida:ideſt niuibus con/ DOM.
ſperſa indicium hyemis ſeuientis.Inepte multi hoc loco ambages fingunt & congerũt:cum ſimpliciter dicat hye
me impediente nauigationem negociatoris:maritum ab uxore cogi nauigare in externas nationes:ut emat or/
namenta. CRYſtallina:chryſtallum ex glacie concreari putauit antiquitas κρυον nam gelu ſignificat:ex eo po/
cula fiebant maximo luxu:de quibus Plinius in ultimo ſcribit.Myrrina item ex humore condenſato ſub terram
conflabantur:primus Pompeius id poculorum genus attulit:Petronius unum tercentum ſeſtertiis emit.Cryſtal/
lum etiam ex ægypto Mar.quam tibi niliacus portet cryſtalla cataphus. ADAmas notiſſimus. Adamas diu
non niſi regibus & iis admodum paucis cognitus fuit:in æthiopibus tantum naſci putabatur inter delubrũ mer
curii & inſulam meroem:ut ſcribit Plinius idem tanti precii ut gaudium diuitiarũ diceretur.Cum igitur Iuuena/
lis uelit oſtendere Adamantem regibus tantum in uſu fuiſſe:ut ſcribit Plinius & locum deſignare unde mitteba/
tur ait adamantem peti q notiſſimus eſt:hoc eſt quod genus lapidis notiſſimum eſt:geſtatione berenicum regi
narum:earum utraq; fratri nupſit:nam Ptolemeus berenicem.Ptolemæi & ariſtonis filiam duxit:cuius crines
in cœlum relati putantur:per ſuaſionem etiam conomis mathematici:id Calimachus ſcripſit carmine elegiaco:
quod ad uerbum interpretatus eſt Catullus:altera Berenice Herodis filia nupſit Agrippæ fratri: fuerunt item
aliæ:quarum unius meminit Plinius in ultimo.
MERCATOR iaſon: alluſit ad eum qui euxinum pontum potiundi aurei uelleris gratia nauigauit.
MENSE brumæ: per hyemem mare uidetur claudi nauigantibus: in uere autem aperiri: quod deſignat MER.
Horatius: cum dicit ſoluitur acris hyemes graia uice ueris & fauonii. Trahuntq; ſiccas machinæ carinas.
ARMAtis: inſtructis ad nauigationem faciendam. CRYſtallina: a cryſtallo deducta dictio cryſtallum:
ut Plinius tradit ex gelu uehementiore concreto naſcitur: non alibi certe reperitur:qua ubi hybernæ niues ri/ Cryſtallũ
gent: glaciemq; eſſe certum eſt. Vnde & nomen græci dederunt. Nam κρίοσ gelu στελλω contraho: inde
cryſtallum gelu contractum. MAXIma rurſus murrina: a murra murrinum naſci exiſtimamus. Nam in
uſu murram habemus. Lucanus. Non erigit ægros Nobilis ignoto diffuſus conſule bacchus. Non auro murra
murraque bibunt. Martialis. Si calidum potas ardenti murra falerno. Conuenit & melior fit ſapor in/ murrina
de mero.Oriens tradente Plinio murrina mittit. Inueniuntur ibi in pluribus locis ne inſignibus maxime par
thici regni:præcipue tamen in carnania humorem ſub terra putant calore condenſari:Amplitudine nunquam

paruos excedunt abacos:crassitudine raro quanta dictum est potoria splẽdoris sine uiribus nitorq; potiusq̃ splẽdor. Sed in precio uarietas colorum circũagentibus se maculis in purpuram candoremq;. Fiebãt autem ex murrino abaci escaria uasa & potoria & trulæ. MAXima ergo murrina amplitudine & crassitudine quanta maxima inueniri poterant. Vasa murrina uidi ego uarii generis in thesauris diui Marci. Nam ut sunt Veneti religionis nostræ cultores pii atq; magnifici amplissima quæq; per terrarum orbem inuenta ad exornandam ædem opulentissimam contulerunt ergo ex oriente & Constantinopoli præcipue accersita fuerunt uasa diuersarum formarum ex gẽma:quam nunc uulgo Agatham dicunt:quam eandem esse murrinam collata gemma:cum iis q̃ Pli. scri. certo dephendimus. ADAmas notissimus & beronices. Adamas maximum in rebus humanis non solum inter gẽmas precium habet:diu non nisi regibus & iis admodum paucis cognitus. Hæc plinius apud quem de adamante plura leguntur. BERonices: Agrippa Rex iudæorũ:qui regnũ fauente & iuuante germanico Cæsare post mortẽ tyberii adeptus ẽ:moriens filiũ reliquit Aggrippam nomine septem & decẽ annorum:& filias tres Drusillã mariã & Beronicẽ:quæ Herodi patruo iuncta fuit. Hæc post herodis mortem multo tpe uidua fama discurrente:q; cum fratre coiret suasit polemoni regi lyciæ:ut circuncisus eam haberet uxorem. Sic enim iudicabat falsas oblocutiones posse mõstrari. Hæc in ultimo antiquitatis iudaicæ libro legimus.

Murrina Venetiis habẽtur. adamas agrippa Beronice

VAL. ¶ QVANtulũ:in hoc qd sibi poscit:minimũ.n.uidebit si cætera spectaueris. PVEros oẽs:seruitorũ multitudinẽ. ERGa:to. ad q̃ dãnati mittebant:ergastulũ & ergastulus Nonius Marcellus inquit ut genere ita intellectibus differẽt:nam neutro carceris locus est:masculino custos pœnalis loci. Lucillius in. xv. non ergastulus unus & alius iudicẽ apposuit ut nemo sniam libere magis quã ergastulus dicere possit. απο τοῦτο ἔργον. i. ab opere & ςέλλω:mittito deducitur. CVM iam mer. ia. clau. aut satyrice. qa lõga naue iasonẽ primum nauigasse ferunt ut Philostephanus auctor est:aut qa apud hunc merces pponerent:aut q; mercator fuerit & huius mercis negociatorem αποτου ονομάτοσ tanq̃ satis notũ dixit. IA. Clau. forte porticũ agrippæ dicit:in qua argonautæ picti spectati sunt:q; in eadẽ porticu:ut refert Probus:quodã anni tpe nũdinæ fiebant cui sane accedo sententiæ:nã hic me Probi mouet auctoritas. ARMatis nautis:ad nauigandũ paratis. OBstat casa candida:pro tẽpore. n. casas tumultuarias ex linteis cõponentes cõspectũ illius picturæ phibebant:aut clausus frigora deuitans.

CASA candida:qd niue obrupta sit. GRAndia tollunt:emunt. CRYstallina uasa de crystallo conflata. mar. Frãgere dũ metuis crystallina frãgere peccas. MAXima rursus myrrhina:pocula de myrrha facta. DEInde adamas notissimus:quo carior teneat adamãti inqt Pli. magni putant nomẽ ĩpositũ ab eo q; impetus hoĩum & iracũdias domet. ET Beronices in digito factus pciosior:beronice regina ægypti soror ptolemæi & cleopatræ annulũ pciosissimũ in matrimonio habuit:ab hac beronice urbs credit appellata & beronice ptolemæi philadelphi mater. Theocritus: αλλαθετισ βαθηκολπτοσ ακὸντιςαναχιλληαιαχιλα μθλήίσελάιχμητάπτλεμαιέιδιχμη ταπτολεμαίο αριζηλοσ βερονικα. Stra. aũt Cæsar inquit augustus herodis libros magno prosecutus est honore:similiter sororem solomon eiusq; filiam beronicem.

MAN. anthioch' cleopatra

> In digito factus preciosior: hunc dedit olim
> Barbarus icestæ: dedit hunc agrippa sorori
> Obseruãt ubi festa mero pede sabbata reges
> Et uetus indulget senibus clæmentia porcis
> Nulla ne de tãtis gregibus tibi digna uidetur
> Sit formosa decẽs: diues: fœcunda: uetustos
> Porticibus disponat auos: intactior omni
> Crinibus effusis bellum dirimente sabina
> Rara auis i terris: nigroq; simillima cygno
> Quis feret uxorem: cui constat oĩa: malo

¶ BARBarus incestæ. Idest Anthiochus cleopatræ uxori suæ:quæ quidem incesta erat:quoniam ut scribit iosephus. li. xiii. Mortuo ptolemæo demetrio uiro suo se iunxit matrimonio Antiocho demetrii germano. OLIim prius anthiocus dedit cleopatræ uxori suæ incestæ. Deinde agrippa beronicæ sorori suæ etiam incestæ ut iam dicimus. Nec est intelligendũ de duplici beronicæ:qm̃ in textu beronices est singularis genitiui tantũmodo. DEDit hũc agrippa sorori idest Beronicæ. Nam ut scribit Iosephus li. xx. Beronice post herodis mortem qui eius fuerat maritus & patruus multo tẽpore uiduata fama discurrente cum agrippa fratre coiuerat. HVNc dedit:dedit hunc:si uolumus eundem adamanta intelligere datum fuisse diuersis reginis ut cleopatræ & beronicæ:ut diximus quadrat & conuenit expositio illa:Barbarus incestæ. Idest antiochus cleopatræ uxori suæ. Si uero hunc dedit. i. talem exponere uoles:diuersos adamantas fuisse itelligemus. Eritq; expositio hmõi hunc dedit olim Barbarus incestæ:idest talem adamanta olim dedit herodes patruus beronicæ uxori suæ. Et hunc dedit hoc est talem agrippa dedit beronicæ sorori suæ:& sic eidem berõicæ itelligemus duos adamantas datos esse:& a patruo:& a germano:cum quibus omnibus concubuerat:ut ostendimus ex Iosepho. Erat hic locus implicitus:iam uero explicitũ credimus. SABbata sabbatum iudeorũ lingua requies interpretatur: ubi reges nudis pedibus sacris interesse soliti: Iustinus li. xxxvi. scribit Moysen ab ægypto cũ suis pulsum sacra ægyptiorum furto abstulisse:itaq; Damascena antiqua patria repetita montem Synai occupauit:in quo septem dierum ieiunio per deserta arabiæ cum populo suo fatigatus:quum tandem uenisset:septimum diem more gentis Sabbatum appellatum in omne æuum ieiunio sacrauit:qm̃ illa dies famem illis errorẽ q; finierat. Dicunt alii sabbatum hebraice latine requiem interpretari:eo q; deus in eo requiesset ab omnibus operibus suis. Est itaq; sabbatum dies septimus apud deos festus:quorum lingua ut aiũt Sabe septem significat.

Beronice

Sabbatũ Moyses Sabbatũ

SENibus:senescunt enim cum nõ occidant. VETus clemẽtia:ueteri enim lege iudeis phibitum est porcos comesse qre autẽ uideto in satyra. xiiii. NVLla ne de tantis:ostendit hoc loco poeta uix inueniri posse mulierẽ dignam:quæ. s. formosa sit:honesta diues. fœcunda:nobilis. Eamq; cui omnia illa constarent:intolerabilem esse

docet. POR ticibus: in atriis atq; porticibus magnarum domuu imagines stabat. unde Seneca ait epistola. xliiii. Non facit nobile atrium plenum fumosis imaginibus. Nemo in nostram gloriam uixit: neq; quod ante nos fuit nostrum est. Animus facit nobilem &c. CRInibus effusis: de sabinis bellum dirimentibus inter Romulum & Tacium lege fastos. libro tertio. Ait enim Ouidius. Iam steterant acies ferro mortiq; paratae. Iam lituus pugnae signa daturus erat. Quum raptae ueniunt inter patresq; uirosq;. Inq; sinu natos pignora cara tenent. Vt medium campi scissis tenuere capillis. In terram posito procubuere genu &c. RAra auis in terris: idest rara mulier erit formosa decens diues foecunda intacta &c. OMnia: praedicta scilicet. Statuae in atriis Sabinarum pax

¶ BARbarus: Ptolomaeus. DEdit sorori incestae: q ei nupserat. Catul. ex Callimacho. At tu nō orba luxi deserta cubile: sed fratris cari flebile discidiū. DEdit hūc. i. hoc gen' lapilli: scilicet adamātē. Nā qd cōfingūt nōnulli de quodāadamāte & uanitatis suae testes afferūt grauissimos auctores cū nihil de eo scribāt: me ab hac snīa nō deterret. HVNc: non hunc intelligas: quem sibi afferri iubent uxores a maritis: quomodo enim omnes unum eum adamantem petere potuissent: sed hunc: expone idest hoc genus lapilli: quasi dicat talis lapillus a reginis tātum solet gestari: quales fuerunt duae berenices: & Plinius ut diximus ait adamas diu nō nisi regibus & iis admodum paucis cognitus. SABbata mero pede: reges nudis pedibus incedunt: ut scribit Diodorus. Sabbatum lingua est iudaeorum: significatq; quietem: nam dux iudaeorum Moyses cuius meminit Strabo. Tacitus & Trogus montem Sinai occupauit: in quem uenerat per deserta arabiae magna fame & siti: tandem inuento frumento & aqua septimo die recreati sunt: unde sabbatum. i. diem quietis dixerunt: qui in omne aeuum ieiunio a Moyse sancitus est (ut tradit Trogus.) Apion uero scribit sabbatū appellatum: quoniam iudaei lobore fessi eo dolore splenis correpti sunt: a sabo quod splenem significat sabbatum deduci. Fidentinus uero cum hoc a nobis acciperet. Appianum dixit papion quoniam. f. & neutrum legit: & quae a nobis accipit ita cōfundit: ut plane ubiq; ignorantiam suam & praeceptoris scelus prodat. alibi plura de hoc dicemus. POR ticibus disponat auos: nam imagines maiorum in atriis disponebantur: quae ad funus alicuius gentilis proferebantur. SABina: nā sabinae bellum inter Romulum & Tacium diremerunt: notissima historia. & hae laudantur a castitate ut patauinae a frugalitate auctor Plinius in epistolis. COrnelia mater: haec olim habebatur insignis pudicitiae. Scipionis africani filia nupsit Cornelio Gracco: cui genuit. C. & Tyberium graccos: ad utriusq; filii eloquentiam plurimum contulit praeceptis suis: ut scribit Quintilianus: his sublatis per seditionem popularem missenum prae dolore concessit: ex hac exemplo utitur Iuue. superbiae matronarum: quoniā ut scribit Plutarchus ei gratissimum fuit facta Scipionis patris commemorare & iactare. DOM.

¶ NVDo pede sabbata reges. haec sacra Nudipedalia a Tertuliano & Hieronymo contra Iouinianum appellantur: quibus sacris hierosolymis agrippam & Beronicem interfuisse scribit Lucas in apostolorum gestis: quo item tempore Paulus Apostolus ante Agrippam regem & festum praesidem Syri causam egit. Apud eundem Iosephum in iudaici belli libro secundo. Beronice regina ut deo uota solueret pro salute hierosolymas uenisse: & pro more patrio hostiis caesis capillisq; derasis nudipes ante tribunal stetit. Egisippus uero in secundo belli iudaici libro scribit. Beronicem sororem Agrippae regis ad templum religionis causa uenisse: atq; festum praesidē Syriae obsecrasse ne acerbissima caede in populum desaeuiret. Astabat enim nudis pedibus religioni inseruiēs & erat in xisto quo in loco frater Agrippa iudaeos acri & copiosa oratione increpuit: ergo hic erit sensus: poscitur a muliere maritus eum adamantem: quem olim Agrippa iudaeorum rex hierosolymis: cum illuc ad nudipedalia cum magna pompa uenisset sorori quam simul duxerat donauit. ET uetus indulget senibus clementia porcis. Iudaeo carne porcina uesci non licet. VETustos porticibus disponat auos. in atriis atq; porticibus magnarū domuum stabant stemmata per imagines gentilium cum lineis distincta. BELlum dirimente sabina. Sabinae uirgines. quae in iura maritorum praedae nomine uenerunt intactae prius fuerant: sed cum iam matres forent obortobello ex iniuria raptarum inter Romulum & Sabinos mediae inter patres & maritos intercesserunt. Vnde pace facta in urbem receptus est rex Tacius. MER. Nudipedalia Tertulianus Lucanus Paulus apostolus Sabinae mulieres

¶ HVNc dedit olim barbarus: Ptolomaeus ne rex an certe herodes filiae sororis solomenis. INCestae dedit hunc agrippa sorori. iuliae q augusti fuit neptis: cum qua commisit incestum: quamobrem ab augusto ab urbe relegatus est. post augustum iussu Tyberii occisus est. nam cum ex scribonia uxore augustus iuliam filiam tulisset primum marcello octauiae sororis suae filio: tantūq; e pueritia egresso: deinde ut is obiit. M. agrippae nuptū dedit: ex agrippa & iulia nepotes tres habuit gaium & lucium & agrippā: neptes duas iuliā & agrippinam. iulias filiam & neptem oībus pbris cōtaminatas relegauit. agrippā nepotē ob ingeniū sordidū ac ferox abdicauit sepositq; surētū. post nihilo tractabiliorē imo ī dies amētiorē ī insulā trāsportauit: sepsitq; insup custodia militū: qdā beronicē aiunt herodis filiā & sororē agrippae regis iudaeorum fuisse: quā Titus imperator adamasse dicit: itaq; & hūc agrippā intelligi uolunt. OBSeruant, ubi festa mero pede sabbata reges. Et uetus indulget senibus clemētia porcis: longa periphrasi iudaeos significauit: apud quos quare hi sint ritus Tacitus exponit in historia. MEro pede. i. nudo. ET uetus indulget. concedit ut diu uiuant: idq; lege moysis: apud iudaeos enim inquit Tacitus senescunt porci: qm̄ iudaea oīs illis abstinet: ob scabiem cuius hoc animal perhibetur maxime contagionem īferre. DE Tantis gregibus: quos memorauimus: idq; subsanādo pnūciatione adiuuandum est. SIT formosa: uenusta. DECens: totius corporis gestu lepido ac eleganti. DIVes: magnam dotē secum ferat. FOEcunda: numerosam plem hāet. VETustos: ac p hoc nobiles & genere insignes. INTactior oī sabina: cōtinentior q romuli & tacii pugnā sparsis crinibus diremit: nā cū equestri neptūno: ut Liuius inqt ludos finitimis gētibus romulus indicasset: circunstantes populi cum familiis ad urbē uelut ad rē nouā simul & ludos conuenere: tū ad spectacula intentis aduenis raptae uirgines sabinorum: caeterarumq; turba: & in matrimoniū abductae: raptarum parentes ad ultionē illati dedecoris arma parant: romā petūt: contra romani ingruūt: cūq; aliquādiu acceri ime utrinq; pu VAL.

gnatum esset:& in media conualle duorum montium redactum præliũ:resq̃ romana eēt superior: sabinæ mulieres.quarum ex iniuria bellum ortum erat:crinibus sparsis scissaq̃ ueste:uicto malis muliebri pauore ausæ se inter tela uolãtia inferre ex transuerso impetu facto diremere infestas acies:diremere iras:patres hinc: hinc uiros orantes ne se sanguine nephando soceri generiq̃ respergerent:ne patricidio macularent ptus suos nepotum illi:hi liberorum progeniẽ:si affinitatis inter uos:si connubii piget:in nos uertite iras:nos causa belli uulnerum ac cædium uiris ac parentibus sumus:melius peribimus q̃ sine alteris uestrum uiduæ aut orbæ uiuemus.mouit res tum multitudinem tũ duces.silentium & repentina fit quies:inde ad fœdus faciendum duces ꝓdeunt:nec pacem mõ sed ciuitatem unam ex duabus faciunt:regnum consociant:imperium oẽ conferunt:romani ita geminata urbe:ut Sabinis tamen aliquid daretur:romani quirites a curibus appellati sunt. RARa auis in terris:hoc est insignis ea habenda mulier est quæ his prædia uirtutibus est.aut rara auis ad illud pertinet:q̃ raro possis inuenire castissimam:prouerbio.n.ita ueteres locuti sunt:ut Persius.Non ego cũ scribo si forte quid aptius exit.Quando hæc rara auis est siquid tñ aptius exit.Laudari metuã. NIGroq̃ simillima cygno.cum nullus omnino niger inueniatur. SIMillima cygno.sic Virgi.simillima somno:& Cicero simillimum deo iudico. CVI constant omnia:preciosa sunt aut constant suppetunt.sic Virgilius.Postq̃ cuncta uidet cœlo constare sereno.

Malo uenusinam:quam te cornelia mater
Gracchoꝝ:si cũ magnis uirtutibus affers
Grãde supcilíũ:& numeras in dote triũphos:
Tolle tuũ p̃cor hãnibalẽ:uictũq̃ syphacem
In castris:et cum tota carthagine migra:
Parce precor pæan:et tu depone sagittas

MAN. ¶ VENusinam:hoc ideo Iuuenalis ait:quia Horatius non alias uxores optandas q̃ sabinas aut appulas ostendit.De uenusio autem late diximus satyra prima.

Cornelia — Cornelia mater gracchorum scribit Plini.libro xxxiiii.c.v.q̃ corneliæ gracchorum matri:q̃ fuit aphricani prioris filia:sedens statua posita est in Metelli publica porticu:quæ statua tempore suo erat in Octauiæ operibus.De hac eadem Quintilianus lib.primo sic meminit.In parentibus uero q̃plurimum esse eruditionis optauerim:uerum nec de patribus tantum loquor.Nam gracchorum eloquẽtiæ multum contulisse accepimus corneliam matrem.Cuius doctissimus sermo in posteros quoq̃ est epistolis traditus.

Lælii filia — Et lælii filia reddidisse in loquendo paternam eloquentiam dr:& Quintilia.Hortensii filiæ oratio apud triumuiros habita legitur.

Syphax — SYPhacem:Scipio maior cognomẽto Aphricanus in aphricam tota mole conuersus Asdrubalis copias & Syphacis exercitus fudit:utriusq̃ castra facibus illatis una nocte deleuit.Quod Florus scribit.

Niobe — PARce precor pæan.Mulierum superbiam intolerabilem exemplo niobes ostendit:quæ quidem se latonæ prræposuerat.Vnde apud Ouidium lib.vi.met. Quis furor auditos inquit p̃ponere uisis.Cælestes aut cur colitur latona per aras?Numen adhuc sine thure meum est?mihi tantalus auctor Cui licuit soli superorum tangere mensas &c.In quascunq̃ domus aduerti lumina partes: Immensæ spectantur opes:accedit eodem.Digna dea facies:huc natas adiice septem. Et totidem iuuenes: & mox generosque nurusque.Quærite nunc habeat quam nostra superbia causam & cætera.Hæc propter iratus appollo Iuuenes ipsos sagittis strauit.Diana uero puellas.De Niobe item multa Diodorus libro quinto & Homerus libro ultimo iliados.

Pæan — PAEan:apollo dicitur:q̃ sagittarum ictu nocere putabant:παιω enim ferio dicit:quam sententiam Festus me docuit. ET tu:diana scilicet.

DOM. ¶ Malo uenusinam:alludit ad carmen Horatii:quo collaudat appulas & sabinas. SIPhacem:uicit Scipio in castris una cum Asdrubale numidarum regem eadem nocte cum primus coniunctus amicitia per nuptias abalienatus esset:scribunt Liuius & Silius. PARce:Amphion uxorem habuit quæ quattuordecim filiis fœcunda thebanas mulieres Latonæ sacrificantes redarguit:iussitque sibi exhiberi sacra:quoniam esset anteponenda Latonæ:Diana & Apollo iniuria materna commoti:niobes filios confixerunt ad unum sagittis:quo dolore mater in sypulum saxum uersa est.Gellius de numero filiorum niobes uarias refert sententias.Iuuenalis hanc inserit fabulam:ut mulierum superbiam redarguat.

MER. ¶ CORnelia mater gracchorum:hæc maioris Aphricani filia:ex Tyberio graccho duos genuit gracchos:qui eloquẽtia simul & popularitate freti p̃niciosas patriæ leges ferre conati sũt.

Cornelia — CVM magnis uirtutibus laudatur Cornelia a Valerio maximo:quod matronæ campanæ ornamenta sua pulcherrima ostentanti: non aurum: non gemmas:non deniq̃ uestes opposuerit:sed liberos qui maxima sunt matronarum ornamenta.

Supcilia superbiæ sedes — GRAnde supercilium:elationẽ & superbiã p supcilíũ intelligit.Nã ut naturali historia legitur:Superbia non aliubi conceptaculum sed in supciliis sedem hẽt:in corde nascitur hic subit hic pendet nihil altius simul abruptumq̃ inuenit:nisi solitaria esset.

Siphax — TOLle tuum:precor hãnibalẽ uictũq̃ siphacem in castris & hãnibalẽ deuicit Scipio & siphacem mauritaniæ regẽ post solutã fidẽ:quã Scipioni & senatui Romano ꝓmiserat:castris exutũ Romã captiuũ misit.Tum autem tributariã fecit carthaginem secundo bello finẽ imponens. AMPhion:niobes maritus.

VAL. ¶ VENusinam:pauperem de uenusio oppido. CORnelia:eloquens mulier.nã & Cicero legimus inq̃t epistolas corneliæ matris gracchoꝝ:apparet filios non tã in gremio educatos q̃ in sermone matris. MATer gracchorũ:quoꝝ titus(ut Cicero inq̃t)summus orator nõnullas scripsit oratiões:q̃ licet nõdũ satis splendide uerbis eẽnt pp illã rudẽ adhuc uetustatẽ:acutæ tamen & prudentiæ plenissimæ fuerũt:fuit siqdem hic diligentia corneliæ matris a puero doctus:& litteris græcis eruditus:nam semper habuit exquisitos ex græcia magistros:in eis iã adolescẽs diaphanem mytilenæum græciæ tẽporibus illis disertissimũ. SVPercilium:supbiã. NVMeras ĩ dote triumphos:quos maiores tui sibi parauere:unde apud Propertium cornelia.Quid mihi coniugium pauli q̃d currus auorum Profuit aut famæ pignora tanta meæ. TOLle tuum precor hannibalẽ:qui a scipione superatus cum uelut ultimo uirtutis opere adrumẽtum pfugisset:attritusq̃ inde carthaginem sexto ac trigesimo post anno

q̄ puer inde profectus erat rediisset:fassus in curia est non prælio modo se esse sed bello uictum:nec spem salutis alibi q̄ in pace esse impetrandam. VICtumq; siphacē in castris:iuuante.n.masinissa siphacē prehensū in castra Scipio perduxit:cū uero p̄cedētem siphacē uinctus sequeret̄ grex nobiliū numidarum:quantum quisq; plurimū poterat scipionis augendo uictoriam aiebat illū esse regem:cuius tantum maiestati duo potentissimi in terris tribuerunt populi romani carthaginensesq;:ut scipio impator summus ad amicitiā eius petēdam relicta prouincia hispania exercituq;:duabus quiquiremibus in aphricam nauigarit:& habuisse asdrubalem pœnorum imperatorem:romanorumq; scipionem uno tempore apud quem pacis fœdera poscerent:iam & tantas habuisse opes ut masinissam regno depulerit:qui in latebris ferarum modo in siluis degere inuentus est:his sermonibus effusa multitudine uelut ad spectaculum triumphi rex in prætorium ad scipionem est perductus:postq; multa scipionis ad regem regisq; ad scipionem dicta:demum lælius siphacem ipsum cum prioribus numidarum captiuis romā ducit:quæq; in aphrica gesta essent:oīa exposuit ordine:patribus ingens oīum & in præsens lætitia & in futurū spe.consulti inde patres regem in custodiam albā mittendum censuerunt. ET cum tota carthagine migra:carthago a theucro primum cōdita: ut Silius italicus: Vrbs colit̄ theucro quōdam fundata uetusto.Noīe carthago: ut alii putant a phœnicibus annis qnquagita ante iliū captū:cōditores xorus & carchedon fuisse existimant̄: ut alii putāt Dido mulier e tyro in lybiā profecta:carthaginenses maris magnā primū p̄tem tenuerūt:inde in siciliam sardiniam & ad insulas oēs penetrarunt & bello eas sibi subiecerūt:septingentis deīde annis:ex quo urbem romani condiderant siciliam carthaginensibus abstulere:inde sardiniam:secūdo autem punico bello hiberiam oēm pœni italiam omnem duce hannibale depopulati sunt:romani contra cornelio scipione maiore duce carthaginem cœperunt:reddideruntq; tributariā:post facta sunt fœdera quæ ad qnquaginta usq; annos p̄durarūt post tertiū īchoatum bellū:in quo minore scipione romano duce carthago subuersa est.id ē quod ait. cum tota carthagine migra. PARce p̄cor pæan:apollo dictus pæan.ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀνίας: q̄ medicinæ fuerit inuentor:uel ἀπὸ τοῦ παίειν.i.a feriendo q̄ radiis feriat.i.pestem immittat:ut Homerus ī primo iliados ostēdit. NIL pue.fa.delinquūt. AMPhion pr̄:maritus niobes. SED pæan contrahit archum:in filios:diana in filias & occidit:q̄ niobe ausa fuisset dicere:sobolis claritate non se latona uideri inferiorem.Homerus.τοὺς μὲν ἀπόλλων πέφνε ἀπ' ἀργυρέοιο βιοῖο χωόμενος νιόβῃ. τὰς δ' ἄρτεμις ἰοχέαιρα οὕνεκ' ἄρα λητοῖ ἰσάσκετο καλλιπαρήῳ φῆ δοιὼ τεκέειν. ἡ δ' αὐτὴ γείνατο πολλούς.

Nil pueri faciūt:ipsam configite matrem:
Amphion clamat:sed pæan contrahit arcū.
Extulit ergo gregē natoꝝ:ipsamq; parentē:
Dum sibi nobilior latonæ gente uidetur:
Atq; eadem scropha niobe fœcundior alba:
Quæ tāti grauitas:quæ forma ut se tibi semp
Imputet:huius eni rari summiq; uoluptas
Nulla boni:quotiēs animo corrupta supbo
Plus aloes:q̄ mellis habet:quis deditus aūt
Vsq; adeo est:ut non illā quā laudibus effert
Horreat:inq; dies septenis oderit horis:

℄ AMPhion:uir niobes. CONtrahit:in natos amphionis. EXTulit:ad funus tulit. GREgem natoꝝ: De hoꝝ numero uaria ē opinio:hinc Gellius lib.xix.c.vi.sic ait.Mira & prope adeo ridicula diuersitas fabulæ apud græcos poetas deprehenditur:super numero niobes filioꝝ.Nā Home.pueros puellasq; eius senos dicit fuisse.Euripides bis septenos:Sapho bis nouēos Bacchilides & pindarus bis denos:quidam alii scriptores tres fuisse solos dixerunt.Hæc ille. LATonæ gē. fuit.n.latona filia Cæi:ex gēte tytanoꝝ:de ipā nāq; ait Oui.li.vi.genitam tytanida Cæo. SCROpha alba: hæc triginta filios peperit:quum æneas eam uoluisset immolare.ut tradit Dionysius libro primo. QVæ tanti grauitas:hoc est q̄ grauitas quæ forma tanti est: ut debeas eis subire. HVIus boni:grauitatis & formæ. NVLla.s.est. CORrupta:uxor ipsa nobilis & formosa. PLVs aloes.i.amaritudinis.Aloe scyllæ similitudinē hēt:maior & pinguioribus foliis:caulis eius tener est:rubēs medius:radice una ceu palo ī terra demissa:graui odore gustu amara:laudatissima ex india affertur:plura ēt Pli.li.xxvii. PLVs aloes q̄ mellis hēt:est enī mulier natura ipsa querela inuida magis q̄ uir:& maledicētior: p̄terea anxia & desperās magisq̄ mas:atq; īpudentior:quin etiam facilior decipi meminisseque aptior.Et minus cibi desiderans:ut scribit philosophus libro primo de animalibus.Et Hieronymus in aureola inquit.Nociuum genus fœmina:ianua diaboli:uia iniquitatis:scorpionis percussio. DEDitus:uxori scilicet. SEPtenis horis:idest maiori parte diei.

MAN. Niobes liberi

Latona

Aloe

℄ SCRopha al.q̄ pepit trigīta porcos Aeneæ:quoꝝ simulacra posita sunt in publico ab ænea iuxta albā ī loco q̄ tuguriū dicebat̄.& mr̄ scropha singulis ānis ondebat̄ a sacerdotib' ex adyto:auctores sūt Varro & Diony. DOM.

℄ EXTulit ergo gregē natorum:certum suppressit numeꝝ filioꝝ niobes:de quibus(ut Silius tradit)mira p̄pe atq; adeo ridicula diuersitas fabulæ apud græcos deprehenditur.Nam Homerus pueros puellasq; eius senos scribit fuisse.Euripides bis septenos:Sapho bis nouenos.Bacchilydes & pindarus bis denos.Quidam alii scriptores tres fuisse solos dixerunt:quas diuersas sententias sub gregis appellatione complexus est. SCRopha alba:ad scropham æneæ respexit. PLVS aloes q̄ mellis hēt:aloen pro amaritudine posuit.Quam herbam similitudinem habere scyllæ scribit Plinius q̄q̄ maior & pinguioribus foliis ex obliquo striata.caulis eius tener.& rubens ē medius:non dissimilis anterico:radice una:ceu palo in terram demissa graui odore:gustu amara. INQue dies septenis oderit horis.hoc est ex maiore diei parte oderit uxorem.Nam cuiusq; diei maior est pars horarum septem primarum diei non supremarum.Vt affirmat Paulus in iure.

MER. De filiis niobes

Aloes herba

℄ NIL pueri faciunt.sic Luca.crimine quo parui cædem potuere mereri. EXTulit ergo greges natoꝝ.mira diuersitas huius fabulæ apud poetas est sup filioꝝ niobes nūero.Nā Homerus in ultimo iliados libro sex ma- VAL.

res &,totidem fœminas fuisse scribit.& Proper.Nec tantum niobe bis sex ad busta superbæ Sollicito lachrymas defluit asipylo.Euripides autem quattuordecim.Sapho decem & octo.Bacchilydes & pindarus uiginti:quidam alii tres solos fuisse dixerunt:aiunt mares fuisse archenorum antegorum tantalum phadimum sipylum xenarchum epinitum.fœminas astycratiam pelopeiam chelorim deodoxen ogymen phthiam nehæram. ATq; ea.scro.nio.fœcun.al.porcam illam qua æneas ædificandæ urbi habuit augurium.sane niobem qdam pelopis: alii:tantali:nonnulli zethi:multi alalco menei filiam fuisse ferunt. LATonæ gen.diana,& apolline FEOcundior:uberior hinc fœtus.utrunq; uero a ferendo dictum.Ouidi.Forda ferens bos est fœcundaq; dicta ferendo. Hinc etiam fœtus nomen habere putant. QVAE tan.gra.deest:est. VT se ti.tibi semp imputet:ut patiaris totiens eius iurgia atq; contumelias. HVIus.n.ra.summi:uoluptas. NVLla boni:huius de hac:& est sensus:nulla unq̃ uoluptas:quantuncunq; aliquot bonum eueniat haberi poterit ubi hæc adsit mulier. SVMmi bo.bonum illud nondum perfectum appellatur quo eueniente:ut inquit Aristo.nos alio indigemus bono:ut iusticia: perfectum uero ubi secum omnia tulerit bona ut fœlicitas:exaggeratio igitur poetæ est.in summo inquit enim bono ne dum in minimo nulla erit uoluptas cum bona omnia uoluptatem spectare uideantur. ANIMo corrupta super.deest est. DEDitus:subaudiendum uxori. HORreat:auersetur. INq; diem:ordo est:in diem:est autem temesis. SEPtenis oderit ho.more romano:dies inquit Paulus iurisconsultus a media nocte incipit:& sequentis noctis media parte finitur:itaq; q̄ in his uiginti quattuor horis.idest duabus dimidiatis noctibus & luce media actum est:perinde est quasi quauis hora lucis actum:cur ergo septem horarum spacio odium produci mulierum dixerit:coniectemus:& numeri septenarii perfectionem uideamus:primum infra decimanum limitem omnes numeri partim ipsi alios pariunt:partim ab aliis pariuntur:partim & pariunt alios:& pariunt ab aliis.solus septenarius numerus neq; gignit ex se numerum infra decimanum limitem:neq; ab unoquoquam ipse nasci tur:proptereaq; minerua a ueteribus est cognominatus.Alia huius moueri pfectio est quæ in hominis uita cognoscitur. primum septimani partus ante cæteros legitimi sunt:post partum septimo mense dentes aguntur:septimo deinde anno mutantur:secunda postea hebdomade pubertatem affert gignendi atq; pariendi maturitatem:tertia ostendit lanuginem & florem circa mentum & genam:quarta staturæ incrementa finit.quinta plenã iuuenilem efficit ætatem:in ægritudinibus quoq; iuxta eundem numerum usus experientiaq; motus esse docuit in capite septem sunt oĩum cẽsuũ meatus:uitalia quoq; paris numeri.cerebrũ.pulmo.cor.lien.hepar.duo renes sunt & alia q̃ in cõmentariis de uniuersitate tradidimus in Ci.& alia q̃ cõsulto ne lõgũ faciam ꝓtereo:erit aũt alias hæc referendi locus:q̃ siquis interea noscere cupierit:legat Plutarchũ in physicis:& anatoliũ in arithmeticis:illa igitur non cõtentissimus ꝓprietate huius numeri q̃ corpori simul & aĩæ tribuitur:qñ nõ uidetur a proposito aliena:cũ corpori quaternarius & aĩæ trinarius numerus deputetur:nec sane me ꝓterit septenarium numerũ aĩæ a Platone in timæo deputari.homini septenarius maxime ascribendus uidetur dicente Augustino in sexti psalmi cõmentario his uerbis.Manifestũ est aũt ad corpus quaternariũ numerũ ꝑtinere pp notissima elemẽta quattuor:qbus cõstat:& quattuor qualitates:siccã humidã calidã frigidã.unñ q̃ttuor ẽt tpibus administraf.uere. æstate.autumno.hyeme.ad aĩum uero trinarium numerũ pertinere põt intelligi ex eo:q̄ simpliciter deum diligere iubemur ex toto corde ex tota aĩa ex tota mẽte.sic septenario numero trãlacto.qa unũ quodq; tpaliter agif:quaternario in corpus:trinario in animum distributo:ueniet octauus iudicii dies.septennis ergo horis in die oderit: hoc est corpus & aĩam ipsius totos dies habebit inuisam. SEPtẽnis:p septẽ:sic Lucanus:septeno gurgite nilus:& Virgi.centenaq; arbore fluctus Verberat assurgens.proprie autem Cicero in uerrem,inter binos ludos:quia ludi quando spectacula significant semper pluraliter dicuntur.Liuius bina equestria arma.

Quædã parca qdẽ:sed nõ tolerãda maritis:
Nam quid rancidius q̃ q̄ se non putat ulla
Formosã:nisi quæ de tusca græcula facta est:
De sulmonensi mera cecropis: omnia græce
Cum sit turpe magis nostris nescire latine.
Hoc sermone pauẽt:hoc irã:gaudia: curas:
Hoc cũcta effundũt animi secreta:qd ultra:
Concũbunt græce:dones tamen ista puellis:
Tu ne ẽt quã sextus & octoges mus annus
Pulsat adhuc:græce nõ ẽ hic sermo pudicus
In uetula:quotiens lasciuum interuenit illud
ζωη και ψυχη modo sub lodice relictis:
Vteris in turba:qd enim nõ excitet inguem:
Vox blãda:& neq̃ digitos hẽt:ut tñ omnes
Subsidant pẽnæ:dicas hæc mollius hœmo:
Quãq̃ & carpophoro facies tua cõputat an
Si tibi legitimis pactã iũctãq; tabellis (nos

MAN. ℭ QVEdã pca:referã supple. Rancidius:amarius: putidius. SVLmonensi:itala. MEra cecropis: pura atheniẽsis. DOnes:concedas. ISta: pdicta.s. PVL. sat:uexat. ADhuc græce.s.cõcũbis & loqueris ζωη καὶ ψυχη .i.uita & aĩa. Catullus ẽt ait. Verbosa gaudet uenus loqla.Mar.itẽ lib.x.læliã rephendit q̄ græcis uerbis in uenere uteretur. RELictis.s.uerbis. LO

Lodix dice.Mar.li.ultimo de lodicibus sic ait.Nudo stragula ne toro paterẽt:Iũctæ nos tibi uenimus sorores:iis enĩ lecti totus appatus cõtegebaf:erãt aũt geminæ.In opꝑtoriũ coeũtes:qd ex ipso martiale palã ẽ. VTEris in turba.Oui.li.iii.de amoribus idẽ quoq; arguit his uerbis.Quis furor est:quæ nocte latẽt:in luce fateri:Et quæ clam facias:facta referre palã. NEquam: lasciua

Nequitia hoc loco.A nequam nequitia fit.Est autem nequitia lasciuiæ uitiũ frugalitati.i.tẽperãtiæ cõtrariũ.Est itaq; lasciuiæ incontinentia quod Ci.ostẽdit li.iii.tusc.Gel

Nequam Nequitia lius ãt li.vii.c.xi.scribit Antiquos Nequam appellauisse hoĩem nihili neq; rei neq; frugis bonæ ut ꝓdigũ libidinosum:inutile:iprobũ sceleſtũ. Claudius li.i.annalium.Nequitiã appellauit luxũ uitæ ꝓdigũ. VT tamẽ quãuis. MOLlius:lasciuius:nã cũ iuuenes solerent græce loq:hæc ẽt ut iuuenis uideref idẽ agebat. Hœmus

Non es amaturus: ducendi nulla uidetur
Cã: nec ẽ quare cœnam & mustacea perdas
Labente officio crudis donanda: nec illud

aũt & carpophorus mimi erãt. Carpophorus qdẽ fru ctifer interptat̃. De hœmo latius supra. TABellis: matrimonio legitimo. SI Ti.le.pa. perseuerat poeta Vrsidio psuadere: nullo mõ uxorẽ ducẽdã. Cũ nequa q̃ amari possit ob eius supbiam malosq; mores. MV stacea: Cato capite.xxv. sic ait. Mustaceos sic facito: farinæ siligineæ modiũ unũ musto cõspergito. anisum. cymi nũ: adipis põdo duo casei librã: & de uirga lauri deradito: eodẽ addito: & ubi defrixeris lauri folia subtus addi to dũ concoques. LABente officio in fine nuptiaꝝ. CRVdis: crudus homo dicitur qui adhuc non digessit: Item cuius stomachus non facile concoquit: hunc aũt antiquum morem mustaceorum adhuc mea in patria ser uatur: in nuptiaꝝ siqdẽ fine mustacea cõuiuis donant̃ post epulas adhuc ad mẽsã sedẽtib⁹. NEC.f.est q̃re ꝑdas.

Margin: carpophorus — Mustacea — Crudus

Ⅽ RANcidius: mulieres quæ blãde uideri uolebant: laydis scorti antiquissimi emulationẽ uerba græca usurpa bant: quibus etiã inculcabãt obscæna. Id autẽ carpit Iuue. in anu pſertim ut ẽt. M. in geliam: cum tibi non ephesus aut sit rhodos. HOMo: comœdo & magistro psalteriaꝝ. Papinius. Hunc intrãt faciles hœmi puellæ. CAR pophorus: notus carmine. M. fortissimus: hic uero comœdus fuit. SI Ti. argumentũ biptitũ: quo oñdit uxo rem nõ ducendã esse: aut inquit es amaturus eã: aut nõ: si nõ amabis: quare uis frustra consumere nuptias: & inire impẽsam temere: si amabis multis afficieris incõmodis: & eris seruus. DACius: Domi. qui dacos uicit: & Ger manicus idem Domi. quia germania deuicta sedatis seditionibus. Lu. An germanicus est appellatus: in assentatio nem autem temporum imperatores in populis effingebant̃. SI Ti.f.i. si oĩno simpliciter uis amare uxorem. DOM.

Ⅽ RANcidius: putidius: Vñ Persius. Rãcidulũ qddã balba de nare locutus. CECropis atheniẽsis a cecrope q in Attica regnauit: & qa inter qnq; græcoꝝ linguas Attica elegãtissima habet̃. Iõ merã cecropẽ: hoc est atheniẽ sem purã uelut deridẽs Romanã fœminã appellat: q̃ græcũ sermonẽ affectat: & aĩoꝝ affectus ꝑegrina ligua ex primat. CONcũbũt græce: is fortasse græcus appellat̃ coitus: quẽ in tertio de arte amãdi Oui. de manilione & Atalãta loquẽs his uersibus designat. Minaliõ hũeris atalãtes crura ferebat. Si bona crura: hæc sunt accipienda. MODo sub lodice relictis: lodix uestis ad ornãdos lectulos: sine qua nudi quodãmõ starẽt: id qđ ex Mart. ende casyllabo: cuius inscriptio est lodix colligere possumus. Nudo stragula ne toro paterent. Iũctæ nos tibi uenimus sorores. COEnã: nuptialẽ subaudi in quã (Vt Apuleius de nuptiis prudẽtissime scribit) quinquaginta milia nũ mum impendi plerũq; solebant. MVStacea: neutro genere dixit. Cato uero in re rustica sub masculino protu lit: de mustaceis hæc scribens. Mustaceos sic facito. Farinæ siligineæ modiũ unũ musto conspergito: anysum: cy minum: adipis pondo duo: casei librã: & de uirga lauri deradito eodẽ addito: & ubi defrixeris lauri folia subtus addito: dum concoques. Palladius itẽ fermentũ musteoꝝ & facere & seruare ad mustaceos faciendos docet. & Plinius ipse scribit genus eẽ lauri: quã leneus grammaticus mustacem appellat: q; mustaceis subiceretur: ad quam alludens dixit Cicero ad Atticum de bubulo. In eodem amano cœpit laureolam in mustaceo querere.

Margin: MER. — attica — Lodix — Mũstace⁹ — Cicero

Ⅽ QVAedam parca quidem: ignobilia. SED non toleranda maritis: ut si græcũ sermonẽ affectet. QVid rancidius: putidius. TVSca: romana quod corinthius demarathus e græcia in hetruriam primus litteras tulit: aut certe a finibus tuscis. GRæcula: diminutiuo per contemptum usus est. DE sulmonensi: & hæc pro romana capitur: sulmo urbs a sulemo æneæ socio dicta. Ouidius. Seruus ab iliacis & post antenora flammis Attulit æne as in loca nostra deos: Huius erat solemus phrygia comes unus ab ida. A quo sulmonis mœnia nomen habent & Silius italicus. Nomine rheteo solemus: nam dardana origo Et phrygio genus a ꝑauo q sceptra secutus æneæ claram muris fundauerat urbem Ex sese dictam sulmum celebrata colonis Mox italis. paulatim atrito nomine sulmo. CECropis: a cecrope athenienſium rege a quo uel instauratas uel conditas fuisse athenas ferunt. CON cũbunt græce: in grecum morem. DONes: concedas. PVLsat: concutit: minuit: tremulam facit. ADHVc græce: subaudiendum loqueris: aut concubis. ζωη και ψυχη. uita & anima: græcorum ita loquendi mos fuit cũ blandiri uolunt: uel tũc ꝑcipue cum coirent. LODice lecti: stragulo. QVOD enim non excitat inguẽ uox blã da. equidem proprie inguen excitat. sic Persius. cum carmina lumbum Intrant & tremulo scalpuntur ubi intima uersu: sicut. n. tactus mulierũ mouet intima: ita uox effœminata non aĩum mouet sed inguẽ. ET nequã digitos habet: ideo q; manu quoq; possit libido excitari. VT tamen oẽs subsidant pẽnæ: uel tuæ libidinis prurigines ia ceant. ab auibus translatio sumpta: quæ immersæ aquis tardius uolant. HOEmo: cinædo. ET Carpophoro: hœmum & carpophoꝝ molles: aut certe histriones uoluit intelligi. PACtam: sponsam. IVNctãq; ta. dotali bus. i. legitimo tibi iuncta matrimonio. NEC est q̃re cœ. & mu. per. sensus est: licet eã nõ sis amaturus: nõ est tñ cã cur: q in nuptiis eueniũt iocũda: amittas. ita. n. psuades. MVStacea per. quæ ad conciliandum stomachũ dan tur lenia cibaria. LABente: abeunte hoc est quando iam recedunt pransores: qui officii causa conuenerunt.

Margin: VAL.

Quod prima ꝑ nocte dat̃: cum lance beata
Dacius: & scripto radiat germanicus auro:
Si tibi simplicitas uxoria: deditus uni
Est animus submitte caput ceruice parata
Ferre iugũ: nullã iuenies quæ parcat amanti:
Ardeat ipsa licet: tormentis gaudet amantis
Et spoliis: igitur longe minus utilis illi
Vxor qsqs erit bonus optãdusq; maritus.

Ⅽ PRIma nocte: Plutarchus in probl. quærit: quid ẽ q; maritus primo spõsæ nõ in luce sed in tenebris iun git. an qa eũ pudet: q; anteq̃ coeat: alienã putat: an quẽ admodũ Solon scripsit. Spõsa malo cydonio degusta to thalamũ ingredi solitã: ut primus cõplexus nihil tri ste aut iniucũdũ haberet: sic romanus legislator: siqd absurdũ ac deforme corpori aderat: occultauit. BEa ta: diuite. aurea enim uasa ut hic ostendit: seu argentea auro ornata spõsis donabant̃ prima nocte: In qbus q dem impatoꝝ imagines erant: Domitianus eni Da cius dictus ẽ dacis uictis: & Germanicus: qm̃ uicit ger

Margin: MAN. — Coniuges cur noctu coeunt — Daci⁹ do.

Nil unq̄ inuita donabis coniuge:uendes
Hac obstante nihil:nihil hæc si nolit:emet.
Hæc dabit affectus:ille excludetur amicus
Iam senior:cuius barbā tua ianua uidit.
Testandi cum sit lenonibus atq; lanistis
Libertas:& iuris idem contingat harenæ:
Non unus tibi riualis dictabitur hæres:
Pone crucem seruo:meruit quo crīe seruus
Suppliciū:qs testis adest:qs detulit:audi:
Nulla unq̄ de morte hoīs cūctatio longa est.
Odemus:ita seruus hō ē:nil fecerit esto.
Hoc uolo:sic iubeo:sit pro rōne uolūtas
Impat ergo uiro:sed mox hæc regna relinquit
Permutatq; domos:& flamea conterit:inde
Aduolat:& spreti repetit uestigia lecti
Ornatas paulo ante fores pendentia linquit
Vela domus:& adhuc uirides i limie ramos:
Sic crescit numerus.sic fiunt octo mariti
Quinq; p autūnos.titulo res digna sepulchri
Desperanda tibi salua concordia socru.
Illa docet spoliis nudi gaudere mariti.
Nil rude.nil simplex rescribere.decipit illa
Custodes.aut ære domat.tūc corpore sano

minos:ut Suetonius ostendit.In antiqs codicibus Dacius est. SI Tibi simplicitas uxoria:si amaturus es uxorem simpliciter:īquit multa pati oportebit ab illa:hic oīa pandit inferius. SI Tibi:placet.s. AMAnti:uiro .s. CVIus barbā tua ianua uidit. Vnde Simo Terentianus ait.Per ego te deos oro:& per nostram amicitiā chreme:quæ incœpta a paruis cū ætate accreuit:Et Cice.li.primo epistolarum ad Lentulum. Sed p̄sta te eum:qui mihi a teneris ut græci dicunt unguiculis cognitus. TEstandi:legandi. ARenæ:mimis & gladiatoribus. TIBi:testanti.s. DICtabit:ab uxore. PO

Furciferi ne crucē uxoris uerba.Ob leue aūt delictum cogebantur ab dn̄is.Serui circum uicinos ferri in collo furcam subligatis ad eā manibus:& predicare peccatū suum:simulq; monere cæteros:ne qd simile admitterēt. Vn

Serui de Pāphilus ait Dauo.Ego tibi credam furcifer. MEruit:uir inquit. DEtulit:accusauit. CVNctatio:mora. O DEmens.uxor loquitur. ITA seruus hō est: hoc est talis seruus hō est:uel ita hoc pacto:qa dixisti de morte hoīs seruus hō est:& sic nō ē interrogatio sed uerū affirmatio.Macro.aūt li.primo sat.de seruis plurima & qdē miranda tradit:aitq; nō eē fastidio dispiciendū seruile nomen.Cū & iouē tetigerit cura de seruo:& multos ex iis fideles prouidos fortes & philosophos etiā extitisse cōstet.Seneca aūt epistola.xlvii.eadē fere oīa de seruis refert quæ Macro.Inde igit Macro.sumpsit exceptis exēplis p eū positis.Dicit aūt Seneca:Serui sunt imo hoīes.Serui sunt imo cōtubernales.Serui sunt immo humiles amici.Serui sunt immo conserui:si cogitaueris tantundē in utrosq; licere fortunæ.Vis tu cogitare istum:quem seruum tuū uocas: ex iisdem seminibus ortum:eodē frui cœlo:æque spi

Homo rare:æque uiuere:æque mori:tam tu illum ingenuum uidere potes:quam ille te seruum:nescis qua ætate hecuba

Vxorum seruire cœperit:qua Crœsus:qua Darii mater:qua Plato:qua Diogenes.Viue cū seruo clementer:comiter quo

Imperia que:& in sermonē illum admitte:& in consilium:& in conuictum. HOMo est.Gellius libro quarto ca.primo docet hoiem esse mortale aīal rationis & scientiæ capiens. IMPerat ergo uiro.Diodorus libro primo tradit:q apud ægyptios dominari dicitur profitentibus in dotis confectione:uiris omnibus esse uxoris arbitrio parendum.& Philosophus libro octauo ethi.ait Interdum autem dominantur uxores ob amplitudinem patrimonii:

Maritorū non igitur fiunt imperia ob uirtutem:sed ob diuitias & potentiam.Plutarchus præterea scribit Catonem senio

numerus rem de uxoria potestate ita dixisse.Omnes homines uxoribus imperant:nos omnibus hominibus.Nobis autē uxores.Dixerat & prius Temisthocles ita.O uxor athenienses græcis imperant.Ego atheniensibus. Tu mihi: Tibi filius. REGna.imperia. FLAmmea.de iis diximus satyra secunda. NVMerus:maritorum.s. OCto mariti.ad octauum enim maritum licebat uxori nubere:hinc Martia.ait libro septimo.Iam sex aut septem nupsisti Galla cinædis Dum coma te nimium pexaq; barba iuuat.Item libro nono.Funera post septē nupsit tibi galla uirorum Picentine:sequi uult puto galla uiros.Et libro sexto ait.Aut minus:aut certe non plus tricesima lux est. Et nubit decimo iam thelesina uiro.Quæ nubit totiens:non nubit:adultera lege est. TITulo res digna sepulchri.Maritorum enim nomina sepulchris uxorum inscribi solebant:quod etiam Martia.apud Lucanū optabat. ait enim libro secundo liceat scripsisse Catonis Martia.& libro nono.Martialis ait:Inscripsit tumulo septem celebrata uirorum Se fecisse Cloe:quid pote simplicius. NVDi mariti:multi enim uxoribus uestimenta parātes magno nudi fere incedunt. TVNc quum:scilicet custodes fallere uolet. CORpore:filiæ scilicet.

DOMI. ℭ RIValis.d.i.dictabit tibi scribenti testamentum nomina eorum:a quibus amatur:ut scribas eos hæredes: ITA.s.h.est negat seruum esse hominem insolentia & superbia sua:q affertur ex Macro.de seruis non cōuenit: hic enim loquitur simpliciter. OCto mari.ad octauum usque maritum licebat uxori nubere:præterea negabatur Martia.Funera post septem nupsit tibi galla uirorum Picentine:alibi:Inscripsit tumulo septem celebrata uirorum se fecisse cloe. SIC.c.n.sic peruenitur ad numerum octo maritorum concessum. DECipit.c.nam adhibebantur custodes:mater aut docet filiam admittere adulterum custodum oculis deceptis:uel certe his corruptis pecunia. DONat.i.docet:corrumpere pecunia:si minus aliter potest fallere.

MER. ℭ CVM lance beata.i.diuite.Hæc munera nupta a marito accipiebant:erantq; aurea uascula domitiani imaginem sculptam habentia.q auctore Sueto.& Mar.Dacius & germanicus dictus ē. LANistæ:ut supra diximus

Flamea familias gladiatorum domi lanista hēbat & instituebat. FLAmea cōterit:flameum nuptiale uelamē:quo caput

colore nouæ nuptæ contegi solebat.Luca.de Mar.Itez nubente catoni.Lutea demissos uelarūt flamea uultus. Et erāt

luteo colore luteo:quo nomine in honore summo fuerunt:ut p hæc Plinii uerbo colligimus.Lutei uideo honorem an

tiquissimum in nuptialibus flameis totum fœminis concessum:& fortassis ideo non numerari inter principales hoc est communes maribus ac fœminis:quoniam societas principatum dedit:a flameo Plautus flamearium deduxit pro confectore flameorum. TITulo res digna sepulchri:quia maiorum nomina sepulchris uxorum inscribi solebant:quam rem Martia.apud Lucanum optat:cum ait.Liceat scripsisse Catonis Martia.& Martialis. Inscripsit tumulo septem celebrata uirorum Se fecisse cloe quid pote simplicius. — Flamearius

ℭ CVM lan.bea.ampla aut plena. DACius & scri.ra.germa.au in auro uel argẽto cælatos imꝑatores uel soliti ista donare:quibus pro castitate deposita noua nupta donatur. DAcius:qui dacos uicerit imꝑator:& dacos & dacas dici testis zonatas de traiano locutus. GERmanicus:a germanis uictis Domitianus dictus:Frontinus in primo stratagematon:imperator cæs.Domitianus augustus germanicus eo bello quo uictis hostibus cognomen germanici meruit. SIMplicitas uxoria:stolida mulierositas. PAR cat amanti:marito. HAEc dabit affectus:exhibebit molestias. CVIus barbam:iuuenilem ætatem in qua primum barbire consueuimus. TEStandi:testamenta conficiendi. LANistis:qui gladiatoriam docent:hoc est quæ lanistis:& arenariis libertas testandi est iam uxor tibi eripiet:aut certe libertas ꝗ ante non fuit illis nunc data. IVRis:potestatis. CONti.ha.gladiatoribus. NON unus:sed multi qui erunt riuales & adulteri uxoris tuæ dictabuntur hæredes ab uxore tua:aut a te nesciente sint riuales an non. PO.cru.scribe:uxoris ad maritum uerba. O DE.subaudi uxor:& blãdientis uox est:& uxorem palpantis mariti. NIL fe.esto.det etiam non deliquerit. HOC uolo:sic iubeo:nũquid possit marito mulier imperare recte ostenditur. FLAm.cõtẽ.hoc dicit tã libenter nubit ut flãmea cõterat:sũt uero flãmea quibus die nuptiarum mulieres operiunt. PENdentia lingt uela domus:aulea & pistromata dicit. QVINq; per autũnos.i.annos:nuc id hypbolicos dictũ a poeta uideri debet:qñ & beatus Hieronymus rẽ dicturus.inquit:incredibilẽ:multoꝝ testimoniis approbabo:ante annos plurimos cũ in chartis ecclesiasticis iuuarẽ damasum romanæ urbis episcopum:& orientis atq; occidentis synodicis cõsultatationibus respondere:uiri duo inter se paria uilissimoꝝ e plebe hominũ cõparata unum qui uiginti sepelisset uxores:alterã quæ uicesimũ secundũ habuisset maritũ:extremo sibi ut ipsi putabant matrimonio copulatos:summa oĩum expectatio uirorum pariter & fœminarum post tantos rudes quis quem primus efferret:uicit maritus:& totius urbis populo confluente coronatus. TITu.res di.se.iuuandum pronunciatione:qm ironicos dictum. NIL simplex:nil stultum. TVNc corpore sano.simulat socrus ægritudinem ut habeat facultatem filia ad se ueniendi. — VAL.

Aduocat archigenẽ:onerosaq; pallia iactat.
Abditus interea latet:& secretus adulter:
Impatiensq; moræ pauet:& præputia ducit:
Scilicet expectãs:ut tradat mater honestos:
Aut alios mores:ꝗ quos habet utile porro
Filiolam turpi uetulæ producere turpem.
Nulla fere cã est:in qua non fœmina litem
Mouerit:accusat manilia si rea non est.
Componunt ipsæ per se:formantq; libellos:
Principium atq; locos celso dictare paratæ.

ℭ ARChigenẽ.medicũ aliquẽ:seu ipm uere Archigenem:q optimus fuit medicus græcus quidẽ Domitiani tempore:cõtra quẽ dicũt Galienũ sæpe inuectũ fuisse.De medico aũt Martialis etiã ait lib.sexto.Vxorem Charideme tuam scis ipse:sinisq; A medico futui uis sine febre mori. IACtat:superponit uelut ĩfirmæ — MAN. Archigenes

INTerea:dum medicus aduocat per custodes.s.adulter abditus latet:fuerat autem Abditus per socrum custodibus amotis:ne forte a uẽturo medico & custodibus redeuntibus uideret. ABDitus interea:Ordo est.Interea adulter abditus latet.& secretus & impatiens moræ pauet &c. VTIle:facile ẽ. PORro.i.ualde uel certe. PROducere:educare. MANilia:ea fuit meretrix:quæ quidẽ.A.hostilium mancinum ædilem curulem lapide noctu percussit ut scribit Gellius libro quarto.c.xiiii.qua de re hostilius ei diẽ ad populũ dixit:uulnusq; ex eo lapide ostẽtabat.Manilia uero ad tribunos plebis prouocauit:apud eos dixit.Mancinum cũ ui irrumperet ĩ ædes suas:lapidibus depulsum &c.Ab ea igitur Iuue.idẽ nomen assumpsit. SI Rea non est:quãuis nocens non fuerit aliqua. LIBellos:idest actiones quibus aut petimus:aut accusamus. PRINcipium:exordium. LOCos:loci dicuntur ex quibus argumenta eruuntur:ut inquit Cicero libro secundo de oratore.Et in topicis ait:q; quum peruestigare argumentum aliquod uolumus:locos nosse debemus:sic enim appellatæ ab Aristotele sunt hæ quasi sedes:e quibus argumenta promuntur:itaq; licet diffinire:ait locum esse argumenti sedem. Vtq; Fabius libro quinto edocet:est argumentum ratio probationem præstans:qua colligitur aliud,per aliud.& quæ quod est dubium:per id q; dubium non est confirmat. CELso.Fabius libro xii.de oratoribus loquens sic ait.Quid plura:cum etiam Cornelius Celsus mediocri uir ingenio:non solum de iis omnibus conscripserit artibus:sed amplius rei militaris & rusticæ præcepta reliquerit:dignus uel ipso proposito:ut eum scisse omnia illa credamus. — Manilia — Loci — Argumentum — Celsus

BELLOnæ furentis. Mineruam principem & inuentricem belli ferunt: ut scribit Cicero in libro de nat. de. Bellonæ autem sacerdotes non alieno sed suo cruore sacrificabant ut lact. libro. i. c. xxi. scribit. In ipsa autem sanguinis effusione diuinum afflatum capiebant: ita ut præsentia explicarent futura uaticinarentur. Unde & Tibullus ait. Hæc ubi bellonæ motu e agitata &c. MATrisq; deû: & Apuleius libro. xi. scribit q rerum naturæ parens elementorum omnium domina: summa numinum regina mannium: prima cælitum deorum: dearumq; facies uniformis. Cuius numen unicum multiforme specie ritu uario nomine multiuago: totus ueneratur orbis. A phrygibus nominatur pessimuntica dominu mater ab atticis cecropeia minerua a Cypriis paphia uenus a cretensibus Dictinna diana. Ab siculis trilinguibus stygia proserpina ab eleusinis uetusta dea Ceres ab aliis Iuno: ab aliis bellona ab aliis hecate: ab aliis rhanusia: ab æthyopibus & ægyptiis uero nomine regina isis. Diod. etiam lib. i. ait: q quidam isidem: alii Cererem: quidam tesmophoram: alii lunam nonnulli Iunonem: alii alio nomine appellant. CHOrus: sacerdotum coetus. INTrat: templum scilicet. INGens semiuir. Antistes gallorum: nec uir: nec foemina abscissa enim sibi erant uirilia. OBScoeno: turpi. nam ut superius patuit satyra secunda ante cybeles lecticam spurcissima quæq; cantabantur audiente frequentissima multitudine: eo potissimum die: quo lauabatur in albo ne fluuio. FACies: appositio e. SECuit genitalia testa. Samia teste Auctore Plinio Galli sacerdotes uirilia abscidebant de quibus late libro quarto fastorum. IAmpridem: a pueritia: hinc dixit mollia genitalia. RAVca: propter cantum scilicet Aristoteles in octaua & nona particula problematum scribit. Spadonibus uocem inesse & tenuem & acutam: & illis oibus qui experies seminis sunt ut pueris foeminis: decrepitis. Et Alexander aphrodiseus scribit uocem sonoram esse illis: qui suapte natura sunt calidi: trahit enim spiritum calor & maiore efficit. Vocis aût sonoritas fit in eo quod aere multum mouet: Acuta uos in eo quod celeriter mouetur. Grauis aût in eo quod tarde propter humiditatem multam eunuchis: & foeminis & pueris & decrepitis in latitudinem arteria non extenditur. Caliditate enim opus e ad diducenda in latitudinem spiramenta: queadmodum igitur angustorum spiramentorum tibia in uocem acutam exit ita & arcta arteria. Patet itaq; iis uerbis spadones non raucam sed tenuem & acutam uocem emittere. Ergo ra ca cohors Iuuenalis ait propter cantum: no propter auulsos testes ut quidam uoluit. TYMpana plæbeia. quibus in sacris utebantur cybeles ex plæbe sacerdotes: non enim egregii uiri: sed infimi illa pulsabant. De tympanis autem lat. s Satyra tertia. ET phrygia uestitur bucca tyara: sicuti mitra & caput: & metum uestiebatur ita fere & tyara: ut hic Iu. ondit: de mitra aût hyarbas. li. iiii. æn. ita inquit Moeonia metum mitra crinemq; madentem. Subnixus. PHRYgia tyara. phrygio pileo: nam ut satyra tertia ostendimus e phrygia cybeles statua in urbem uenerat. De tyara aût Hiero. in epistola ad fabiolam de ueste sacerdotali scribit ita. Quartum genus e uestimenti rotundum pileolum: quale pictum in Vlyxeo conspicimus: q si sphæra media sit diuisa: & pars una ponatur in capite. Hoc græci & nostri tyaram nonnulli galerum uocant. Non habet acumen in summo: nec totum usq; ad comas caput tegit: sed tertiam partem a fronte inopertam relinquit. Atq; ita in occipitio uitta constrictus e: ut non facile labatur ex capite e autem byssinum: & sic fabre operatum linteolo ut nulla acus uestigia forinsecus pateant hæc ille. GRAnde sonat: alta uoce canit. AVStri aduentum: saluberrimus omnium aquilo: noxius auster: ut scribit Plinius libro secundo. Aristoteles uero particula xvii. problematum scribit q auster humida & calida corpora reddit: quæ maxima putredini opportuna sût. Scribit item q spirantibus austris homines grauiores inualidioresq; sese reddunt: q humor corporis flatus eius calore tabescens multus ex pauco redundat: atq; humor grauis leui ex spiritu consistit quas ob res uires homines debilitari necesse e. Ait etiam q austri sicci & aquæ omnino expertes febres contrahunt quoniam humorem calidum alienum i corporibus creant: quippe qui natura humidi & calidi sunt: quæ quidem qualitates febrificæ sût febris enim earum consistit exuperantia. SEPtembris. Aristoteles particula prima problematum ait q uer atq; autumnus morbis infestant: quia mutationes graues omnes occurrunt: sed autumnus uere grauior e: quia corpore calido refrigescente q frigido incalescente potius ægrotamus. Vt igitur uere frigidum recalescit sic autumno calidum refrigescit. LVStrauerit: purgauerit se ipsa mulier. OVIs. Apuleius li. xi. meta. suæ de sacerdotibus isidis sic ait. Summus sacerdos tæda lucida: & ouo: & sulphure solemnissimas pces de casto præfatus ore q purissime purificatam scilicet nauim deæ nuncupauit. Vtebantur igitur tædis & ouis & sulphure in purificationibus. Hinc etiam Naso li. ii. de arte: ubi amica ægrotauerit in autumno ait. Et ueniat quæ lustret anus lectumq; locum præferat & tremula sulphur & oua manu: attamen textus aliqui habent sulphura uiua manu. XERapelinas ueteres sic legendum est: ita enim in antiquissimo textu legi. XERApelinas. Merula sic ait. Has uestes atrabaticas inuenio latine appellatas his uerbis apud Suidam. diebus festis & in uictoria: aut astantibus legatis induebantur tunicas: & clamydes auro ac purpura uariatas: aut alio quouis modo preciosas: in quotidianis uero conuentibus Xerapelinas: sic a colore dictas: quas uocabant Atrabaticas: de colore uidelicet: atrû enim nigrum uocant. Vnde coniicimus xerapelinas nigras fuisse: non autem uirides: ut quidam somniauit: hæc ille. DISCRiminis: periculi. DESCendet: ipsa mulier scilicet. IN Tunicas eat. Festus sic ait. Pilæ effi-

Bellonæ matrisq; deû chorus intrat: & ingens
Semiuir obscoeno facies reuerenda minori:
Mollia qui rupta secuit genitalia testa
Iampridem cui rauca cohors: cui tympana ce//
Plebeia: & phrigia uestit bucca tiara. (dunt
Grande sonat: metuiq; iubet septembris: & au/
Aduentu: nisi se cetu lustrauerit ouis. stri
Et xerapelinas ueteres donauerit ipsi
Vt qcqd subiti: & magni discriminis instat
In tunicas eat: & totum semel expiet annum
Hibernum fracta glacie descedet in amnem

MAN. | Minerua | Venus | Diana | Proserpia | ceres | Iuno | Bellona | Hecate | Rhanusia | Isis | Luna | Spadonibus uox | Tyara | Aquilo | Auster | Ver | Autûnus | Oua | Tæda | Sulphur | xerapelinæ | Vestes in copitis

Lares tyberim aquas. Mania Dea Lares Effigies in cōpitis

gies uiriles & muliebres ex lana compitalibus suspendebantur in compitis. quod esse deorum inferiorum quos uocant lares putarent: quibus tot pilæ: quot capita seruorum: tot effigies quot essent liberi ponebantur: ut uiuis parcerent & essent his pilis & simulacris contenti. Macrobius autem libro primo sat. inducit Albinum ita dicentem. Qualem nunc permutationem sacrificii prætextate memorasti inuenio postea compitalibus celebratam quum ludi per urbem in compitis agitabantur: restituti scilicet a Tarquino superbo laribus ac Maniæ ex responso apollinis: quo præceptum est: ut capitibus pro capitibus supplicaretur. Idq; aliquandiu obseruatum: ut pro familiarũ sospitalitate p eri mactarent Maniæ deæ matri lanũ. Quod sacrificii genus Iunius Brutus consul pulso Tarquino aliter constituit celebrandum. Nam capitibus alii & papaueris supplicari iussit: ut responso apollinis satisfieret de nomine capitum: remoto scilicet scelere infaustæ sacrificationis: factumq; est ut effigies Maniæ suspensæ pro singulorum foribus periculum si quod imineret familiis expiarent: ludosq; ex uiis compitorum in quibus agitabantur compitalia appellauerunt.

DOM.

¶TYMPana plæbeia: idest tympana isiaca & alexandrina. BVCcha: uestis est: unde & subbucula buccula dicitur. Tranquillus & Horatius uerbum usurpant. XERampellinas: xerampelinæ dicuntur togæ rasæ uirides has supra appellauit galbana rasa & Mar. tunicam prasinam idest uiridem ξηρὸσ significat aridũ ἀμπελοσ significat pampinum unde xerampelinæ idest rasæ tunicæ uirides: EAT in tunicas: hoc tractum est ex ritu compitalino: nam pilæ idest effigies hominum ueteribus uestibus indutæ suspendebantur in compitis ut manes contenti illis imaginibus & simulacris abstinerent uiuis: auctor Festus. HIBernum fracta: hæc de sacerdotibus isiacis: qui idem faciebant. DEScendat in amnem: ex ritu ægyptio hoc fit: nam sacra isidis in ægypto igne & aqua im primis celebrabantur in monumentum pristinæ nauigationis Isidis q̃ in ægyptum est delata: auctor Eusebius.

MER.

¶FVREntis bellonæ: in sacris bellonæ ipsi sacerdotes non alieno: sed suo cruore sacrificabant sectis namq; humeris & utraq; manu gladios districtos exerentes currebant: & uelut insani efferebantur: quam turbam Mar. entheatam idest phanaticam appellauit. MATrisq; deum: hoc est cybeles: cuius sacerdotes amputato uirili sexu: tum furore perciti musculos cultri concidebant. SEMiuir: idest gallus: qui nec uir: nec fœmina erat. RAPta secuit genitalia testa. in naturali legitur historia: samia testa sacerdotes matris deum qui galli uocentur citra perniciem uirilitatem amputare: quam rem Martialis betico gallo opprobrat sic dicens. Abscissa est quare samia tibi mentula testa. Si tibi tam gratus betice cunnus erat. TYAra: pileus & sacrum gestamen quod Virgilius masculino genere protulit. Sacerq; tyaras. GRAnde sonat metuiq; iubet septembris & austri Aduentum. Galli p urbes discursantes cruentis membris: propalam talia uociferabantur: quæ omnia Seneca in libro de beata uita: sic irridet. Cum sistrum aliquis concutiens: ex imperio mentitur cum aliquis secandi lacertos suos artifex brachia atq; humeros: suspensa manu cruentat: cum aliqua genibus per uiam repens ululat laurumq; linteatus senex: & medio lucernam die præferens conclamat: iratum aliquem deorum concurritis & auditis: ac diuinum esse eum: inuicem mutuum alentes stuporem affirmatis. CENtum lustrauerit ouis. Apuleius in ultimo metamorphoseos tradit. Sacerdotes Isidis in purificationibus: tæda ouis & sulphure uti solitos: unde Lucanus in dialogo qui inscribitur τυραννοσ hoc est tyrannus: oua appellauit lustralia: centum igitur oua in expiationem: atq; purificationē petit. De lustratione huiusmodi hæc Ouidius in arte. Et ueniat quæ lustret anus lectumq; locumq; Præferat ex tremula sulfur & oua manu. XERampellias: has uestes atrabaticas inuenio latine appellatas: his uerbis apud Suidam. Diebus festis & in uictoria aut astantibus legatis induebantur tunicas & clamydes auro: ac purpura uariatas: aut alio quouis modo preciosas: in quottidianis uero conuentibus xerampelinas sic a colore dictas: quas uocabant atrabaticas: de colore uidelicet atrum enim nigrum uocant. Vnde coniicimus xerampelinas nigras fuisse: non autem uirides: ut quidam somniant.

Samia testa

diuinatio gallorum

Oua lustralia

Suidas Xerāpelinæ Atrabaticæ

VAL.

¶MATRisq; deum chorus: multitudo sacerdotum matris deorum idest telluris quam matrem magnam: ut Var. inquit: ueteres nominarunt. INGens semiuir: sacerdos antistes: ideo autem semiuir q; sibi genitalia lapidibus acutis uel testa aliqua subsecarent: unde Catullus de athi. Stimulatus ubi furenti rabie uagus amnis. Itaq; ut relicta sensit sibi membra sine uiro. Deuoluit ille acuto sibi pectore silices. Itaq; ut relicta sensit sibi membra sine uiro. OBSceno: turpi quia libidinosus. FACies reuerenda minori: quando antistes fuit. MOLlia: ad mollicιem creata. RAVca cohors: propter auulsos testes: ut tam Alexander aphrodiseus q̃ aristoteles docet. CVI tympana cedunt plæbeia: cui cum tympanis uulgares cedunt: ideo autem tympana matri magnæ data sunt: q; illis orbem terræ referent: ut scribit Varro sententia augustini. ET Phrygia uestitur bucca tiara: phrygia quoniam a phrygibus maxime hæc dea culta est: & apud fluuium gallum qui fuit i phrygia auctore Catullo secabāt sibi genitalia: in cā āt fuit q; qui fæmine indigeant terram sequi debeant q; in ea omnia reperiantur. VEStitur: alligatur. BVCca: pro buccis posuit: nam ita hic alibi: & quidam alii bucca singulari numero hæbreum uerbũ: ut Hierony. inquit ad dardanum tubam significat: inde buccina diminutiuum: buccæ autem intra malas sunt faciei. Plinius: hilaritates risumq; indicantes buccæ: licet Apuleius bucculam a bucca diminutiuum protulerit. VEstitur bucca tiara: pileo phrygio. Hiero. ad fabiolam quartum inquit genus est uestimenti rotundum phileolum quasi sphera media sit diuisa: & pars altera ponatur in capite: hoc græci & nostri tiaram nonnulli galerum uocāt dicitur & tiaras Vir. sacerq; tiaras non habet acumen in summo nec totum usq; ad comam caput tegit sed tertiā partem a fronte inopertam relinquit atq; ita in occipitio constrictus est uita ut non facile labatur ex capite. LVstrauerit ouis: Oui. Et ueniat quæ lustret anus lectumq; locũq;. Præferat & tremula sulfur & oua manu. ET xeram. uete. hæc enim uera est lectio & uetustissimo ex codice approbata: xerampellinas subaudiendũ uestes quæ ad usum matronarum: inquit Probus. fuerunt ampellini coloris qui inter coccinum & muriceum medius est: xeron uero siccum significat: itaq; xerampellinus coloris esse creditur quem ligua uernacula rosam siccam nominamus: idq; Probus etiam confirmare uidetur.

¶ TYBeri:mane aqua tyberis expiabantur. Vnde & Persius satyra secunda sic ait. Hæc sancte ut poscas tybe- MAN.
rino in flumine mergis Mane caput bis terq;:& noctem flumine purgas: Apuleius in huiusmodi purificationi- Tyberis aqua
bus libro.xi.meta.numerum septimum ponit:ait.n.sic. Meq; protinus purificandi studio marino lauacro trado:
septiesq; submerso fluctibus capite:q; eum numerum præcipue religionibus aptissimum diuinus ille pythagoras Septenarius
prodidit &c. TIMidum caput.ita legendum est:quod etiam antiqui textus habent:noli igitur tumidum per u le
gere.nam sententia non quadraret superiori:dixit enim ut quicquid subiti & magni discriminis instat in tunicas
eat propter id igitur timidum caput ait.

Ter matutino thyberi mergetur: & ipsis
Vorticibus timidũ caput abluet: inde supbi
Totũ regis agrũ: nuda ac tremebũda cruẽtis
Ereptet genibus: si candida iusserit io
Ibit ad ægypti finem calidasq; petitas
A meroe portabit aquas ut spargat in ædem
Isidis: antiquo quæ proxima surgit ouili.
Credit enim ipsius dominæ se uoce moueri:
En aĩam & mentẽ: cũ qua diu nocte loquũt
Ergo hic præcipuũ: sũmũq; meret honorem
Qui grege linigero circũdat9 & grege caluo

SVPerbi re
gis agrum.i.campũ martium. De quo latius satyra se-
cunda ibi. Vade ergo & cede seueri iugeribus campi.
NVDa ipsa.s.mulier. EXPiret: circuet. CANdida
io.idest isis:quæ olim in candidam uaccam uersa fue-
rat anteq̃ in ægyptũ cõfugeret:de qua late Ouidius li-
bro primo meta. A MEroe. Nilus facit insulas in æ- Meroe
thyopia maximas: Vnam insignem nomine Meroen
in qua est urbs insignis insulæ nomine quã cambyses
condidit a matre eius denominatã. Effodiuntur in ea
aurum & argentũ æs ferrũ. Hebenum insuper fert la-
pidumq; multiplex genus:hæc & plura Diodorus li-
bro primo. ISIdis: Diodorus libro primo scribit q; as- Isis
serunt ægyptum isidem plurium inuentricem ad mor
bos medicamentorum:& medicinæ arti admodũ cõ-
tulisse:quam mortalitate quoq; potitam gaudere ho-
minum cultu:inq; eorũ ualitudine præcipue uersari.
Quin etiã in somnis opitulatur palam eis:quos censuerit dignos. Omnis fere orbis hãc deam colebat propter
manifestas eis morborũ curas: Etenim in somnis illam dicebant non recte ualentium auxilia morbis præbere.
Et qui eius monitis obtemperarent. Præter opinionem curari etiam quorum medici salutẽ desperarint. Tradũt
aliqui isidis & osiridis sepulcra in nysa arabiæ sita:est autẽ utriq; dicatã columnã sacris sculptam litteris: inq; isi- isidis columna
dis hæc scripta esse. Ego isis sum ægypti regina a mercurio erudita:quæ ego legibus statui nullus soluet. Ego sum
osiridis:ego sum prima frugum inuentrix. Ego sum ori regis mater: Ego sum in astro canis refulgens:mihi Buba Osiridis
stia urbs condita est. Gaude gaude ægypte:quæ me nutristi. In columna uero osiridis hæc scripta dicũtur. Mi pa- columna
ter Saturnus deorum omnium iunior: Sum uero osiris rex qui uniuersum peragraui orbem:usq; ad desertos in
dorum fines ad eos quoq; profectus sum qui arcto subiacent usq; istri fontes:& iterum alias quoq; orbis adii us-
que ad mare oceanum partes: Sum Saturni filius antiquior:neq; ullus est in orbe ad quem non accesserim locus
docens omnes ea:quarum inuentor fui. OVIli.ouile locus erat in campo martio de quo superius late. DOMi
næ:isidis. EN animam:exprobrãtis est. ERGo hic præcipuum. Ordo est. Ergo hic.i.isidis antistes.qui circun
datus linigero grege:& grege caluo populi plangentis:currit derisor anubis: meretur honorẽ præcipuũ & sum
mum. ANVbis:hoc loco genitiui casus: Vnde Ruffus Festus in arato:ubi de uirgine meminit ait. Aut pelusia
ci magis es dea littoris isis. Digna poli consors & cura latrantis anubis. Variabitur itaq; hic anubis huius anubis
uel anubidis sicut adonis huius adonis uel adõidis:hic osiris huius osiris uel osiridis:hæc serapis huius serapis uel isidis corus
serapidis:hinc Apuleius libro.xi.ait. Inuicti osiridis. Item de serapis principalis dei nocturnis. GREge linigero.
Apuleius libro.xi.sic ait: De isidis sacris. Tunc influunt turbæ sacris diuinis initiatæ uiri fœminæque omnis di-
gnitatis:& omnis ætatis linteæ uestis candore puro luminosi.ille lympico tegmine crines madidos obuolutæ: Sistra
Hi capillum derasi funditus uerticem prænitentes:magnæ religionis terrena sidera æreis & argẽteis immo ue
ro aureis etiam sistris argutum tinnitum constrepentes. Et Antistites sociorum proceres illi qui candido lintea-
mine cinctum pectoralem adusq; uestigia strictim iniecti potentissimorum domini proferebant insignis exu-
uias. GREge caluo:diximus ex Apuleio q; isidis sacra celebraturi uiri capillum funditus deradebant. & Plinius Apis bos
libro octauo.c.xliii.ubi de Api boue meminit ait q; bos in ægypto etiam numinis uice colebatur:apin uocabãt.
Non erat fas eum certos uitæ excedere annos. Mersum in sacerdotum fonte enecabant:quæsituri luctu & ali-
um quem substituerent:& donec inuenissent mœrebant derasis etiam capitibus. Nec tamen unquam diu que-
rebatur:inuentus deducebatur a sacerdotibus Memphin & cætera. Cumque se prorumpebant in cœtus incede
bat summoto strepitu lictorum iussu grexque puerorum comitabatur carmen honori eius canentium. intellige
re uidebatur & adorari uelle.

¶ CANdida io:io inachi argiuorum regis filia a phœnicibus rapta est ut Herodoto credimus: & abducta in DOM.
ægyotum Osiris eam duxit uxorem quo mortuo regnum tenuit. dictaq; isis post mortem habita pro dea: eius
sacra romam translata sunt templo iuxta campum martium erecto sacerdotes linea ueste utentes euagabantur
lugentes:mox ad lætitiam conuersi sacra perficiebant id erat in monumentum isidis:quæ Orum quaque filium
sollicite perquirebat amisso marito:uerita ne ei accidisset quod patri:mulieres hæc sacra frequentabant: nephas
q; his erat illis diebus coniungi cum uiro. MERoem:lege Plinium & Strabonem de meroe. LINigero: Ouidi-
us:ne fuge linigeræ memphitica templa iuuencæ; Mar. linigeri fugiunt cauli sistrataq; turba:linigeri sacerdotes
isidis quoniam ueste linea utebantur:ut Herodotus scribit præsertim xylina ut auctor est Plinius:nec aliam in
ducere fas erat:calceis item papyraceis calui dicuntur: quoniam eodem auctore cum alibi sacerdotes pro-
mittant comam in ægypto eorum capita traduntur:immo & tertio quoque die totum corpus raditur:ne tinea

uel aliud aliquid sordidum inter sacra offendat. Anubis lingua ægyptia Mercurius dicitur: idem significat canem
nam Mercurius capite canino una cum iside colebatur quoniam Diodoro teste. Isis canibus usa est ad maritum
inueniendum. canes propterea in eius sacrorum pompa præcedebant: addit Diodorus anubi fuisse filium Osiri
dis fratrem Macedonis: qui quoniam cane insigni armorum usus est: ea imagine colebatur: hoc loco anubim ap
pellat sacerdotem isidis quoniam tanq̃ anubis. i. Mercurius nuntius erat inter mulieres & isidem.
MER. ❡ TER matutino tyberi mergetur. mane aqua tyberis se perfundentes expiari credebant Persius. Hæc sancte
ut poscas tiberino in flumine mergis Mane caput: bis terq̨ & noctem flumine purgas. TOTum regis agrum
martium significat campum: Nam pulsis regibus: cæsisq̨ coniuratis Tarquiniorum ager populo datus & dictus
est martius. A MEroe portabit aquas: Meroe insula quam nilus suo ambitu facit hanc æquinoctiali suppositã
calidam appellauit: Et quia in templo isidis (ut scribit Seruius) aqua sparsa de nilo esse dicebatur q̃uis plerumq̨
simulata foret: & non uera: mulier sacris dedita usq̨ a meroe aquam referebat. QVAe proxima surgit ouili:
Ouilia Ouile accipit, pro campo Martio. ubi erant septa in quibus comitiorum tempore populus claudebatur: Ouidius
in fastis. Est quoq̨ quo populum fas est includere septis. Lucanus item exponente Seruio: ouilia pro campo po
suit cum dixit. Et miseræ maculauit ouilia Romæ. Campo itaq̨ isidis ædem proximam fuisse accipeř debemus
isiacorum habitus GREge linigero. isiaci lino tecti incedebant: quoniens sacra isidis celebrarent. Ouidius Nunc dea linigera coli
tur celeberrima turba. Et Martialis linigeri fugiunt calui sistrataq̨ turba. Suetonius de Othone. Sacra, etiam isi
dis: sæpe in lintea: religiosaq̨ ueste propalam celebrauit. ET grege caluo. derasis capitibus: sacerdotes quesituri
Apuleius apim bouem merebant (Vt tradit Plinius) & Lampridius de commodo hæc ait. Sacra isidis coluit. Vt & caput
raderet & anubim portaret: sed isiacorum habitum: & isidis pompam sic describit Apuleius in metamorpho
seos libris. Tunc influunt turbæ: sacris diuinis initiatæ: uiri fœminæq̨ omnis dignitatis: & omnis ætatis linteæ
Antistites & pompa isidis uestis candore luminosi: illæ limpido tegmine crines madidos obuolutæ: Hi capillum derasi funditus uerticem
prænitentes. Subiungit item quinq̨ fuisse antistites: quorum primus lucernam claro præmicantem porrigebat
lumine. Secundus ambabus manibus gerebat altaria. Tertius palmam attolebat auro subtiliter foliatã nec non
Anubis mercurialem etiam caduceum. Quartus aureum uasculum in modum papillæ rotundatum: de quo lacte liba
Bos apis bat. Quintus auream uannum: aureis congestam ramulis: tum prodibant anubis attollens canis ceruices arduas
& bos apis in erectum leuata: hoc autem sacrum qui cupit cognoscere: eundem legat auctorem.
VAL. ❡ TER matutino tyberi mergetur: matutino tyberi: idest ipsa matutino ueniens tempore. & ẽ figurata & ho
nesta locutio. Tyberi mergetur: huic simile illud Hor. Frigida si puerum quartana reliquerit illo Mane die quo
tu indicis ieiunia nudus In tyberi stabit casus medicusq̨ leuarit Aegrum & præcipiti mater delita necabit In ge
lida fixum ripa febremq̨ reducet. TVMidum. superstitiosum. SVPerbi. subaudiendum Tarquinii. dicit au
tem (ut inquit Probus) tarquinium campum hoc est insulam tyberis. SI CAndida iusserit io. i. isis candida autẽ
pulchra: ut Home. iunonẽ λευκώλενον uocat. A MEroe. insula ad tractum ægyptium idq̨ nomen a cambyse
regis sorore habuisse ferunt: cum enim cambyses ægyptum omnem occupasset meroem usq̨ q̨ secum ad ægy
ptios ducens processit: cum ibi montem obiisset urbi nomen ab ea indidisse existimant. ultra syenem autem est
ad torridam zonam: & inde p meroen prima appellata zona est. ANTiquo q̃ proxima surgit ouili. utrum re
giæ romuli an palatio: an certe: ut Seruius putat sæpta quæ in campo martio inclusa tabulatis erant: in quibus
stans præfectus suffragia ferre consueuerat: sed quoniam sæpta similia sũt ouilibus duo hæc pro se inuicem po
nunť: unde & Luca. Et miseræ maculauit ouilia romæ. IPSius do. isidis. IPSius do. se uo. mo. quæ a sacerdo
te audierit. EN aiam: ironicos legendum. EN aiam & men. aia est qua uiuimus animus quo sapimus qa mẽ
te non dicitť: ut Lucretius putat his uerbis. Nũc aium atq̨ aiam dico cõiuncta teneri inter se atq̨ unam naturam
cõficere ex se. Sed caput esse quasi & dominũ in corpore toto. Cõsiliũ quod nos animum mentemq̨ uocamus
sed secus arbitrať Augustinus q de spiritu & anima scribens aius inqt ẽ substantia quædã rõnis particeps regẽ
do corpori accõmodata: mẽs uero inqt dř a mene: mene aũt græce luna: & sicut luna crescit & decrescit & defi
cit: & uaria uicissitudine cõmutať: in id tamen qđ fuit pfecta qdã nouitate se restituit: sic mẽs nũc caput summis
inserit nũc deficit in fima nũc sese referens sibi ueris falsa redarguit: mõ ad corporalia regenda deflectitur: mõ
æternis rõnibus inspiciendis uel cõsulendis adhæret. ERGo hic pci. ordo est: ergo hic anubis qui grege linige
gero & grege caluo populi plãgentis circundatus currit derisor præcipuum summũq̨ honorẽ mereť. subaudi
endũ apud mulieres. QVI grege linigero circũdatus. Ouidius Ne fugæ linigeræ memphitica tẽpla iuuencæ.
MAN. ❡ PLANgẽtis populi. iã diximus ex Plinio q̨ q̃ situ
ri apin bouem lugebant mœrebantq̨ derasis etiã ca
pitibus. Et Diodorus libro primo ait. q̨ Typhon fra
Osiris mors ter osirim occidit quem ĩ sex ac uiginti partes laniaue
rat. isis tamen osiris mortem auxilio ori filii Typho
nem interemit: & cædis conscios: inde ægypti regnũ
cœpit. Osiridis partes omnis dispersas. pter pudenda
cũ inuenisset: ex aromatibus: ac cæra singulas ĩ formã
hominis uiro similem composuit: conuocatis deinde
ægypti sacerdotib' singulis dedit osiris imaginẽ iubẽs
ut seruarent in abditis: & ut deũ colerent: eiq̨ animal
ex suis quod malent dicarent: illudq̨ coleret ueluti osi
rim dum uiueret: atq̨ post obitũ simili cerimonia ob
seruarẽt. sacerdotes obsecuti sunt isidis iussis & animã

Plangentis populi currit derisor anubis.
Ille petit ueniam: quotiens nõ abstines uxor
Concubitu sacris obseruandisq̨ diebus:
Magnaq̨ debeť uiolato pœna cadurco.
Et mouisse caput uisa est argentea serpens
Illius lachrymis: meditataq̨ murmura pstãt
Vt ueniam culpæ nõ abnuat ansere magno
Scilicet & tenui popano corruptus osiris
Cũ dedit ille locum cophino: fœnoq̨ relicto
Arcanam iudea tremens mendicat in aurem

Interpres legũ ſolymarũ & magna ſacerdos
Arboris: ac ſummi fida internuntia cæli:
Implet & illa manũ: ſed partius ære minuto
Qualiacunq; uoles iudæi ſomnia uendunt

tia a principio ei dicata in honorem habētes: cũ morie
bantur in eorum funere renouabant oſiridis luctum.
Tauros autem ſacros. hunc Apin alterum Memphin
nominatos ſacrificabāt oſiridi: Quos etiam uelut de-
os ægyptii omnes colebant. Lactantius uero libro pri
mo capitu. uigeſimoprimo: ſic ait. Iſidis ægyptia ſacra
ſũt: quatenus filium paruulum: uel perdiderit: uel inuenerit. Nam primo ſacerdotes eius deglabrato corpore ſua
pectora tundunt. Lamentātur ſicut ipſa quum perdidit fecerat: Deinde puer producitur quaſi inuentus & in læ
titiam luctus ille mutatur &c. ANVbis: ſcribit Diodorus li. primo. ꝙ Anubis. & Macedon oſiridis filii fuerunt
quorum uterq; armis uſus eſt inſignibus aliquo animali. haud eorum naturæ diſſimili. Nam anubis canem. Ma
cedon lupum inſigne armorum tulit. Qua ex re hæc animalia ægyptii ſummo in honore habebant & horum
animantium formis apud ægyptios colebantur & Anubis & Macedon. Idem quoq; Diodorus libro ſecundo: Anubis
ſic ait. Canis tum uenationi: tum ad cuſtodiam prodeſt propterea deum q apud eos Anubis uocatur capite fin- Macedon
gunt canino: ſignificantes cuſtodem corporis oſiridis atq; iſidis fuiſſe. Quidam aſſerunt iſidis canes: quo tempo Canis in
re oſiris quæſitus eſt: & feras & ouios omnes amouentes una oſiridis corpus inueſtigaſſe. Ideoque in feſtis iſidis ægypto
præire canes pompam ueteri more antiquam erga canes gratiam oſtentāte. ILLE petit ueniam: Adhuc præ-
dictaq; mulierum ſuperſtitionem arguit: nam quæ ab concubitu ſacris diebus non abſtinuerant iſidis ſacerdo-
tes adhibant: ut expiarentur. ILLE. ſ. ſacerdos & antiſtes iſidis. PETit: ab iſide. VXOr: alicuius uidelicet.
SACris diebus: per nouem dies ab uiris abſtinebant mulieres: dum iſidi ſacra fierent. Vnde Propertius libro iſidis
ſecundo. Elegia uero. xxxiii. ait. Triſtia iam redeunt iterum ſolemnia nobis Cynthia iam noctes eſt operata no- ſacra
uem. Atq; ut nilo pereat quæ ſacra tepente Miſit matronis inachis auſoniis. Quæ dea tam cupidos totiens diui
ſit amantes Quæcunq; illa fuit: ſemper amara fuit. VIOlato caduceo: Non cadurco: ſed caduceo legendum ē:
quod etiam in antiquo textu legitur. Nec te moueat prima ſyllaba. Nam uti in uerſilogo latius oſtendi multa ſũt
habentia primam ſyllabam communem. Macrobius etiam libro primo ſat. ſcribit ꝙ argumētum caducei ad ge-
nituram quoq; hominum: quæ geneſis appellatur: ægyptii protendunt. Caduceus autem ipſe duobus dracōibus Caduceus
ornabatur. mare & fœmina: in nodum obligatis parte media uoluminis ſui. Tunc præterea uiolari caduceum
credimus: quum uetito tempore coniuges coeunt. Et Apuleius libro undecimo ſic ait. Ille ſuperum commeator Anubidis
& inferum nunc atra: nunc aurea facie ſublimis attollens canis ceruices arduas Anubis. leua caduceum gerens: forma
dextra palmam uirentem quatiens &c. Patet itaq; caduceo non cadurco legendum eſſe. MOViſſe caput: aſſen Serpens
ſiſſe precibus. ARGentea ſerpens: quāuis in caduceo dracōes eſſent. Licet etiam de caduceo poeta dixerit pau Draco
lo ante. Non tum de illis hoc loco intelligendum: nam ſingulariter argentea ſerpens ait. Poſtea dicet corruptus
oſiris. Itaq; de dracone intelligit: qui erat in ſigno adiuncto ſimulacro Serapidis: ſcribit enim Macrobius lib. pri
mo ſat. ꝙ ſimulacro ſerapidis ſignum tricipitis animantis adiungebant: quod quidem in medio leonis caput ex-
primebat. Dextra parte caput canis exoriebatur. pars uero leua ceruicis rapacis lupi capite finiebatur. Eaſq; for-
mas animalium draco connectabatur uolumine ſuo capite redeunte ad dei dexteram: qua compeſcebatur mon
ſtrum: Hæc ex Macrobio. De capite igitur huius draconis omnino intelligas. Serapis autem idem & oſiris. Dio
dorus enim libro primo ſic inquit. Oſiris uero tum ſerapis dicitur: tum Dionyſius: tum Pluto: tum Ammō: tum Oſiris
iuppiter. ILLius: ſacerdotis. ſ. MVR mura: uidelicet ſacerdotis. ANSere: Herodotus libro ſecundo ſcribit de Serapis
ſacerdotibus ægyptiacis: ꝙ e re domeſtica nihil conferebant: ſed eorum ſingulis quotidie cibi ſacri cocti præſto Dionyſi
erant. Et carnis bubulæ & anſerinæ ſatis abundeq;. Vinum quoq; uineale tradebat. Vniuerſi autem ægyptii iſi- Ammon
dem & oſirim præq; colebant. TENui popano: græci ποπανον dicunt non recte igitur repono legitur a qui iuppiter
buſdam. Suidas apud græcos ſcribit Domitio referente. Popanum eſſe placentam latam tenuem rotundā. Pol- ægyptii
lux etiam placente genus popanon, ſcribit eſſe: qua in ſacrificiis utebantur. Cuius dictionis uſus eſt frequēs apud ſacerdo-
Ariſtophanem. ut Merula edocet. CORruptus: ſeductus a priori ſententia. Hinc Perſius ſatyra ſecunda ait. Fũ tes
de merum genio: non tu prece poſcis emaci. Quæ niſi ſeductus nequeas committere diuis. ILLE: ſacerdos: ui- Popanon
delicet. DEDit locum: diſceſſit. COPhino fœnoq; relicto: ideſt negociis omiſſis: per Cophinum ſed enim ſer
uilia opera ſignificantur. Auctore etiam Auguſtino ſuper pſalmum. lxxx. ita enim inquit. per Cophinum ſignifi
cantur opera ſeruilia mundare ſtercora: terram portare Cophino fit. Erat p̄terea cophinus uas ex uirgultis: græ
ca dictio. Priſcianus Corbem interpretatur. ex tenui autem uili ſupellectili inopiam declarauit iudæorum: ut ibi
ſatyra tertia. Quorum. Cophinus fœnumq; ſuppellex. In fœno autem dormire ſolitos intelligimus. IVDæa: Cophinus
iudæorum multitudo. TREmens: uel inopia tremens uel ſuperſtitioſa & anxia futuris. MENdicat: neceſſa-
ria quærit ac poſtulat. IN Aurem: mulierem ſcilicet. LEGum ſolymarum: Ioſephus libro ultimo de bello iu-
daico ſcribit: ꝙ primus conditor Solymarum fuerat chananeorum potentiſſimus: qui patria lingua iuſtus appel Solymæ
latus eſt. erat quippe talis: ideoq; ſacerdotium primus exhibuit: & phano primum ædificato hieroſolymam ciui Hieroſo-
uitatem uocauit. Cum ante ſolyma uocaretur. Chananeorum poſtea populo pulſo: rex iudæorum leobi- lyma
us colendam ſuo tradidit. & Plinius libro quinto ſcribit hieroſolima fuiſſe longe clariſſima urbium orientis.
Nomen iudeæ. LEGum ſolymarum. Diodorus libro ſecundo docet ꝙ Moyſes apud iudæos a baio quem de- Moyſes
um uocant: acceptas leges dare præ ſe ferebat. Vt citius populi ob rei excellentiam deum timore legibus obté- Dodo-
perarent. SACerdos arboris: alluſio eſt ad dodoneas ſacerdotes. nam ut ſcribit libro ſecundo Herodotus: Erát neæ
ſimillima inter ſe oracula & illud apud Thebas ægyptias. & illud apud dodonam. ubi antiquiſſimæ ſacerdoti no ſacerdotes
men erat promeneæ: proxime timaretæ: minimæ natu Nycandræ. Iouis fanum in dodona erat ſub phago cō-

ditum. Scribit idem geminas ex ægypto columbas euolasse utranq; nigram. Vnam quidem in aphricam: alterã uero in Dodonam epiri: quæ phago insidens humana uoce elocuta sit: eo loci iouis oraculum condi debere. Eã uero quæ ad aphros abiisset columbam iussisse aphris ut Ammonis oraculum conderent: quod oraculum & ipsum iouis erat Sed re uera columbas illas ait fuisse fœminas sacerdotes sorores a phœnicibus his locis uenditas &c. MAGna sacerdos arboris: allusio est ut dixi ad dodoneas sacerdotes quoniam iudæi etiam siluas tũc colebant. Vnde dixit satyra tertia. Et eiectis mendicat silua camœnis. Et propterea magna sacerdos ait quoniam ut diximus apud Dodonam erat magna. Erat minor: erat minima sacerdos. ILLa: uxor uidelicet alicuius. SED partius ære minuto. Qualiacunq; uoles iudæi somnia uendunt. Sensus est. q̃ mulier aliqua manum implebat iudæis. Illi tamen etiam mercede minima somnia interpretabantur. AERe minuto: ut puta quadrante. QVAliacunq;: uel bona: uel mala uel uera uel ficta uel obscura: uel clariora. IVDæi somnia uendunt. Apuleius libro undecimo ait: q̃ isis sibi dormienti apparens ita dixit. Quæ sunt consequentia sacerdoti meo per quietem facienda præcipio. Diximus & plura hic etiam conuenientia paulo superius. ubi de iside meminimus. Strabo quoq; libro decimoseptimo scribit in Canopo fuisse Serapidis templum: & cultu & religione excellens: ut etiam doctissimi uiri crederent: & pro se uel pro aliis insomnia ibi captarent.

Colũbæ Dodõeæ

isidis somnia serapis

DOM. ℂ SACris diebus: dicatis isidi: nã tunc nephas erat mulieribus coire. Propertius: quæ dea tam cupidos toties diuisit amantes Quæcunq; illa fuit semper amara fuit. ARGentea serpens: intelligit de serpente quæ in imagine osiridis in ara isidis complectebatur canem & lupum: producto capite a dexteram Osiridis auctor est Macrobius de hoc magis placet intelligas q̃ de dracone qui est in uirga Mercurii geminus. ANSere magno: nam & carnibus anserinis uescebantur sacerdotes ægyptii & bubulis ut scribit Herodo. PEPono tenui: Suidas apud græcos scribit peponum esse placentam latam tenuem rotundam de qua nunc intelligit. SACerdos arboris: alludit ad sacerdotes dodoneas inter quas ætate præstabant promenea: tindaretæ: nicãdra: nam ad fagum arborem responsa dabant: ut Herodotus & Sillius scribunt. QVAlicunq;: nam somnia in templo Osiridis de quo loquitur captabant: ut Strabo scribit uel pro uel pro aliis.

MER. ℂ PLAngentis populi. Lactantius hæc de iside scribit. isidis ægyptia sacra sunt quatenus filium paruulum uel perdiderit: uel inuenerit. Nam primo sacerdotes eius deglabrato corpore sua pectora tundunt: sicut ipsa: cũ perdidit fecerat: deinde puer producitur: quasi inuentus: & in lætitiam luctus ille mutatur. CVR rit derisor anubis: Diodorus refert unum ex commilitonibus osiridis: anubim dictum fuisse: qui galeam tulit caninam: Vnde & latrator anubis apud Virgilium: quẽ derisorẽ superstitionis fœmineæ dicit. FEStis obseruandisq; diebus: per nouem dies sibi mulieres a uiris temperabant: dum isidi sacrificarẽt. Propertius. Cynthia iam noctes est operata nouem. ARGentea serpẽs: aut aspis in cymbii ansulis insurgẽs: & arduũ caput extollens ceruicibus late tumescentibus. aut ea serpens: de qua Ouidius in amoribus de pompa isidis loquens: hæc scribit. Pigraq; labatur circũ donaria serpens. Et comes in pompa corniger apis eat. TENui popano: popanon placentæ genus: qua in sacrificiis: auctore Polluce utebamur: huius ditionis usum habemus frequentem apud Aristophanem sunt qui deducant popanon a uerbo græco κοπτω: quod est incido. ut popanon quasi κοπανον uel πεττο τοχονευω.

Glabri sacerdotes isidis

Anubis

Popanon

Solymæ Hierosolymæ

COR ruptus: seductus & mercede placatus: ut illud Persii. Quæ nisi seductis nequeas cõmittere diuis. LEGum solymaæ. Solymæ hierosolymæ postea dictæ fuerunt longe clarissima: ut ait Plinius. Vrbiũ olim fuit orientis. Solymas Tacitus existimat a solymis appellatas. Solymi. & enim gens fuit uel homeri carminibus celebrata. SACerdos arboris. aut quia siluam incolebant iudæi: aut quia ad arborem sacra faciebant.

VAL. ℂ CVR rit deri. anu. ordo est: hic derisor anubis: q̃ anubis portaret simulacrum grege linigero & grege abrasi capitis populi plangentis propter amissum osirim. CVR rit: cursu lustrat urbem meretur præcipuũ summũq; honorem. est enim osiris qui & anubis. Ruffus Festus i aratro. Aut peleusiaci magis es dea littoris isis. Digna poli consors & cura latrantis anubis. SA. obser. die. in quibus a uenere abstinendum est. MAGnaq; de. uio. pœ. cadur. ut si hæc pœna cadurco debeatur membrum mulieris: inquit Probus itelligit cum sit membri muliebris uelamen: uel ut alii est instita qua lectus incenditur: unde ait. Sulpi. ne cadurcis restitutis fasciis nudũ caleno concubentem proferat: nã caduceus ut quidam legunt primam producit ut caducifer. Oui. in fastis. Tartara iussus adit sumptis caducifer alis. ARGentea ser. idest æsculapius quoniam cum romani oraculo admoniti in epidaurum insulam misissent: ut inde æsculapium afferrent serpens ex templo eius progressus nauem legatorum conscendit quem illi numen credentes esse romam adduxerunt. nisi sit serpens: de qua Ouidius de iside locutus. Pigraq; labatur circum donaria serpens. ILLius sacerdotis: lachrymæ & murmura. CVLpæ: mulieris. TEnui po. corruptus osiris: popano sacrificio de pane facto: popanum inquit Suidas placenta fuit lata quam diis ueteres offerebant: hoc latini ut reor bellarium nominarunt: sed pro quocunq; libo capitur. Corruptus quippe qui immutat sententiã: hoc sibi libo oblato. COPhino fœnoq; relicto: idest relictis quæ agebant & negociabantur ex quo iudæorum mentes angustas paruas & sordidas uoluit intelligi sicut & supra cophinum fœnumq; supellex. Augu. octogesimi psalmi dauid exponens hæc uerba si diceres quibus oneribus manus eius in cophino seruierunt. per cophinos inquit significantur opera seruilia. mundare stercorere. terram portare: cophino fit. seruilia sunt opera. fœnum super quo forte strati dormierunt iudæi. IVDæa tremens: decrepita uel tremens superstitiosa. MENdicat in aurem: petit sibi elemosynam dari dum secreta illi ac suam aperit inopiam. INTerpres legum solymarum: utrum solomonis an hierosolymæ ciuitatis. MAGna sacerdos arboris: quod siluas haud longe ab urbe incolerent ut ipse supra nunc sacri fontis nemus & delubra locantur iudæis. FIda inter nunquam nuncia cæli: quæ dei uideri uult inter nuncia quæ ferat & referat quid homines optent quicque deus uelit. QVAliacunq;. ex hoc fallacia uideri uult quæ de somnis iudæi dixerint.

MAN. comagea

ℭ SPONDet amatorem. in eas inuehitur poeta quæ haruſpices conſulebant in rebus etiam improbis: Simul q haruſpices ipſos armenios. ſcilicet & comagenos taxat uti & iudæos paulo ante: nã mulieres decipiendo multa illis pollicebantur: ut amatores diuitum teſtamenta & huiuſmodi. TENErum: adoleſcenté. CALidæ: nuptæ occiſæ: & adhuc palpitantis. COMagenus. Strabo libro decimo ſexto ſic ait. Syriæ partes a Cilicia & amano incipientes ponimus comagenam & eam quæ ſeleucis ſyriæ appellatur. Poſtea inquit hoc in loco: nunc eſt Euphratis pons: apud quem ſita eſt ſeleucia. Meſoptamiæ caſtellum: Comagenæ a Pompeio adiectum. Comagena demum per parua regio eſt. DEFERat. ideſt accuſet & reprehendat. CALDæis ſed maior erit fiducia: ideſt plus credent Aſtrologis q̃ haruſpicis. Strabo autem libro ſexto ſcribit: q olim diuinatores in precio erant. quemadmodum tyteſias: orpheus & muſæus: apud indos gymnoſophiſtæ: apud perſas magi. & q necromantici & hydromatici appellantur: apud aſſyrios Chaldæi: apud romanos hetruriæ haruſpices. Chaldæorum Aſtronomicorum genera multa erant: qui tã quam per ſectas eiſdem de rebus alias atq alias opiniones ſequebantur. Cicero libro primo de diuinatione ſcribit q in ſyria chaldæi cognitione aſtrorum: ſolertiaq ingeniorum antecellunt. Diodorus item ait libro tertio: q chaldæi peritiſſimi aſtrologiæ habiti ſũt multi diuinatione quadam futura prædicebant: ac tũ auguriis: tum ſacris: tum aliiſq quibuſdã incantationibus. & mala auerterẽ ab hoïbus: & bõa afferre auguria inſuper: ſomniaq & pdigia interptati cõſueuere. AFRonte relatũ ammonis: uel a fonte. utrunq. n. legi poteſt. Antiqui & diuinationẽ & oracula plurimum uenerabantur: nunc earum rerum maxima negligentia eſt: inquit Strabo libro decimoſeptimo de ſua tempeſtate. Nam romanis ſybillæ reſponſa ſatiſfaciunt inquit idem. & hetruſca diuinatio per auguria per exta & iouis ſigna quapropter ammonis oraculum quaſi ex toto deficit: prius in honore maximo habebatur. Vbi reſponſa non ut apud delphos uerbis dabantur: ſed magna ex parte nutu & ſignis. Vtq Mela ſcribit. in Cyrenaica prouincia erat ammonis oraculum fidei inclytæ & fons quem ſolis appellabant: Solinus item ait. q ammonis templo fons proximat ſoli ſacer: ubi & lapis legitur: ammonis uocant cornu: nam ita tortuoſus eſt: & inflexus: ut effigiem reddat cornu arietis: fulgore aureo ẽ. Præ diuina ſomnia repræſentare dicitur: ſubiectus capiti incubantium. Herodotus libro ſecundo ſcribit. q ægyptii iouem ammonem uocant. DELphis oracula ceſſant. Strabo etiam libro nono ſic ait: hodie profecto ſumma in mendacitate delphicum eſt oraculum. Erãt autem Delphi ſtrabonis tempore circa templum apollinis ad fines caſtaliæ fontis in latere auſtrali parnaſſi montis phocidis. Cicero præterea in diuinatione ſcribit euanuiſſe delphicum oraculum q exhauſta ſit cæleſtis cuiuſdam ſpiritus uis. CALigo futuri. obſcuritas & ignorãtia futurorum: quia oracula ceſſant. HORum: aſtrologorum. ſ. EXVL. ſ. fuerit ſed futurorũ ſcientia ab exilio reuocatus. CONducenda: cõſtituta mercede ducenda. TABella. in qua quidem computare ſolent aſtrologi.

eleucia
Diuinatores

Spondet amatorẽ tenerũ: uel diuitis orbi
Teſtamentũ ingẽs. calidæ pulmonæ colũbæ
Tractato: armẽius uel comagenus haruſpex
Pectora pullorum rimatur: & exta catelli:
Interdũ & pueri: faciet quod deferat ipſe
Caldæis: ſed maior erit fiducia: quicqnid
Dixerit aſtrologus: credet a fronte relatum
Hãmonis: quoniam delphis oracula ceſſant
Et genus humanum damnat caligo futuri:
Præcipuus tamen horũ eſt: qui ſæpius exul:
Cuius amicitia conducendaq tabella

Chaldæi
ammonis oracula
Delphica oracula
Fons ſolis ammon
Delphicũ oraculum
Delphica

DOM.

ℭ COMagenus: ex ſyria tamen aruſpices excelluerunt in telineſſo urbe cariæ. Comagene uero pars eſt ſyriæ unde comagenum dixerunt iecur anſeris maceratum niuibus: quod medicamentum eſt & comagenii inuenerũt. PVLmone columbæ: cum eo conuenit quod dixit aruſpicem comagenum. i. ſirium: nam ſiri ſacras columbas autumant putantes reginam ſuam in columbam conuerſam fuiſſe. q. d. ne auibus quidem ſuis ſacris parcunt.
QVOd deferat ipſe: ideſt q accuſet ipſe & obiiciat: aliis ex hiſtoria eſt: nam qui filiam bareæ ad magicam hortati ſunt eam poſtea ſunt inſectati accuſationibus. CHAldæis: caue cõiungas deferat chaldæis ſed ita legas: ſed maior eſt fiducia chaldæis. i. plus credunt chaldæis. i. aſtrologis q̃ aruſpicibus. QVOniam delphis oracula ceſſant. hoc ait in irriſionem omnium oraculorum: nam delphica oracula amplius non dabãtur quia. ſ. nunq̃ fuerãt quod Cicero ita ſcribit: Cur iſto modo delphis iam oracula non eduntur: non modo noſtra ætatẽ ſed iam diu: iam: ut nihil poſſit eſſe contemptius. Lucanus: Siluit poſtq̃ reges timuere futura: & ſuperos uetuere loqui: extat Plutarchi libellus: quo diſputat: quare ſiluerunt oracula. Ammonis oraculũ inſtituit puella a phœnicibus diuendita (ut ægyptii tradunt) Pauſanias hamonem paſtorem auctorem fuiſſe ſcribit. Diodorus amonem regẽ. Herodotus amum lingua ægyptia iouem ſignificari ſcribit: unde iuppiter amon.

MER.
Comagena
Oraculũ hamonis
Curtius
cur ceſſẽt oracula

ℭ ARMenius: ab armenia: quam duplicem geographi tradunt maiorem ſcilicet & minorem. COMagenus: comagena pars Syriæ inter montem taurum & Euphratem ſita in qua ſcribit Plinius repertum adipem anſerinum: in uaſe æreo: cum cynamo niue multa obrutum ac rigore gelido maceratum ad uſum præclari medicaminis. quod a gente dicitur comagenum. AFRonte relatum hamonis: in lybia cyrenaica oraculum erat hamonis muneribus opulentum: & ueritate ſortium celeberrimum. Nam illud conſulturi populi frequentiſſimi adhibant. Colebatur iuppiter in arietis formam: ſed umbilicum gemmis & auro (Vt ait Curtius) coagmentatum aurato nauigio ſacerdotes geſtabant: multis argenteis Pateris ab utroq nauigii latere pendentibus: ſequebantur matronæ uirgineſq patrio more inconditum quoddam carmen canentes: quo propitiari iouẽ credebant ut certum redderet oraculum. DELphis oracula ceſſant. cur delphica ceſſauerint oracula. Lucanus hæc ſcribit. Sed ſiluit poſtquam reges timuere futura. Et ſuperos uetuere loqui. Quidam in Neronis impietatem referunt: cuius iuſſu delphici apollinis templum ſit euerſum. Cicero autem in diuinatione tradit: ideo euanuiſſe delphicũ ora-

culum ꝙ exhausta sit coeli cuiusdam spiritus uis:quam sententiam idem Lucanus sequitur uel ꝙ incendio tem/
Plutarch⁹ pli:quod a Gallis patratum fuit:spiritus diuinationis sit extinctus.Plutarchus specialem composuit libellum:quē
inscripsit ϖέριτον εκλελοιϖο των χρηςηριον.hoc est de oraculis.quæ defecerunt.

VAL. ℭ SPOndet:quasi id in eius potestate sit. DIVi.or.diuitis carentis omnino sobole. HARmenius uel coma/
genus:harmenius ex harmenia:comagenus ex comagena quæ regio cappadociæ propius adiacet montiq; ama
no. PECtora pul.ri.scrutatur:licet rimari proprie dicantur sues cum pascentes cibi gratia terram uertunt. FA.
quod de.ipse chal.utrum deferat ut comparet quæ facit cum chaldæorum scientia:an certe deferat accuset.hinc
delatores. CHAldæis:apud chaldæos apud quos didicerit sicut fecit inqt Probus Egnatius philosophus: cuius
filia botte quam hortatus erat ad magicam grandinem tulit ob quod iussa est mori. CRE.a fonte re.ha perin
de ac si hamon iuppiter e fonte suo protulisset.cum enim Diony.quem bacchum dicimus exercitum in aphricā
ductaret & aquarum pateretur inopiam subito aries ex harena comparuit & liberum bacchum ad aquam per/
duxit ex quo liber eum arietem iouem hamonem appellauit:eiq; templum construxit ubi aquæ compertæ sunt
abest autem ab alexandria ad nouem dieꝝ iter locus harenosus:unde nomen hēt serpentibus plenus. QVO
niā del.ora.cessant delphos locus apollini sacer:dictus sane delphos:ut quidam asserunt:ꝙ illic delphinem draco
nem apollo sagittis cōfixerit:alii ꝙ apollo quæ obscura sunt claritudine lucis & oraculorum ostēdat εκτου δη
λουναφανη:uel ut aliis placet:ꝙ unus & solus sit:nam prisca græcorum lingua.δελφοσ solus dicebatur. un/
de & αδελφοσ quasi non solus frater adhuc appellatur.Home.in hymno quem inscripsit apollini ait delphon
dici & delphicum apollinem nominari ꝙ delphinis facie cretensibus in mari nautis uisis sibi aram ab eisdem fie
ri mandauerit.proinde apud eum sic apollo loquitur.ωσ μὲνεγὼ τοϖρο τον ευηροει δ ἐξί ϖοντωει λο/
μένοσ δελφινὶ θοησε ϖινιόσ ορουὄσα ὢσ εμοὶ ευχεσ τάι δελφινίω.αυτα ρόβωμοό αυτοσ δελ/
φειοό και εσοψὶοσ εστέ ταιαιει. DELphis oracula cessant.nunquid cessant ꝙ ut Cicero scribit pyrri qui/
dem temporibus uestibus.postea uero omnino forte dare responsa apollo desierit:aut ꝙ eius ara ab imperato/
ribus fuerit obstrusa:ne quis futura ex oraculis posset amplius prospicere.unde Luca.Non ullo sæcula dono.
Nostra carent maiore deum ꝗ delphica sedes.Quod siluit postꝗ reges timuere futura.Et superos uetuere loq.
ET genus humanum damnat caligo futuri:idest damnatur quisquis rerum futurarum inscius est. QVI sæpi
us exul.qui scientia futurorum se ab exilio uideatur reuocasse. CONcidendaq; ta.quam pinacem dicūt mathe/
matici:quæ in orbiculum facta est:in qua astrologi astra componunt:quam neoterici figuram coeli uocant. aut
astrolabium dicit.quidam legūt conducenda.& est sensus ob cuius amicitiam & tabellam potens aliquid aliqs
obiit ciuis:ꝙ eum imperatoribus accusarit: cuius horoscopio emenso imminere imperatori malū protulerit.

> Magnus ciuis obit:& formidatus othoni
> Inde fides arti sonuit si dextera ferro
> Leuaq;:si longo castrorū in carcere mansit
> Nemo mathematicus geniū indēnat⁹ hēbit
> Sed qui bene perit:cui uix in cyclada mitti
> Contigit:& parua tandem caruisse serypho
> Consulit ictericæ lento de funere matris:
> Ante tamē de te tanaquil tua:quādo sororem
> Efferat:& patruos:an sit uicturus adulter
> Post ipsam.qd eni dare maius nūina possunt

MAN. ℭ MAGnus ciuis obit.Galba imperator intelligit.
Otho Sueto.n.scribit ꝙ otho conatibus Galbæ prius acces/
Galba sit:& spem imperii cœpit magnā quidem & ex condi
tione temporum:sed aliquanto maiorem ex affirma/
tione Seleuci mathematici:qui cū eū olim superstitē
Neroni fore spopondisset:tūc ultro inopinatus adue/
nerat.Imperaturū quoq; breui repromittēs. Tulerat
animo otho cœnantem in palatio Galbam aggredi:
Seleucus sed medium tempus religio & Seleucus exegit:deinde
destinata dies est.Vide & plura satyra secunda ibi ni/
mirum summi ducis est occidere Galbā. INDE.ex
hoc quod sequitur scilicet. FIDes adhibet. ARTi.
mathema astrologiæ & mathematicæ. DEXtra.ipsius astrolo
tica gi. FERro.cathenis & manicis ferreis. LONgo ca/
strorum carcere:idest longis cathenis:cathenæ enim
sūt castrorū carcer. MAThematicus. mathematicæ
spēs sunt quattuor.Arithmetica quæ de numeris tractat:& ριθμεω numero dicit & ριθμοσ numerus fert.Mu
sica.Geometria Astronomia.μαθημα autē & μαθησισ disciplina dicitur μαθητεω doceo.μαθητησ discipu/
Eudæmo lus. GENium.Apuleius de dæmonio Socratis ait.Eudæmonas dici beatos:quorum dæmon bonus idest ani/
nes mus uirtute perfectus est:quem nostra lingua poteris genium uocare:quoniam is deus qui est animus sui cuiusq;
quamquam sit immortalis:tamen quodammodo cum homine gignitur. INDEmnatus:non damnatus. VIX
Seryphus pene. CYClada.de Serypho intelligit:est enim cycladū insula teste Plinio libro quarto capitulo decimotertio:
in eam autem uti in Gyaron nocentes mittebantur.Gyaros una sporadum est de qua latius satyra prima.Stra/
bo autem libro decimo plura de serypho scribit.Cyclades uero dictæ sunt quia in orbem iacent. CONsulit icte
ricæ.Mulieres carpit:quæ quidem matris uiri:sororis & patruorum mortem Adulterique uitam optantes con/
sulebant astrologos.Quæ uero optima scitu fuissent non curabant:ut scire quid triste saturni sidus minaretur &
Icteros huiusmodi. CONSulit.astrologos scilicet. LENTO funere:tarda morte. ICTERicæ matris.Icteros aucto
re Paulo morbus est:quum per totum corpus bilis suffunditur:quæ interdum nigra interdum flaua est. Plinius
libro uigesimosexto capitulo.xxxi.morbum regium appellat:ait enim sic.Morbum regium in oculis præcipue
Regius mirari est tenuitatem illam densitatemq; tunicularum felle subeunte hippocrates a septimo die in febre morti/
morbus ferum signum esse docuit.Marcellus uero Arquatum morbum appellat qui regius dicitur:a colore uidelicet cæ/
Arquatus lestis arquus uel ꝙ ita stringat corpora: ut in arquum ducat. TANAQuil tua. quæ uideri uult augurio/
morbus rum perita: ut fuit Tanaquil uxor Tarquinii Regis Romanorum: quæ ut Romam Venit Caia Cæcilia

est appellata:ut scri.festus Liuius.i.li.scri.quomo Tanaquil pita erat ut uulgo hetrusci: cælestiũ ꝓdigiorum mulier itaque uiro pdixit summũ rerũ culmẽ:ubi aquila illius capiti reddiderat pileũ:quẽ prius abstulerat:pdixit item & Seruio tullio regnum:quum puero dormienti caput arsisset. EFFErat:ad sepulchrum ferat. Tanaquil

℄ MAgnus ciuis:damnat astrologorum scelera sumpto exemplo a Seleuco astrologo cuius cõsilio mors Galbæ dilata est ab Othone:ut scribit Tranquillus:hanc inquit operam præstant astrologi ut rebus nephariis consulant.Fidentinus stultam prius opinionem de pisone recitat mox addit a nobis edoctus:quidam uolunt de galba intelligi:ego is sum ita uolo & interpretor Fidentine:Recte tu quidem in hoc q hanc opinionem ad alios reiecisti:nam ueram sententiam nunq̃ dixisti ex te. MAGnus ciuis.i.galba. OBIT:consilio scilicet Seleuci astrologi. PARua seripho.seriphus inter duodecim cyclades est:ubi Perseus educatus capite gorgonis incolas in lapides conuertit quoniam his adiutoribus Polydectes rex persei matrem ad nuptias cogere uoluit. Strabo auctor. graue illic erat exilium post seriphonem tenos dicata Neptuno.inde emenda carmen Virgilii. undarum tenos æquorumque regi. IECTericæ:iectericum morbum regium Celsus & Plinius appellant quoniam ut ait Celsus regio cubiculi apparatu curatur.Idem arcuatus a colore arcus cælestis Varro regium dictum putat quod mulso preciosissimo remedio curatur. DOM.

℄ MAGNus ciuis obit & formidandus othoni.Ptolomæum mathematicũ:hic significari arbitror:qui ut Tacitus scribit promiserat othoni in Hispania eum superfuturum Neroni:& postquã ex euentu fides euenit: coniectura:iam & rumore:senium galbæ:& iuuentam Othonis computantium persuaserat fore:ut imperium ascisceretur. Quare Otho peritia & monitu fatorũ:& cupidine ingenii humani libenter obscura credidit & de nece Galbæ cogitauit:nec defuit Ptolemæus sceleris instinctor Hæc Suetonius Seleucum præmonuisse scribit. SOnuit.hoc est si manicas gestauerit uinctus. SERipho.seriphus una sporadum in mari ægeo quæ adeo petrosa ẽ ut illi opprobretur hoc fuisse passa q perseum nutriuerit:qui Medusæ capite illuc allato incolas in lapides conuertisse dicatur.Hæc eustachius in has insulas deportabantur plerunque nocentes. ICTericæ matris.icteron patientis.Est autem icteros:auctore Paulo morbus:cum per totum corpus bilis suffunditur: quæ interdum nigra: interdum flaua est.Hunc morbum Plinius regium appellat:quem præcipue i oculis mirari ait tenuitatem illam desitatemque tunicularum felle subeunte:hunc eundem regium uocauit Varro:q mulso præcipue curaret̃. Cornelius & Apuleius Auriginem & auriginosum hominem dicunt. Ast Marcellus arquatum a colore uidelicet cælestis arcus.Sed ictericus ab ictero nascitur.Est enim icterus auis:q̃ latine galbulam Plinius appellari existimat: de qua hæc legimus:Galbula decipitur calamis & retibus ales. Turget adhuc uiridi cum leuis uua mero. TAnaquil tua:non simpliciter hic Tanaquil accipiatur pro quacunque uxore astrologos consulenti:sed occultior sensus subest.Nam morem nubentium respexit:quas domum mariti ingressuras dicere iubebant tradente Plutarcho. Vbi tu Caius:ego Caia:siue ut ostenderent pariter utrunque imperaturum:quasi sit:ubi tu dominus:ego domina: siue magis propter Caiam Cæciliam honestam sane mulierem ac bonam:quæ Tanaquil dicta est: Tarquinii uxor:hæc tantæ probitatis fuit:ut id nomen boni ominis causa frequentarent nubentes. Ergo hic erit sensus. Tua Tanaquil:quæ uetere instituto & nubentium omine.pari cum potestate in domum tuam uenit de annisque tuis primum inquirit. MER. Ptolome' Otho Galba Icteros Paulus Arquatus Ictericus Caius Tanaquil

℄ MAGnus ciuis obit.pentimemeris est aut ideo & syllaba producit̃ q synchopa fit pathos. ET for.otho. quem otho formidare potuerit ante q̃ uitellius ipsum sibi mortem consciscere compulerit. INDe fi.ar.scientia datura fœminis. SONu.si.dex.fer.læuaque:hoc est si abusus arte ob flagitia sua uinculis ferreis teneatur astrictus. NEMo mathematicus genium indemnatus habebit:sensus est:qui non fuerit damnatus uidetur genium: idest fœlicem uel infœlicem cuiusquam naturam intelligere non posse. MAThematicus:qui matheses didicit disciplinas:sunt autem per excellentiam mathematicæ appellatæ Arithmetica Geometria Musica & Astrologia:q primum in demonstratione teneant gradũ a μανϑανω.quod disco significat:quod ut Plato uult primo discendæ sunt. GENium indemnatus habebit:idest tenebit quæ sit hominis fœlicitas infœlicitas ue:nã quos Eudæmonas græci uocant nostri fœlices dicunt:& quem illi dæmona idest Apulei sententia animum uirtute perfectum nominarunt:latini genium:quoniam inquit is deus qui est animus sui cuiusque quanuis sit immortalis tamen quodammodo cum homine a deo gignitur. IN Cyclada mitti cõtigit:mutauit uersus necessitate casum ut pro eo quod cycladem dicẽdum fuit cyclade scripserit:in ægeo sinu insula aliqua.nam cyclades q circulum efficiant:quæ q dispersæ per mare sint.sporades etiam sunt appellatæ. ET Parua tandem caruisse seripho:insula in quam delati non reuocabantur.& est sensus:sed astrologorum peritissimus ille est qui tale aliquid admisit ut eius facinus non exilium sed sensim mereatur exitium uel certe is doctissimus cui quin interierit parum admodum defuit quod euenisse astrorum peritia a fatuis creditur fœminis. CONsulit astrolos:aut magos filia. HIctericæ lento de funere matris:hicterici sunt oculos habentes liuidos & quasi cum quodam uirore pallentes.auis inquit Plinius hictereus uocatur a colore:quæ si spectetur sanari morbum regium tradunt.& auem mori.hanc puto latine uocari galgulam. TARdo de funere:quid sit q tantum differat occasum. TANaquil tua: uxor Tarquinii prisci quæ & Caia Cæcilia dicta est:de qua Plinius Tarquinio prisco inquit regnante tradunt repente in foco eius comparuisse genitalem cinerem masculini sexus:eamque quæ insederat ibi Tanaquillis reginæ ancillam ocrestam captiuam cosurrexisse grauidam.ita Seruium Tullum natum qui regnõ successit: ignem in regia accubanti:& caput puero arsisse uisum:& ob id Tanaquillem illum futurum regem prædixisse memoriæ prodiderunt: creditumque laris familiaris filium esse ob id compitalia ludos laribus primum instituisse. Tanaquil igitur tua: idest saga sicut Tanaquil. QVANdo sororem afferat: de morbo matris consulit: sed tamen ante de tuo sororis & patrui obitu. QVID enim maius dare numina possunt.q̃ si mœcchum relinquat superstitem. VAL.

MAN. Saturni iouis stella ueneris stella Martis stella Succinum

¶ TAMen: cum prædicta inquireret optima scitu: sequentia uidelicet non curabat. SATurni sidus: id gelidæ ac rigentis est naturæ ut inquit Plinius libro secundo: & Cicero libro primo de diuinatione scribit: q stella iouis aut ueneris coniuncta cum luna adortus puerorum salutaris sit. Saturni Martis ue cōtraria. Ptolemæus libro primo quattuor partium scribit: q scientia uirium stellæ Saturni: cæterarumq; etiam stellarum procedit ab experimentis suarum figurarum: quæ sunt in earum collatiōe cum sole & luna. De stella autem Saturni latius diximus libro primo geor. ibi scilicet frigida Saturni sese quo stella receptet. QVO astro: quo sidere: PINguia succina nascitur succinum defluente medulla pinei generis arboribus ut gummi in cerasis Resina pineis erūpit humoris abundantia: densatur rigore uel tempore quod arboris succum esse etiam prisci nostri credidere: ob id succinum appellantes: pineæ autem arboris esse indicio est pineus in atritu odor & q accensus tædæ modo ac nidore fragret. Trāspadanæ fœminæ moniliū uice succina gestabāt: maxime decoris gratia q autem destillet primo succinum argumento sunt quædam intus translucētia: ut formicæ aut culices: lacertæq;: quas adhæsisse musteo non est dubium: & inclusas indurescenti. Genera eius plura: Candida odoris præstantissimi: sed nec iis: nec tetris precium. fuluis maior auctoritas. Cæterum atritu digitorū accepta ui caloris atrahunt in se paleas: & folia arida: ut magnes lapis ferrū. hæc omnia ex Plinii lib. xxxvii. EPHemeridas: libellos in quibus acta quottidiana continentur ephemeridas appellant. In quibus item annotatiōes eorum quæ die quoq; accidunt εφημερίσ enim diarium dicitur. ἐφημεροσ uero quottidiāus. Gellius libro quinto. c. xviii. ait Annales esse quum res gestæ plurium annorum

Hæc tamen ignorat quid sidus triste minatur
Saturni: quo læta uenus se properat astro.
Qui mensis damno: quæ dent tēpora lucro
Illius occursus etiam uitare memento:
In cuius manibus ceu pinguia succina tritas
Cernis ephemeridas: quæ nullū cōsulit & iā
Consulitur: quæ castra uiro patriāq; petente
Non ibit pariter numeris reuocata thrasylli:
Ad primum lapidem uectari cū placet: hora
Sumitur ex libro: si prurit frictus ocelli.
Angulus: inspecta genesi collyria poscit.
Aegra licet iaceat capiendo nulla uidetur
Aptior hora cibo: nisi quā dederit petosyris.
Si mediocris erit spacium lustrabit utrunq;

Annales, Ephymeris Diarium

obseruato cuiusq; anni ordine deinceps componuntur. Quum uero non per annos: sed per dies singulos res gestæ scribuntur ea historia græco uocabulo ἐφημερίσ: idest diarium dicitur. Asconius libro tertio de prætura urbana scribit. q moris fuit unum quemq; domesticam rationem sibi totius uitæ suæ per dies singulos scribere: in quo appareret: qd quisq; de redditibus suis qd de arte fœnore: lucroue seposuisset. Et quē item sumptum dānumue fecisset. sed postq̄ assignandis litteris reorum ex suis quisq; tabulis damnari cœpit. hæc uetus consuetudo cessauit. PARiter: una cum uiro. NVMeris: calculationibus. THRasylli: Tranquil. scribit q Tyberius Thrasyllum mathematicum ut sapientiæ professorem contubernio admouerat. FRICtus angulus: uexatus: exasperatus digitis uel re alia. GENesi: idest genituræ numeris & calculatione. Genesis enim genitura interpretatur

Genesis

auctore Macrobio libro primo satur. COLlyria: medicamina sunt oculorū. Hora. satyra quinta hic oculis ego nigra meis collyria lippus illinere &c. PETosyris: fuit is astrologus insignis & ægyptius: de quo Plinius libro septimo capitulo quinquagesimo primo ait: Durat ea ratio quam petosyris ad necepsos tradiderunt. SI Mediocris erit mulier inquit. Mediocris conditionis sortes adibit. LVStrabit: circuibit.

DOM.

¶ EPHemeridas: Sempronius asello scribit esse diaria in quibus singulorum dierum acta continentur quā interpretationem alii hoc loco secuti sunt: sed ex uerbis Plinii planum est. ephemeridas esse supputationem numerorum in astris: qd quoq; die immineat Plini. crinas massiliensis arte geminata ut cautior religiosiorq; ad syderum motus ex ephemerida mathematica cibos dando horasq; obseruando eum austeritate præcessit. SVCcina: nā hæc manibus tractabant & tenebant matronæ ut bene olerent ut est apud Mar. THRasyllus: hic mathematicus fuit ætate Tyberii principis ut plane ostendit Tranql. PETosyris: & necepsus celebrabant testimonio Plinii in. ii. & vii. naturalis historiæ. PETosyris. i. ratio astrorum tradita a petosyri id genus medicinæ instituit crinas massiliensis de cibo. s. dando egrotis ex hora astrorum. SI Mediocris erit: si iquit mulieres sint mediocris conditionis consulunt sortilegos q sunt minoris auctoritatis quā astrologi: Sortes inuenit Numerius suffusius pnestinus æedē pēdebant romæ hoc genere diuinationis humiliores utebantur: Cicero quis enim magistratus aut quis illustrior utitur sortibus. VTRūq; spacium: idest utrunq; caput: pendetium sortium.

MER. Ephemeris Thrasyll9

¶ PINguia succina. hanc gummam (ut Plinius scribit) arboris succum esse etiam prisci nostri credidere ob id succinum appellantes. Igit a succo succinū deriuat. EPHEmeridas: annotatiōes eorum: q p quāq; diē accidūt græci ephemeridas uocāt. Nā medici (ut in naturali legimus historia) cautius religiosiusq; ad siderū ex ephemeride mathematica cibos dabant: horasq; obseruabāt. Ephemeris uero latine diariū dicitur. Oui. aūt in amoribus. Tabellas ab amica remissas sicut execrat. Inter ephemeridas melius tabulasq; iacerent: in quibus absumptas fleret auarus opes. THRasyllo: dion scribit Thrasyllo astrologo Tyberiū in primis cōfisū: q is ad astrologiæ discipliā natus esset: p quē sibi & Lucio atq; Caio qd fata portēderēt: cognoscebat: fert olim statuisse Tyberiusquem rhodum secessisset: eū muro deiicere: qd is solus secretorum eius cōscius eēt. Ergo cū Tyberius forte pturbatum uidisset Thrasyllū: q sit cōtractæ frōtis cām. Cūq; respōdisset imminente periculo se obturbari. Admiratus Tyberius non ausus est id exeq qd mēte cogitasset: adeo omnia per scientiā Astrorum nouerat Thrasyllus: ut cum olim nauim a longe uidisset a mare: & ab Augusto nuntium de reditu in urbem ferentem omnia prædixerit. Quæcunq; nauis nunciatura erat. COLlyria: medicamina sunt collyria: quæ priuatim oculis adhibentur di

cuntur autem Collyria a græco κολλυρίδ quia truncata & imperfecta sint. Horatius. Oculis collyria lippis. Columella uero Collyria immitenda aluo bouis truditate laborantis tradit. PETosiris. Astrologus nobilis. genere ægyptius fuit Petosiris: eius rationem Astronomicam plinius affert in septimo naturalis historiæ. Durat ea ratio: quam petosiris ac Necepsos tradiderunt: & trimorion appellarunt a trium signorum portione: qua posse in italiæ tractu centum uigintiquatuor annos uitæ contingere apparet. SPATium lustrabit utrumque metarum Metæ in medio circi sitæ erant. circa quas (Vt ait Varro) circensis pompa & equi currebant: sed circum diuinatores frequentabant: Vnde fallacem circum in sermonibus dixit Horatius. Collyria petosiris trimorio Meta Circus

¶ QVid sidus triste minetur saturni. hoc insultans dicit poeta: quia licet consulant astrologos hæc tamen ignorant: idest hæc, quæ poscunt sibi exponi non intelligunt: aut tolerabilius esse ait: quis consulant quod ipsæ nesciunt quæ astrologi sciunt. CEV pinguia succina. succina enim matronæ ut manus habeant molliores sæpe contractant. TRITas cernis ephemeridas. uel membranas mathematicorum uel actus diurnos dicit ἐφημερίσ enim: ut Aulus gelius inquit latinum interpretamentum scriptum habet in libro sempronii aselionis primo annales tantummodo quod factum quoque anno gestum sit ea demonstrabant: idest quasi per diarium scribunt quas græci ἐφημερίδασ uocant ephimerida quoque scedulas appellasse ueteres compertum habeo: in quibus diurnas impensas perscripserunt. Propertius i tertio elegiarum. Me miserum hos aliquis rõnem scribit auari. Et ponit duras inter ephimeridas. NVLLum consulit: interrogat. NON ibit pariter numeris reuocata trasylli: qui fuit & ipse auctor matheseos cuius mentionem facit etiam Porphirius in musica Ptolemæi. Hora sumitur: ut abeat & sospes redeat. INspecta genesi: hora qua genita est. COLlyria poscit. oculorum medicamina quæ modis multis fieri solent. QVam dederit petosiris: nomen mathematici: quẽ Suidas ægyptiũ scribit fuisse philosophum: qui de diis quos ægyptii & græci coluerunt scripsit: hũc & Pli. singulas ptes in lunari circulo minimo. xxxiii. stadiis paulo amplius patere colegisse ait. SI Mediocris erit: mulier nõ magnarũ facultatum. SPAcium lustrabit utrũque metarũ. quod circulatores: uel ut probus inqt: hoc consueuerint adhibere ut delectis sibi locis duobus eos lustrent idest circuant: deinde per eos sortes: idest taxillos iactarent quo exinde quod suæ geneseos signũ se accommodauerit ĩspiciatur nunquid uiuet quando & paucis ex uerbis ibidem conscriptis sortes educunt suas. VAL.

Metarum: & sortes ducet frontemque manumque
Præbebit uati crebrum poppysma roganti
Diuitib⁹ respõsa dabit phryx augur: & idus
Cõductus dabit astrorum mundique peritus
Atque aliquis senior qui publica fulgura condit.
Plæbeium i circo positũ est & in aggere fatũ

¶ MEtarum: circulorum: cõstituebat. n. circulus quẽ sortilegi lustrabãt: deinde sortes educebãt. FROntem: lineis enim frontis & manus uentura noscebatur frõtium inspectores metoposcopi uocabãtur. nã μετώπον frõs σκοπὸσ inspector. POpysma: sonitus ẽ illisæ manus si concaua fuerit: sed proprie sibilus & pulsæ ceruicis equinæ plausus: hinc Mar. li. vii. in gallam coeũtiũ sonitum popysma uocauit. Quis nã ferre potest fatui popisma tacũni. Quũ sonat hic cui nõ mẽtula mẽsque cadit ποππύζων sibillo significat. CREbrũ popysma. coitũ itellige in quo sonitus quidã creber fieri solet. Pro manuũ palpitatione nõ cõuenit: quis. n. sibilus aut sonitus in tractatione manuũ fit: nullus certe. PHryx augur. scri. Cice. li. i. de diuinatione quod phryges & cylices & arabum natio auium significationibus plurimũ obtẽperant: quod idẽ factitatũ in umbria se accepisse inquit. ET indus: ordo est & dabit responsa indus conductus pitus astrorũ & mũdi. Stra. li. xv. ubi de india loqtur scri. bragmanes phũs hypsiologiam. i. naturæ rationem & astronomiã exercere. QVI publica fulgura cõdit. scri. Sene. priscos romanos cũ crederent nisi fato fulmina nõ decidere cæsis hostiis extructisque aris adhibito sacerdote uelut in procuratiõe malorum illa condere. PVBlica: erãt. n. & priuata. Pli. nãque li. ii. scribit hoc pacto. Cæterum existimant nõ ultra decem annos portẽdere priuata: præterquam hæc quæ matrimonio primo facta: aut natali die publica non ultra tricesimum annum: præterquam in deductione oppidorũ. PLAEbeiũ fatum. i. responsa de fato mulierum plæbeiarum: posita sunt in circo & in aggere & in iis enim locis erant diuinatores: ad quos quidẽ plæbeiæ accedebant IN circo. apud quẽ meretrices erãt: quæ de futuris cõsulebantur. plinius. n. li. xxx. c. ii. De Nerone sic ait. Vtinam que inferos potius & quoscunque de suspitionibus suis deos cõsuluisset: quam lupanaribus atque pstitutis mãdasset inquisitiões eas. Iuuenalis ẽt pbat id quod meretrices cõsuluerit ad circũ quũ ait. Quæ nudis longũ &c. IN aggere placet intelligi de aggere Tarquinii superbi. pli. n. libro tertio de urbe ait. Clauditur ab oriẽte aggere Tarquini superbi inter prima opera mirabili: namque enim muris æquauit qua maxime patebat aditu plano. MAN. poppysma phryges Indi philosophi Fulgura Fulmina

¶ FROntem. i. adhibit & metoposcopos qui fronte inspecta futura prædicunt & chironomantas qui ex manuũ incisuris uaticinanť. POPpisma: nõnulli pro coitu acceperunt sed nulla rõne cõfirm ti: nam græce ποππύζειν ẽ manu tractare adhibito ẽt leuiore sono uocis ad mansuefaciẽdũ ut solemus equos indomitos: quẽ sonum quoniam cunnus facit in coitu. Mar. dixit fatui poppismata cunni: hic igiť ita intelligit: chironomãta diu differt sniam suã ut mulierẽ consulẽtẽ diu palpitet & tractet: nã poppisma ut dixi ẽ tractatio manuũ. PHRyx augur. hoc ait quoniã ut scribit Cicero: Arabes: Cilices: phryges: cãtus auiũ notauerunt diligẽter & auguria. PVBlica fulgura: hoc ẽ quod hñt publicã curã fulgurũ: nã cũ cadebãt fulgura aderãt qui locum expiarent: cæsis bidentib⁹: quẽ clausum & septum bidental appellabat Persius. Triste iaces lupis euitãdũque bidẽtal. PLAEbeium. in circo positũ in circo Flaminio Gnei Domitii delubro Scopæ manu Sculptæ erant nereides super delphines: & alia præterea magnum ac præclarum opus: etiã si totius uitæ fuisset: ut scribit plinius: id appellatur ad columnas delphinorum: iuxta item circum erat colossus bruti callaici in templo prostabant mulieres ad circũ: supra ad circum iussas prostare puellas. PHAlæ alta ædificia dicuntur auctore Pompeio: uel turres ligneæ: ut scribit Marcellus a phalado quod cælum significat apud hetruscos: dicitur ergo ante phalas. i. ad templum Bruti iuxta circum ubi DOM:

erat colossus altissimus. Sensus est pauperes mulieres: & plebeias adire prostantes ad circum iuxta. s. delphinos Gnei Domitii & colossum bruti: & ab his capere cõsilia. FATum plebeium: i. responsa de fato plebearum mulierum. IN circo & aggere. i. in mulieribus prostantibus ad circum iuxta aggerem qui illic erat.

MER. ℂ DVCet sortes: oracula sumet. FROnte: ex frõte futura plurimi pdicebant: cuius artificii metoposcopi uocabant. Nam μετωπον frons σκοπος ĩspector: hinc legimus apud Suetonium metoposcopũ a Narcisso Claudii liberto adhibitum: ut britannicum inspiceret cõstantissime affirmasse illum quidẽ nullo mõ. Cæterum Titũ qui prope astabat utiq; imperaturũ. Quanq̃ Plinius in trigesimoquinto ex facie diuinatorẽ metoposcopon appellat his uerbis. Quẽdam ex facie hominũ ad diuinãtẽ: quomodo methoposcopus uocãt. Ex his dixisse: aut futuræ mortis annos: aut præteritæ. Corrigaturq; dicto. Nam legitur metopus. MANum: propter chiromãtiã. POPpysma roganti: poppysma crepitus ẽ illisæ manus si cõcaua fuerit: Sed proprie sibilus & pullæ ceruicis equinæ plausus: de quo Virgilius. Et plausum pulsæ ceruicis amare. Martialis. Velut uitium notauit in galla poppysma. Vtpote insulsum coeũtiũ crepitũ. Ait enim. Quis nã ferre põt fatui poppysmate cunni. Cum sonat hic: cui non mentula mẽsq; cadit. PVBlica fulgura condat: scribit seneca priscos Romanos: cũ crederẽt nisi fato fulmina nõ decidere: cæsis hostis extructisq; aris adhibito sacerdote: uelut in procurationẽ malorum illa cõdere: ictũ uero fulmine locum: & hostiis expiatũ: bidẽtal dixere. Persius Triste iaces lucis euitandũq; bidẽtal. Publica autẽ ad differẽtiã priuatorũ dixit: de qbus idẽ auctor in scdo naturaliũ quæstionũ hæc tradit. Priuata. n. fulgura negãt ultra decimum annum. publica ultra trigesimũ posse differri. Plinius item de fulminibus. Cæterũ existimãt non ultra decem annos portendere priuata: preterquã in patrimonio facta aut natali die publica nõ ultra trigesimũ annũ: preterquã in deductione oppidi. PLAEBeium in circo positum est & in aggere fatum in circo. Iam diximus sortes dari: Aggerẽ uero intelligit Tarqnii de quo hæc Plinius in descriptione urbis romæ. Claudit ab oriente aggere Tarquinii superbi inter ipsa opera mirabili namq; eum muris æquauit: qua maxime patebat aditu plano: cæterum munita erat pcelsis muris: aut abruptis montibus. Sẽsus igitur erit plæbeii & ĩfimæ sortis: aggerem Tarquiuii & circũ petunt: ut ab auguribus fatum suũ discãt. Potẽs autẽ & opulẽta fœmina externos augures atq; haruspices consulit.

Metoposcopus

Poppysma

Bidental

Publica fulgura priuata

VAL. ℂ FROntẽq; manũq; præbebit uati: qui ex sulcãtibus frontẽ aut manũ lineis futura pdicere se pollicet. CRebrum poppysma ro. i. coitũ quãdo & ex manus cæsuris libidinis ẽt indicat intẽperãtia. poppysmata: inquit Suidas sunt uoces: ex sono. n. ut reor effictũ uocabulũ ẽ quibus indomitis equinis blãdimur pullis. DIVitibus subaudiendũ fœminis. PHryx au. q; lõge paritior hẽret qui ex phrygia in urbẽ cõcessisset. CONDuctus: a mulieribus. DAbit: subaudiẽdũ respõsa. ASTrorũ mũdiq; peri. astrologus. & q rerũ naturæ cognitionẽ hẽt: mũdus. n. a moueo dictus: ut Varro inquit: oẽ cũ elemẽtis cœlũ noĩat: astrorũ mũdiq; pitus. i. fati & fortũæ. Aut certe syderũ & elementorũ: hoc ẽ astronomiæ & phisicæ. ATq; aliquis senior q publica fulgura condit senior quẽ græci. πρεσβυτερον uocant: unde neoterici latini præsbyterũ dixerũt: cuius nominatiuum com præsbyterus esse debuerit præsbyter ut uesper fecit. QVI publica fulgura condit: condi fulgura dicuntur quotienscunq; pontifex dispersos ignes in unum redigit: & quadam tacita prece locus aggestione consecratur. Lucanus. Arnis dispersos fulminis ignes Colligit & terræ tacito cum murmure condit. Datq; lucis numen: sacris tunc admouet aris: Electa ceruice marẽ. Nã disciplinæ hetruscorum piti haruspices adducti romam certis temporibus transfiguratis fulminibus in lapides & infra terrã reconditis p eius rei apparatũ oues immolabant: eumq; locum sicut quidã fulmen bidẽtal appellabãt: q; ubi deciderit fulmen bidẽtes mactarentur: uel qd idipsum fulmen duos haberet dentes. aut certe q; is locus secundo pcussus fulmine ab haruspicibus consecraretur qui expiari non poterat nisi imolata q̃libet hostia: eũq; locũ calcari nephas fuit. PLAEbeiũ fatũ. i. qdcũq; plæbeis fato ĩminet. IN circo. i theatro. ET in aggere. loco pereminenti. hoc est in omnium conspectu. IN circo & in aggere. ubi consulunt.

Quæ nudis longũ ostendit ceruicibus aurũ
Cõsulit ante phalas: delphinorũq; columnas
An saga uendenti nubat caupone relicto:
Hæc tamẽ & partus subeunt discrimẽ: & oẽs
Nutricis tolerant fortuna urgente labores.
Sed iacet aurato uix ulla puerpera lecto.
Tãtũ artes huius: tãtũ medicamina possunt
Quæ sterilẽ facit: atq; hoies ĩ uẽtre necãdos
Conducit: gaude infœlix: atq; ipse bibendum
Porrige quicquid erit: nam si distẽdere uellet
Et uexare uterum: pueris salientibus esses
Aethyopis fortasse pater: mox dcolor heres:
Impleret tabulas: nunq̃ tibi mane uidendus
Transeo suppositos & gaudia uotaq; sæpe.

MAN. ℂ QVAE nu. lõ. meretricis circũlocutio ẽ. CONsulit: plæbeiæ ĩterrogãti. ANte fa. falæ: ut inqt nonius turres sunt ligneæ q apd ueteres pp spectatores e lignis erigebãt. Itaq; ań falas. i. ań ligneas turres in circo spectãdi gr̃a fabricatas. Fest. uero sic ait: falæ dictæ ab altitudĩe: a falãdo: qd apd hetruscos significat cælũ DELphinorũq; co. i. ań tẽplũ Gnei Domi. scri. n. Pli. li. xxxvii. c. v. q; a scopa fact⁹ ẽ ĩ maxia dignatõe Gnei Do. delubro. ĩ circo flãmineo. Neptũ⁹ ipẽ & thetis: atq; achilles: Nereides supra delphios & cetæ: & hippocãpos sedẽtes &c. SAga uẽ. Sagũ uestimtũ erat militare: ut docet Noni⁹. NVbat. plæbeia illa. HAE tñ hæ plæbeiæ. s. ẽ ãt sẽsus. q; paupes pariũt & nutriũt. Diuites uero ut dicet ĩfra cupiẽtes ñ pariũt: nã abortiuos pcurãt. FORtũa: pauptate. PVerpera pariens. HVius q. s. steriles facit. ĩtelligit ãt de qcũq;. CONducit ho. ne. i. accipit. ad necãdos. INfœlix: uir. s. POrrige. uxori tuæ. Quicqd erit. s. datũ ab illa. DEColor ni. sin colorẽ. q; dsit ei color. TAbulas: testamti. s. VIdẽdus. uideri dign⁹ ne malũ pberet omẽ. TRanseo suppositos: ptereo inqt referre spurios: q p legitimis

Domitii templum

Saga

Ad ſpurcos decepta lacus: atq; inde petitos
Pontifices ſalios: ſcaurorum nomina falſo
Corpore laturos: ſtat fortuna ĩproba noctu

ſuppoſiti & accepti emẽtito partu a nobilibus fœminis educãtur. Hinc uirorum gaudia & uota pro ꝓpriis filiis decepta ſunt ab uxoribus accipiẽdo ſpurios aliunde. Itaq; generoſis familiis inſerunť hæredes futuri: & Salii martis ſacerdotes: q quidem e generoſis dũtaxat eligebanť: ut latius ſatyra ſecunda oſtẽdimus. TRAnſeo ſuppoſitos: occupatio eſt: fit. n. quũ dicimus nos ꝑterire: aut neſcire: aut nole dicere id quod tunc maxime dicimus: hoc modo. Nam de pueritia quidẽ tua: quam tu oĩum intẽperãtiæ addixiſti: diceremus: ſi hoc tẽpus idoneũ putarẽ: nũc conſulto relinquo. SVPpoſitos aliorum pueros: pro legitimis poſitos. AD Spurcos lacus: ad uelabrẽſem paludẽ: quæ iuxta auentinum montẽ erat nam olim paludibus mons erat ab reliquis diſcluſus: ut ſcri. Var. li. i. de lingua latina. SPVrcos. Spurcum inquit Nonius ſignificare obſcœnum: obſcurũ. Lutulentum: fœtidum. SCAurorum: nobilium: de ſcauris late ſatyra ſecunda. FORtuna improba. Virgilius de fortuna ſic: fortuna ĩmeritos auget honoribus: fortuna ĩnocuos cladibus afficit. Iuſtos illa uiros pauperie grauat. Indignos eadem diuitiis beat. Apuleius item libro ſeptimo ſic ait Subibatq; me non de nihilo ueteris priſcæq; doctrinæ uiros finxiſſe ac pronuntiaſſe cæcã & prorſus exoculatã ineſſe fortunam quæ ſemper ſuas opes ad malos & indignos cõferat Nec unq̃ iudicio quẽq̃ mortaliũ eligat: imo uero cum his potiſſimũ diuerſetur quos procul ſi uideret fugere deberet.

Occupatio
Spurcus
fortunæ uis

❡QVAE oſtendit longum aurũ: periphraſis eſt mulieris proſtantis. CONſulit: dat conſilium plæbeiæ interroganti: quod aũt mulieres proſtitutæ darent reſponſa: locus ille ĩdicat Plinii de Nerone: utinamq; inferos potius & quoſcunq; de ſuſpitionibus ſuis: deos conſuluiſſet q̃ lupanaribus atq; proſtitutis: mandaſſet inquiſitiones eas. HAE. ſ. plebeiæ & pauperes: nunc enim inuehitur ĩ diuites q̃ medicamentis abortiua faciebãt. AD ſpurcos lacus: ad paludem uelabrenſem: nam illic pueri exponebantur: eoſdem lacus gelidos dixit Martialis. FALſo corpore: nam ſunt ſuppoſiti nec nati ex nobilibus.

DOMI.

❡FALAS: falæ dictæ (Vt ait Feſtus) ab altitudine a falando: quod apud Etruſcos cœlum ſignificat. NOnius uero turres ligneas interpretatur: & falæ in circo apud ueteres propter ſpectatores e lignis erigebãtur. Nos hac ĩ pte p falas ſpectacula & metas intelligimus: quæ olim ligneæ & miræ altitudinis fuerunt. DELphinorumq; colũnas. Ioannes Caſſiodorus ſcri. in circo Eurypũ in gyrũ actum fuiſſe: quod & Suetonius innuit: reddebatq; imaginem uitrei maris: in quem delphini æquorei ĩnfluebant. Vbi item erãt obeliſci: & ĩ primis ille magnus: quẽ diuus Auguſtus in circo magno conſtituit cotinentem rerum ĩnterpretationes philoſophiæ ægyptiorum: per delphinorum itaq; columnas obeliſcos accipimus circa quos delphines per eurypum agerẽtur: & hic ſenſus mediocris mulier in circo uates conſulit: qui metas ſpectacula & delphinorum columnas frequentabant. Nam uates & ſacrificulos circum frequentaſſe ſcribit Liuius: abs quo ſæpe pulſi fuere. TRAnſeo ſuppoſitos: per occupationem in eas inuehitur: quæ ad eludendos maritos ementito ꝑtu aliunde petitos pueros ſupponebãt. SPVrcos lacus: locus in quem pueri incertis nati parentibus exponebantur: ſenſus igitur erit. Vota in ſuſcipiendis filiis decepta ad ſpurcos lacus feruntur: ex quibus clam accerſiti infantes: uelut ſuppoſiti nouo mulierũ commento generoſis familiis inſeruntur magnas hæreditates adituri.

MER.
Falæ
Delphinorum columnæ
ũates in circo

❡QVAE nudis longum oſtendit ceruicibus aurum: de tabernariis loquitur eiſdẽ non nihil opulentis. COnſuluit ante phalas: phalas turres in circo ligneas uel capita turrium: unde phalaricæ tela ad modũ haſtæ quæ ualido perfiguntur ferro: hinc ſulphure rheſina bitumine ſtupiſq; conuoluuntur infuſoq; oleo: quod incendiarium uocant de eis turribus pugnatur unde nomen habuere. Vir. Sed magnum ſtridens cõtorta phalarica uenit. Fulminis acta modo. DELphinorumq; columnas: locus in quo conſulebant. AN Saga uendenti nubat. i. ſagario nam qui uendi ſagarius & ſagaria uendendi exercitiũ noĩať. Vulpianus de tributoria actiõe duas negociatões exercebat puta ſagariam & lintеariam: ſaga autem fœminino genere diuinam ſignificat mulierẽ: unde præſagia p̃ diuinationes mentis. Cicero libro primo de diuinatione: neq; enim temere illud uerbum conſuetudo approbaſet ſi ea res nulla eſſet omnino præſagibat animus me ire fruſtra cum exirem domo: ſagire enim eſt acute ſentire ex quo ſaganus: quia multa ſẽtire uolũt: & ſagaces dicti canes: is igitur qui ante ſentit q̃ oblata res eſt dicitur p̃ſagire. i. futura ante ſe ſentire. CAVpone reli. ſenſus eſt: cõſulit hæc utrum fatis ſibi datũ ſit relicto uiro ſuo caupone nubere ſagario. HAE tamen: plebeiæ pariendi laborem non reſpuunt. AVRato lecto: ac per hoc q̃ in magnis opibus eſt. VLLa puerpera: ſenſus eſt quæ diues eſt nunq̃ puerperio languere patitur: nam aut ſterilitatis aut abortus poculũ ſumit: puerpera puerum pariens mulier appellata unde puerperium: quod tam de puella q̃ de puero dicitur: q; ueteres pueram ſicut puerum dixerunt. Tranquillus de caligula: cum agrippina bis in ea regione filia enixa ſit: & qualiſcunq; partus ſine ullo ſexus diſcrimine puerperium uocitetur q; antiqui etiã puellas ſicut & pueros puellos dictitarent. ATq; homines in uentre necandos conducit: anteq̃ e uentre eruperũt maturo fœtu. IN Ventre necandos conducit: confert mercedem illi quæ facit ſterilem ne pariat: & conducit necandos. i. eam q̃ necet homines ĩ uentre cõducit ut ſui iuris ſit. INFœlix: marite. QVI cqd: medicaminis fuerit: NAM ſi diſtendere uellet & uexare uteꝝ ſi concipere & parere. NVNq̃ tibi mane uidendus: ne mali aliquid portẽderet. IMPleret tibu. teſtamẽti quãdo tuos arbitrareris filios. TRAnſeo ſuppoſitos: occupatio eſt hoc dicit nolo filiorum loco mulieribus ſuppoſitos alioꝝ filios nunc referre. ET gaudia uotaq;: pro filiis quos ſe maritus ab uxore ſua credidit ſuſcepturum: pro quibus gaudia & uota cœperat: notos & expoſitos educat alienos. AD Spurcos lacus: ubi exponebantur infantes: aut ſpurcos q; crebra illic fierent adulteria: unde ſpurii aut q; uulgo concepti & ſeminati a græco σπειρειν exponerentur. INDe: a ſpurcis lacubus. PONtifices ſalii. i. qui ex ſuppoſitis facti ſunt martis pontifices qui ſunt dicti ſalii. Lucanus. Et ſalius læto portans ancillia collo. SCAurorum: nobiliũ romanorũ. IMProba: cæca uel ſtolida q̃ hominum non proſpicit merita.

VAL.

MAN. ¶ NVDIS: pauperibus uilibus & expositis. TVNc: postq̄ sinu inuoluerit. SECretū mimum: cum q̄do secreto ludat: eleuat enim eū e paupertate ad summum: unde satyra tertia dixit. Cum sint quales ex humili magna ad fastigia rerum extollit: quotiens uoluit fortuna iocari. HOS: suppositos. s. INGerit: immittit præbet. PROducit: exaltat. HIC magicos affert cantus. Carpit hoc loco mulieres: quæ ueneficiis uiros furere & insanire cogūt

Philtra HIC: aliquis. HIC: alius. PHIltra. φίλτρον amor dicitur: & res ipsa ad amorem inducens. Philtra amatoria interpretatur. De iis Oui. li. ii. de arte sic ait. Nec data profuerint pallentia philtra puellis: Philtra nocent animis uimq; furoris habent. THEssala: in thessalia siquidē ueneficia fiebant maxime.

Thessala ueneficia Hinc Apuleius li. sc̄do metamorphosis suæ inquit. Quid hoc inquā cōperior: hiccine mortui solent aufugere. Tace respondit ille scilicet senex quidā: Nam oppido puer & satis peregrinus es: meritoq; ignoras thessaliæ te cōsistere ubi Sagæ mulieres ora mortuorū passim demorsicāt: eaq; sunt illis artis magicæ supplementa. Et Plautus in amphitrione inquit. Ego pol hodie ulciscar illū thessallum ueneficum qui per se uertit familiæ mentem

Solea crepidulæ meæ. ET Solea pulsare nates. Gellius li. xii. c. xx. sic ait: omnia enim ferme id genus: quibus plantarū calces tātum in fine teguntur cætera prope nuda & teretibus habenis iuncta sunt. Soleas dixerūt. Nōnunq̄ uoce græca crepidulas. Persius item satyra quinta ait Solea puer obiurgabere rubra. INDe: a philtris & cantibus magicis. CALigo: obtusitas: obscuritas. TOLerabilem: scilicet est Neronis auunculus. Germanicus ex agrippina. M. Agrippæ & Iuliæ filia tulit & C. Cæsarem Caligulam & Agrippinam: ex qua natus est Nero: ut scribit Suetonius. CAEsonia. C.

cæsonia, caligula Caligula: ut Tranquillus ait. Cæsoniam neq; facie insigni: neq; ætate integra: matremq; iam ex alio uiro trium filiarū: sed luxuriæ ac lasciuiæ perditæ: & ardētius & constātius amauit. Quam enixam uxorio nomine dignatus est. Quotiēs præterea uxoris uel amiculæ collum exoscularetur: addebat tam bona ceruix simulac iussero demetur quin & subinde iactabat exquisitorum semel fidiculis de cæsonia sua. Cur eam tanto opere diligeret. De sæuitia aūt & sceleribus caligulæ q̄ plurima Sueto. ubi etiā sic ait. Creditur potionatus a cæsonia uxore amatorio qdē medicamento: sed qd̄ in furorem uerterit. FROntē tr. puli. De Hippomane intelligit: de quo latius superius i hac eadē saty. ibi hippomanes carmenq; loquar. QVOd. s. fecit. PRIncipis: iperatoris caligulæ. VXOr. Cæsonia. ARDebat cun. id ait: qauti in trāquillo legitur. Caligula sæuissimus fuit. FRActa cōpage: furore scilicet caligulæ.

Arridens nudis infantibus hos fouet omnes
Inuoluitq; sinu: domibus tunc porrigit altis.
Secretūq; sibi mimū parat: hos amat hic se
Ingerit: atq; suos ridēs producit alumnos.
Hic magicos affert cātus: hic thessala uēdit
Philtra; quibus ualeant mētem uexare mariti
Et solea pulsare nates: quod desipis inde est.
Inde animi caligo: & magna obliuio rerum
Quas mō gessisti: tamē hoc tolerabile si non
Semper aquā portes rimosa ad dolia: semper
Istud onus subeas ipsis manantibus urnis
Quod rabidus rostro phalari de rege dedisti
Et furere incipias: ut auunculus ille neronis
Cui totam tremuli frontem cæsonia pulli
Infudit: quæ non faciet: qd̄ principis uxor
Ardebant cuncta: & fracta cōpage ruebant
Non aliter q̄ si fecisset iuno maritum
Insanū: minus ergo nocens erit agrippinæ

DOM. ¶ AVVNculus ne. caligula frater agrippæ mr̄is neronis: q a Cæsonia amatorio medicamento potionatus ē: ut scri. Trāqllus: qd̄ mox eū in furorē uertit dato Hippomene: cuius i ueneficio tātæ uires sūt: ut affusū æris mixturæ i effigiē eq; olympiæ admotos mares equos i rabiē coitus ageret: de hippomene satis multa ante diximus. IVNo ma. nā Iuno. xviii. Ilia. ut scri. Home. accepto a Venere cesto in tm̄ amorem succēdit iouē ut fassus sit se nūq̄ adeo arsisse: sed hic intelligit totū orbē nō aliter mutasse isano Caligula qui eū gubernabat q̄ si iuppiter uersus esset in furorē: cuius nutu omnia reguntur: ut ita detrimentum ueneficii muliebris amplificet.

MER. ¶ PONtifices salios: quia tantum salii ex nobilibus creabantur. SECretū mimū: habet fortuna ꝓ mimo theatrali infantē fortunatū sane: quo secreto se plurimū oblectet: & quem summo studio in magnis opibus foueat. MAGicos cantus: incantamēta & carmina. PHIltra græce: latine amatoria: quæ ad cōciliandū amorem ualēt q̄ potius moribus & forma parari deberet. Nā ut nobilis poeta dixit. Philtra mouent aīos uimq; furoris habēt.

Philtra THEssala: qa i thessālia mulieres erāt ueneficiorū pitissimæ. ET Solea pulsare nates. Sic Persi. Solea puer obiurgabere rubra. Et illud Terētii fere in hunc sensū accipi pōt: cōmitigari uideā sandalio caput. AVVNculus ille Neronis: caligula germanici filius & agrippinæ frater: q mater Neronis fuit (Vt Suetonius refert) a cæsonia

Furor, caligula uxore amatorio medicamento potionatus est. Vnde in furorē uersus fuit: incitabat in somniis maxime: neq; enī plusq̄ tribus horis nocturnis quiescebat: ac ne his quidē placida quiete: sed pauida miris rerum imaginibus ut qui inter cæteras pelagi speciem colloquentem secum uidere uisus sit: nec immerito ualitudine mentis diuersissima in hoc hoīe uitia apparuerūt. FROntem pulli: hippomanes significat. Nam ut diximus in fronte eqni pulli

Claudii mors ihæret. AGRIppiæ bo. medicato boleto Agrippia maritū claudiū iteremit: cuiꝰ mors nō adeo pestifera urbi fuit: q̄ Caligulæ furor: q in rabiē actꝰ plurios senatores: & eqtes sustulit: amicos iterfecit clades publicas exoptauit:

VAL. ¶ ARRIdens: q: ex hūilibus magnos: ex obscuris nobiles: ex pauperibus diuites faciat. DOMibus altis: optiatū domibus uult eos nobilitari. SECretū: cuius successū nemo aduertisse ur̄ potuisse. MIMum: quē mimi loco hēt tā diuersas fortūas eū cogit expiri. VTq; suos ꝓducit alūnos: nā & uulgo fortūæ filii noiant. Hora. Iusserat i cāpo fortūæ filiꝰ q paupe natꝰ pr̄e ad dignitatē euectꝰ eā sit. HINc magicos affert catꝰ: ē iqt. q excātatiōes necromāticas uēdat mulieribus. THEssala uēdit philtra: q thessalia ueneficiis quēdam abūdauerit: uñ & thes

ſali ueneſici plærūq; dicti. Plautus in amphitrione: ego pol hodie ulciſcar illum theſſalū ueneficiū qui peruerſe uertit familiæ mētē meæ. PHIltra: amatoria pocula. Theo. in carmine bucolico. πα μοι ταὶ δάφναι φέρε τέστυλι μαλετὰ φίλτρα. QVIbus ualeant: uxores. MENtē uexare: demētē reddere. ET Solea puellare nates: q; ſolet his euenire quoq; aīus ſperare apud mulieres ē occupatus: Perſius ſolea puer obiurgare rubra id calceorū genus quo plātarū calces tm̄ obtegunt: cæteris ꝑpe relictis nudis pedis partibus: teretibus pedē ſupne uinciens anſis quas lingulas uocāt: ſoleā ueteres dixerunt nōnunq̄ uoce græca crepidā: licet qdam hæc differre putent. ANImi caligo: dementia furor. MAGna obliuio reꝝ: quas mō geſſiſti qui ſūt furoris effectus demētibus quippe cōſopitur ītegre ſentiendi oīs prope uia: ꝑinde & ṕteritorū meminiſſe nō pōt. Docet aūt Galenus medicus trifarie fieri ut qs in parte nō oīno fit īſanus cū aut capiat memoria: aut exiſtimatio: aut ſēſus cōis: nam aliqñ oēs etiā capiunt. TAmē hoc tollerabile ſi nō. Semp aquā portes rimoſa ad dolia: ſemp Iſtud onus ſubeas ipſis manātibus urnis. Quod rabidus nr̄o phalari de rege dediſti: ſed hi tres uerſiculi ī multis nō ſūt codicibus quos ī antiquiſſimo legimus codice: & Probus etiā refert. ET Furere īcipias: ut auūculus ille Neronis. C. caligulam cæſarē dicit q uxorē ſuā cæſoniā licet neq; facie inſigni neq; ætate ītegra eēt: ut Trāql. iqt: luxuriæ tn̄ ac laſciuiæ ꝑditæ & ardentius & cōſtātius adamauit: ut ſæpe clamyde pallaq; & galea ornata ac iuxta ad eqtātem militibus oñderit: amicis uero etiā nudā: ab hac credit potionatus amatorio qdē medicamēto: ſed q; in furorem uerteret. ET Furere īcipias. i. ſi nō īmitaris furorē tyrāni quē paſſus ē auūculus Neronis. PVLli. ſubaudiēdū equini ideſt hippomanes. Vir. qrit & naſcētis equi de fronte reuulſus. & Pli. & ſane eqs amonis īnaſci ueneficiū hippomanes appellatū ī frōte caricæ magnitudine: colore nigro: qd ſtatim edito partu deuorat fœta: aut ꝑtū ad hubera nō admittit: ſiqs ṕreptū adeat olfactu ī rabiē id genus agit. QVæ: deeſt mulier. FRActa cō. ut regēdi nullus ordo eē uideret. nā ut multa ſūt eius principis ſæuiſſime facta: ita illa ut Trāql. inqt: quod poetam ob ambigui loci uerſiculū media amphiteatri arena igni cremauit: & mirmillonē e ludo rudibus ſecū batuentē & ſponte ꝑſtratū cōfodit ferrea ſicc : ac more uictorum cū palmadis cucurrit: hoc mortuo ī ſecretis reperti ſunt duo libelli diuerſo titulo: alteri gladius: alteri pugio index erat: ambo nomina per notas cōtinebāt morti deſtinatorū inuenta eſt arca ingens uariorū uenenorum plena: quibus mox a claudio demerſis infecta maria traduntur non ſine piſcium exitio quos euectos æſtus in proxima littora eiecit unde & hic ſubiungit. NON ali. q̄ ſi fe. iuno ma. inſa. i. non aliter q̄ ſi inſania totius orbis tegeret. MINus ar. no. erit agrip. bole. exēplum de aggripina eſt quæ claudium ueneno necuit maritum: quo neroni filio proferret imperium.

Boletus ſiquidem unius præcordia preſſit
Ille ſenis: tremulūq; caput deſcendere iuſſit
In cœlum: & longā manantia labra ſaliuam
Hæc poſcit ferrū atq; ignes: hæc potio torq̄t
Hæc lacerat mixtos equitū cū ſanguīe patres
Tāti partus equæ quāti una uenefica cōſtat
Oderūt natos de pellice: nemo repugnet
Nemo uetet: iā iam priuignū occidere fas eſt
Vos ego pupilli moneo: quis amplior eſt res
Cuſtodite animas: & nulli credite menſæ
Liuida materno feruent adipata ueneno
Mordeat ante aliquis quicquid porrexerit illa
Quæ pepit: timidus ṕguſtet pocula papas

MAN. Claudii mors

AGRIppinæ boletus. De hoc aūt latius ſatyra. v. ibi. Boletus domino: ſed qualem Claudius edit Ante illum uxoris: poſt quem nil amplius edit. PRæcordia præſſit: hoc ait quoniam caligula furēs multos offendit. Claudius uero. boleto illo. nullos. SENis. i. claudii nam exceſſit anno ætatis ſuæ. lxiiii. Imperii autē anno. xiiii. TREmulūq; caput. Sueto. de claudio ſic. Riſus indecens ira turpior: ſpumāte rictu: humentibus naribus plectra linguæ titubantia: caputq; cū ſemp tum ī quātulocunq; actu uel maxīe tremulū. DEScēdere iuſſit in cœlū. i. ire ad inferos. Illi enim in cœlū deſcēdūt: qui inferos petunt. Nam & ſub terris cœlū eſt. Nec ullo pacto ad hiſtoriā aut fabulā aliquā referendū: cū res ſit apertiſſima. Similiter & maro. li. v. Lētuſq; carinas ē uapor: & toto deſcendit corpore peſtis. Nam & hic deſcēdere deorſū ire ſignificat. Ignis. n. urēdo deſcēderat licet flāma ipſa aſcēdat ſemp. Qd aūt deſcendere ī cœlū ire ad īferos ſignificet ſatyra. x. ēt patet ubi ait. Ad generū cereris ſine cæde & uulnere pauci deſcendunt reges & ſicca more tyrāni. MANantia: eminentia ſenū more. FERrū: multos interemerat caligula: ſed alios cum clam interemiſſet citare nihilominus ut uiuos perſeuerauit: quod Suetonius ſcribit. ATq; ingens. Athellanen poetā ob ambigui loci uerſiculū media amphiteatri arena igni cremauit caligula. TORquet: q̄ſtorē ſuū in cōiuratione nominatū flagellauit: ac nōnūq̄ horreis ṕcluſis populo famem induxit: curatorem munerum ac uenationū per continuos dies in conſpectu ſuo cathenis uerberatum non prius occidit q̄ offenſus putrefacti cerebri odore. LACerat mixtos equitum cum ſauguine patres. Equitem ro. obiectum feris quum ſe innocentem proclamaſſet reduxit: abſciſſaq; lingua rurſus induxit. Quum diſcerpi ſenatorē concupiſſet nec ante ſatiatus ē q̄ mēbra: & artus & uiſcera hominis tracta p uicos: atq; ante ſe cōgeſta uidiſſet. TANti partus eq quāti una uenefica cōſtat. Sēſus ē q; tāti hippōanes: quāti una uenefica: ideſt hippomane tantum ſceleris euenit furente caligula: quātū ſceleris ab una uenefica fieri pōt. De ſæuitia autē caligulæ ex hippōane ſumpto cōcepta iā dictū eſt ab poeta. De ſæuitia uero ueneficæ iamiā exordit. CONſtat: hoc ideo dicit: qm̄ multi ueneficiis obeūt. Nec interrogatiue legat ullo pacto. Nā tāti quāti correlatiua ſunt. ODErūt na. de pel. Carpit mulierū ſæuitiā & crudelitatē nō ſolū in priuignos: ſed in proprios etiā filios. NEmo repugnet. q. ſ. natos de pellice oderint. FAS eſt: hoc ait poeta ex affectu: quoniam & proprios natos necabant. ANImas: uitas. MENſæ: cibo. ADIpata: cibi adipe conditi. PAPas cuſtos pædagogus papas uenerationis eſt nomen. Nā παππας pater dicitur. παππος auus. παππάζω iuoco auū ut īfātes faciūt. TImidus ne. ſ. ueneno obeat

Athellanes poeta caligulæ ſæuitia

Papas
Pappas
Pappos
Pappazo

DOM. ℂSENIS:nam ad sexagesimū quartū annum peruenerat. DEScēdere:& Seneca scribit Claudiū primū ascen disse in cœlū:sed eundē cōmuni deoꝝ decreto deiectū ad inferos Papinius nōdū stelligerū genitor demissus in axem Claudius. HAEC poscit ferrū.i.hæc potio facit ut uiri uersi in furorē poscant arma & ignes. MIXTos hoc ait ꝓpter Caligulā:q equestrē ordinē & senatoriū furēs lacerauit:qđ factū fuisse uideri uult Iuue. ob poculū amatoriū Trangl.de Caligula nihilo reuerentior leuior ue erga Senatū quosdā summis honoribus functos ad essendū sibi occurrere passus est:quosdā cū clā interemisset:citauit ut uiuos:ꝑterea ab ecclē.xx.amplius equites tu multu elisos fuisse scribit:eundē deniq̃ in cūctos senatores sæpe fuisse inuectum & in equestrē ordinē.Papinius de caligula.Nec proximus hæres immitis q̄q̄ & furiis agitatus abegit. TANti partus equæ:legatur per epipho nema & coniungatur cū superioribus:ut Fabius illud Vir.Tantæ molis erat romanam condere gentem. TAn ti:idest tantarū uirium est. PARtus equæ:idest hippomenes quod nascitur in fronte pulli equini. QVantū hoc referatur ad insequentia:nam hic orditur reprehensionem in matres:quæ exigua mercede conductæ filios ueneficiis necant:ut uacuæ nubant adulterii quantū constat una uenefica interrogatiue.q.d.minima mercede in uenitur etiam mater quæ uenenet filium. NEMO repugnet:idest ego permiserim ut habeant odio filios na tos ex concubina uiri. IAM cum:scilicet filii ueneno necentur. EST fas:ego putauerim fas ut occidant pri uignum & filiis.s.abstineant. ADIpata.i.macteæ.nam macteæ erant partes carnium adipe conditæ aptæ ue neficiis:inde scribit Tranquil.missas fuisse macteas uenenatas ab imperatore.

MER. Tradu Dion. Claudius in deos Boletus deorum cibus adipata Papas

ℂTREmulum capat.Claudium(Vt scribit Suetonius)remisse quid uel serio agentē:multa dehonestabant: ri sus indecens:ita turpior spumante rictu humentibus naribus:plectra linguæ titubantia:caputq̃ cum semper: tū in quantulocūq̃ actu:uel maxime tremulum. DEScendere iussit in cælum Dion.scribit Agrippinam Nero nem in Claudium defunctum ea omnia contulisse quæcunq̃ olim augusto collata fuerunt:cūq̃ ausi sunt fictis fie re lachrymis quem peremerant:& hunc in cælū tulerunt:quē ex conuiuio clam extulerant:quo nomine nō indi gnum memoria uerbū reliquit nero.Boletū deorū cibum esse dictitans:q̄ scilicet Claudius per boletum deus fa ctus esset.Ad quod uidetur mihi alludere poeta in hac parte:declamauit autem a contrario ex imitatione Vir gilii:qui dixit. Toto descendit corpore pestis. Nam cum ignis ascendat:atq̃ in cælum ascendatur descendere a contrario posuerunt. ADIpata: piguia ientacula:quibus primum soluitur ieiunium.Martialis.Surgite iam uen dit pueri ientacula pistor.Cristatæq̃ sonant undiq̃:lucis aues. PAPas:grandior aliquis natu:qui dignus sit ho norifica hac appellatione:qua filii ad parentes usi sunt.Nam papas uenerationis est nomen a Syracusiis tractū: apud quos pas pater dicitur:& per geminationem papas.

VAL. ¶INTActam:nõdum recitatam. PARidi:niſi uendat agauem,de agaue fabulã quæ bacchi furore agitata filiũ ſuum penthea diſcerpſit.Horatius:quid caput abſciſſum demens cũ portat agaue Gnati īfelicis ſibi nõ furioſa uidetur. PARidi:a quo ob nimiam paupertatem annuo ſalario ſuſtẽtatus dicitur:hunc primo Neroni iucũdiſſimũ:deinde ab eo quaſi grauem aduerſariũ fuiſſe interfectũ:& Tacitus & Tranquillus ſcribunt. ILLE & militiæ multis largiť honoré:hic ſub Claudio & aliquãdiu ſub Nerone potuit. SEMeſtri uatũ digitos circunligat auro:ideſt digitos anulis exornat qui ſemeſtris ſimilitudinem lunæ ferunt:ſemeſtris auté luna dicitur cum menſis mediũ permẽſa ẽ ſpacium:ut inquit probus xymam dicit hoc ẽ cui ut plena ſit parum ad modũ deeſt:q͂dam ſemeſtre aurũ ſex menſium annonã pecuniariã uolũt intelligi:ſed ſenſus ualde alienus eſt:longe igiť melius ad xymã refertur lunã cum uelut anulus in orbẽ collecta ẽ ut inquit Probus. TV Came.& ba.romæ inſignes familias. TV.Paris. PRæfectos pelopeia facit:ſub Nerone ꝑfecti ab hiſtrionibus ꝓmouebantur. Pelopeia & philo mela ſũ tnotæ fabulæ HAVd tñ inui.ua.quem pul.paſ.q͂ñ:ne ipſi quidẽ ſatis multa lucrantur. PVLpita:ſcenæ. QVIS tibi mœcenas:quis nunc erit aut proculeius:q in poetas fuere largiſſimi:ſane Proculeius equeſ romanus amicus auguſti clariſſime pietatis erga fratres ſuos ſcipionem & murænã fuit adeo ut bona ſua cũ his æquis partibus diuiſerit quia illi bello ciuili erant ſpoliati:unde Horatius.Viuet extento proculeius æuo.Notus in fratres animi paterni.Illum aget penna metuente ſolui fama ſuperſtes:hic Cæſaris auguſti familiaris in maximo ſtomachi dolore gypſo poto conſciuiſſe ſibi mortem fertur. TVNC:cum hi uixere liberales. ET VInum toto neſcire decembri:totam hymem aquam bibere quo melancholiam augeat magis:& cerebro maior ad omnia excogitanda inſit uis. FOEcundior.maior a fœtu. OLEi plus:nocłu dum ſcribis. OBLita modi: q̇ modum neſcit inuenire. MILeſima pagina.multiplex uolumen conſurgit hiſtoricis. ATq; operis lex:hiſtoriæ ordo. QVæ tamen inde ſeges:quis fructus:ſeges tamen:ut Var.inquit dicitur quod aratũ necdum ſatum eſt:ideo ſubiecit terræ qui fructus aperte:ideſt proſciſſe hoc eſt cum laboraris multum quid nam emolumẽti poſtea conſequere. QVAntum daret acta legenti:cuius uulgari librario uel certe aduocato.

> Sed genus ignauũ:qđ tecto gaudet:& ũbra
> Dic igiť qd cauſidicis ciuilia præſtent
> Officia:& magno comites in faſce libelli.
> Ipſi magna ſonãt:ſed tũc cum creditor audit
> Præcipue:uel ſi tetigit latus acrior illo
> Qui uenit ad dubiũ grãdi cũ codice nomen:
> Tunc immenſa caui ſpirant mendacia folles:
> Conſpuiturq; ſinus:uerã deprẽdere meſſem
> Si libet hic:centum patrimonia cauſidicoꝝ

MAN. ¶SED Genus ignauũ:amici obiectio ẽ:dicit enim hiſtoricos minime lucrari q̄ ītra parietes & in umbra uerſentur:nõ aũt in foro uti cauſidici. GENus:hiſtoricorum ſcilicet. IGNauũ:inutile.nõ aptũ induſtriæ

Ignauus gnauus induſtrios enim gnauos dicimus. DIC igitur poetæ uerba. IPSI:cauſidici ſcilicet. SONant:clamant dicunt. CREditor:creditor dicitur quia debitori credit.ẽ.n.Creditor qui alienam fidẽ ſequiť mutuatam

creditor pecuniã numerãdo:eſt ẽt crediter ille cui ob aliquam rem uẽditã quiſpiam debet. LIBelli:in q̇bus.ſ. actor cãm & actioné exprimit. Eſt aũt duplex libellus q͂dã eni accuſationis & is in criminalibus locũ hẽt.Et quidam cõuentionis & is.in ciuilibus. LATus.ſ.cauſidici. ACRior illo.i.pragmaticus acrior illo creditore.ſ.Nam in foro cauſidici erant qui ad ſubſellia uocẽ tñ clientibus accõmodabant:erãt & pragmatici qui illis ſuppeditabant iura ut Ci.ſcri.& Fauſtus lib.tertio capitulo octauo quoꝝ q͂dẽ erat maior dignitas & famæ diſcrimen.De pragmatico igitur nunc loquitur ſubmonente & incitante cauſidicũ ad clamoré lege ſuppeditatã. De pragmaticis uero paulo inferius uideto latius. AD Dubiũ nomen.i.incertũ debitũ plærũq; enim ex ſcriptis in-

Nomen ꝑ debito certitudo aliqua naſcitur.Sæpe numero aũt nomẽ pro debito poniť.Columella lib.i.capi.ſeptimo.Nec ſane eſt iudicandum nobis quicquid licet:nã ſummũ ius antiqui ſummã putabãt crucẽ.Nec rurſus in totũ remittendum.

Ius ſũmũ. Qm̃ uel optima nomina non appellãdo,fieri mala fœnerator alphius dixiſſe ſeueriſſime fertur.Cicero itẽ pro Roſcio ſic ait.Non refert parua nomina in codices imo oĩs ſummas.Et in epiſtola quadã ad atticum: perfici inquit:ut Salaminii totum nomen perſoluerent.Et Aſconius libro tertio de prætura urbana ubi tractat argumen

Noĩa ꝑ titulis debitorum tum accuſationis ſic ait.Tituli debitorum nomina dicuntur præſertim in his debitis in quibus hominum nomina ſcripta ſunt quibus pecuniæ commodatæ ſunt cui rei contrarium eſt mutuas accepiſſe ergo nomina debita uel debitoris hæc ille. CODICE:codex liber eſt in quo accepti & expenſi rationes ſcribuntur. De quo ſic

codex Cicero loquitur.Quo modo ſeſtertia.ccc.liii.in codice accepi & expenſi non ſunt:& alibi ſic.Vtrum cætera nomina in codicem accepti & expenſi digeſta habes an non:hic autem codex aliter accipitur pro codice legum ſcilicet:aliter enim non quadraret ſenteotia:in qua ſignificatione Aſconius Pedianus in oratione pro cornelio.de maieſtate uſus eſt.Ait enim.Itaque.P.Seruilius globolus tribunus plæbis inuentus erat qui.I.Cornelio obſiſteret. Is ubi legis ferundæ dies uenit:& præco ſubiiciente ſcriba uerba legis recitare populo cœpit:& ſcribam ſubiicere & præconem pronuntiare paſſus non eſt.Tum Cornelius ipſe codicem recitauit:hæc ille. SPIrant:emittunt. FOLles:pulmones quibus ineſt ſpirandi uis. CONſpuitur ſinus:id quidem uerborum copia & celeritate eueniebat.

DOM. ¶SED Genus ignauũ:ꝓponit obiectioné & ei reſpondet:poſſes inquit dicere hiſtoricos nihil lucrari qm̃ nõ ꝓdeunt in forum:& agunt negociũ ſed ſemp in umbra ſunt.Iuuenalis uero oſtendit hoĩes eiuſdem inſtituti & ar-

tis non plus lucrari si in negociis uersent quam qui in umbra fuerũt antiquorũ tpibus. Causidici inqt centũ qui exercent eloquentiã in foro: nõ habẽt tm̃ diuitiarũ ut oĩa eorum bona possint cõparari etiã cum exiguo rure Attici sati equitis romani quem ditissimũ fuisse scribit Cornelius nepos: eloquẽtẽ testat Cicero appellatũ satum ostendit. Suetonius Cecilius inqt Epirota Tusculi natus: libertus Attici sati eqtis romani ad quẽ sunt Cicerõis epistolæ: qd idem delectatus sit ocio: & umbra ostẽdit Cicero ad eũ scribens: te inquit ocium me uero negotiũ delectat: ditior igitur olĩ in ocio & umbra fuit atticus eques & eius etiã minima uilla plus ualuit q̃ patrimonia cẽtũ causidicorum qui nũc in negotiis uersantur: & ita ostẽdit culpa tẽporum hoc accidere: nõ desidia hominum ut pauperes sint. CREditor: q pecuniã credidit debitori. Creditor itẽ cuius pecunia aliud aliquid agit ut hoc loco: & apud Ciceronẽ: res agit per eosdem creditores &c. Creditor: idest qui conduxit patronũ pecunia sua. QVI uenit ad dubium nomen: in foro erant causidici. qui ad subsellia uocẽ tantũ clientibus accõmodabãt: & pragmatici q his suppeditabant iura: ut Cicero & fabius scribũt quorum erat maior dignitas & fame discrimẽ: de pragmatico igitur nunc loquitur submouente & incitante causidicũ ad clamorẽ suppeditata lege. ACRIor: idest uehemẽtior il lo creditore. i. qui magis urget causidicum. CVM grandi codice. s. legum:

CSED Genus ignauũ quod tecto gaudet & umbra: ignauũ appellat historiographũ: qui ĩtra domesticos parietes: & sub umbra cõscribat historias: at causidicũ: qui in foro & uera pugna causas ageret laboriosũ & industrium uocat: q̃q ex patrocinio causarum: uel tenuis proueniat utilitas. CREditor: is dicitur qui pecuniã credidit. quã plærunq abiuratam cognitione prætoris repetebãt. Quod autem Cicero ait. Res agitur per eosdem creditores: per quos cum tu aderas agebatur: non est ibi intelligendum de pecunia credita nomine patrocinii: sed creditores regios accipere debemus: qui (ut in quadam epistola ad Atticum scribit) aperte pecunias suppeditabant cõtra lentulum. AD Dubium nomen: actoris aut rei: prout iudices senserint. MER. Creditor

CQVID præstent: in quo ante eant: qui plus uidetur laboris subire uideamus quid ipsi lucrentur aduocati. ET Magno comites in fasce libelli: qui ad rei defensionem magnos clientum secũ libellos perferunt. IPSI magna sonant: utrum se locupletes glorientur an certe uerbis terrere aduersarium nitũtur quo maiorem apud ignarum & stolidũ uulgus fauorẽ aucupentur. TETigit latus: plura pollicitus est qui opibus p̃stat & qui multorum cautionem tporũ habet ad dubium nomen de quo dubiũ futurum erat iudiciũ. GRAndi cũ codice. confirmationum refutationũq. AD Dubium nomẽ: ubi q̃stio atq constitutio in ambiguo posita sit. Probus uero qui uenit ad dubium nomen inquit argẽtarium significat qui instantius debitũ petit si debitor cœperit esse suspectus. AD dubiũ nomẽ: eius qui ei debeat. TVNc imẽsa caui spirant mendacia folles: temerariã aduocatorũ significat superbiam q cũ iusta & uera dicendo obtinere causã nõ possint ĩ mendacia mutuasq iniurias descẽdunt. CAui folles: tumentia adeo guttura: ut folles credas quibus perflatur & suscitat ignis. Hora. Vt tu conclusas hircinis follibus auras. Vsq laborantes dũ ferrũ mollia tignis. ut maius imitare & per metaphorã. Persius. Tu neq anhelãti coquitur dum messa camino. Folle p̃mis uentos nec clauso murmure raucus. CONspuiturq sinus: ex garrulitate: aut uelut inquit Probus quia homines sibi non promittunt prospera propter phascinũ uerborum: ter enim sibi in sinus inspuunt & uidentur phascinum arcere: hinc persius. Ecce auia aut metuens diuum matertera cunis. Exemit puerum frontemq atq uda labella infami digito & lustralibus ante saliuis. Expiat urentes oculos inhibere perita. VERam depræhendere messem: uerum laboris fructum si tibi libeat cognoscere: messis tamen proprio ut inquit Varro nomine dicitur a medio de his quæ metuntur & ab eo esse uocabuli inclinationem: metitur, inquit & sub urbe roma & locis plærisq: ut stramentum medium subsecetur q manu sinistra & summũ præhendunt a quo medio messem dictam puto: infra manum strumẽtũ quod terræ hæret postea subsecatur. HINc centum: ordo est hinc pone centum causidicorũ p̃rimonia: alia parte solũ subaudi patrimoniũ russati lacertæ: & ẽ sensus: solus russatus lacerta patrimonii tm̃ habet quantum simul centum causidici: russatus lacerta sub Domitiano auriga fuit: ut Probus ait: & apud Plinium russeus legitur inuenitur: in actis fœlicis russei aurigæ iam igne il lato in rogum eius unum e fauentibus iecisse sese. VAL.

Parte alia solum rus sati pone lacertæ.
Consedere duces: surgis tu pallidus aias
Dicturus dubia pro libertate bubulco
Iudice: rumpe miser tẽsum iecur: ut tibi lasso
Figantur uirides scalarum gloria palmæ
Quod uocis pretiũ: siccus petasũcul9 & uas
Pelamidũ: aut ueteres aphrorum epimẽida bul(bi:
Aut uinũ tyberi deuectũ qnq lagenæ
Si quater egisti: si contigit aureus unus
Inde cadunt partes in fœdere pragmaticorum.

CRVS sati: pone lacertæ: siue Russati. Satus lacerta ditissimus fuit uti poeta hic ostẽdere uĩ. Cuius sola uilla centũ causidicorum patrimonia superabat. Placet & illd̃ p̃bi ut Russatus lacerta fuerit auriga sub domitiano. Placet itẽ ut de lacerta milite ĩtelligamus. Russati. n. milites dicebãtur a russata ueste coccinea q̃ sub cõsulibus romani usi sũt milites. Cõparare aũt & causidicorum & militũ p̃rimonia nõ absonũ est: nã ita oratores ĩ foro contẽdere solẽt sicut ĩ castris milites: hic Ci. ad herẽniũ li. i. ait. De iis rebus caute cõfligendum est. Confligere enim militare uerbum est. Dabãtur etiam causidicis statuæ equæstres ut iamiam apparebit. Qui autem si sapone legendum censuit: nullo pacto admittendus est. Cum nequeat id conuenire: absurdum & enim eẽt tã longinquas petere cõparatiões: fiũt nãnq eæ p notiora ergo &c. CONsedere duces: ostẽdit hoc loco causidicos & si optime cãm egerint minima tamen recipere ab defensis. CONsedere duces: id ab Ouidio sumpsit: ait. n. li. decimotertio meta. Consedere duces: & uulgi stante corona Surgit ad hos clypei dominus septemplicis aiax: is enim cum Vlyxe de armis achillis cãm habebat. AIAx: idest causidicus tanq̃ aiax: q aduersante Vlyxe de armis achillis, egit causam MAN. Russati milites

DICTurus dubia ꝓ libertate.i.ita pallidus ac si dicturus esses pro libertate patriæ.ut scilicet patria liberaretur a tyrannis quod quum tractatur:quia dubius est euentus pallescit quisq;.Id autem declarare uidetur illud in satyra. viii.Et quos magnum aliquid dubia pro libertate deceret.Placet item & alter sensus:ut dicturus pro dubia liber/tate causidicus intelligatur acturus causam pro liberando reo & absoluendo:de quo dubium esset ob ingens sce/lus admissum pallebat ergo causidicus acturus talem causam ne succumberet. Est demum sensus Causidicum ī agenda causa maxime sollicitum & timorosum esse ne forte succumbat & tamen ubi uictor fuerit paruam qui/
Tribus re.xxxv. dem mercedem habebit. BVBulco iudice:hoc ait quoniam ut refert Asconius libro secundo Verrinarū.Tri/bus urbanæ rusticæq; omnes.xxxv.numerabantur ex quarum singulis ut dicemus in saty.xvi. terni eligebantur
Iudices C.V. ad iudicandum.Cunq; centum quinq; iudices essent centūuiri appellati sunt:quo facilius nominarentur:ut festus ait. RVMper miser tensum iecur:hoc ait quoniam ut scribit Alcinous: cur & ad excitandam & ad mitigan/
Cētū uiri dam animæ concupiscentiam dulcedinem ac densitatem habet. SCAlarum gloria palmæ:de scalis intelligen/
iecur dum quibus quidem actores ipsi causarum pulpitum aliquod ad dicendum constitutum ascendebant.Potes eti/am intelligere ut in domo uictoris Causidici affigerentur palmæ:quæ quidem erant gloria scalarum scilicet pul piti iam dicti. SCAlarum gloria:appositio est. QVOD uocis pretium.Causidicos parum lucrari etiam na/
causidicorum lucellum so libro primo de amoribus ostendit his uersibus.Nec me uerbosas leges ediscere nec me ingrato uoces prosti/tuisse foro.Plinius item libro secundo epistola ad maximum ita inquit heri duo nomenclatores mei habēt sane ætatem eorum qui nuper togas sumpserūt ternis denariis ad laudandum trahebantur:tanti constat ut sis diser
Petaso tissimus hoc pretio quælibet numerosa subsellia implētur hoc ingens corona colligitur: hoc infiniti clamores
Petasunculus commouentur &c. PETasunculus:est petaso coxa porcina sallita.Inde petasunculus diminutiuum.Siccus autē ingratus est hinc Martia.ait libro decimo tertio.Musteus est propera caros nec differ amicos. Nam mihi cum
cordyla uetulo sit petasone nihil. PElamidum:Plinius libro nono scribit:ꝙ Tynni partus Cordyla appellatur.Limosæ
pelamides uero ab luto pelamides incipiunt uocari.Et quum annum excessere tempus Tynni.ii membratim cæsi ceruice:
Tynni & abdomine commendantur.Cætera parte plenis pulpamentis sale asseruatur.Vilissima ex iis quæ caudæ pro
epymēdia xima quia pingui carent. AVT ueteres aphrorum Epimendia Bulbi.ordo est aut Epimendia appositio uete/
Bulbi res bulbi aphrorum. EPImendia.est Epimendium ut Plinius scribit libro.xix.tertium bulbi genus cibis gratū. APHrorum:in aphrica enim Plinio teste libro.xix.nati bulbi maxime laudantur:sunt autem bulbi cæpæ non absimiles ascaloniæ. TYBeri deuectum:non romanum:sed uile & externum. QVInq; lagenæ:appositio ē. SI Quater egisti:sensus est si quater egisti causam tu causidicus:indeq; habueris aureum oportebit ex illo par
Pragmatici tem tribuere pragmaticis:idest aduocatis. PRAgmaticorum:pragmatici teste Quintiliano libro tertio capitu lo octauo iuris interpretes a græcis dicuntur qui parua mercede conducti iura oratoribus suggerebant:& Cice/
causidici ro libro primo de oratore sic ait.Itaq; non ut apud græcos infimi homines mercedula adducti ministros se pre/
Aduocati bēt in iudiciis oratoribus.ii qui apud illos pragmatici uocantur hæc ille.Hos pragmaticos:pedianus ubi argumē
πρα γμα tum diuinationis tractat aduocatos uidetur appellare.Nam ubi Ci.ait.Quartum ex illo grege oratorum inquit ipse Obturbatores quosdā sordidosq; causidicos significat:q adhibebantur ad morā faciēdā:dum meliores ad/uocati recrearent & se denuo compararent ad dicendum.πραγμα aūt res cā dr̄ πραγματεύω negociator.
DOM. ¶PONE solum rus lacertæ:hoc ē solū rus exiguū:quasi dicat non conferas oēs uilas sed unū tātū rus ad id bre/ue nā lacerta ē breuis mēsura terræ:ante.Vnius sese dn̄m fecisse lacertæ. SATi:idest attici sati equitis romani qui eloquentiā nunq̄ exercuit in foro:quod Fidentinus ꝑceptorem secutus multa hoc loco recenseat delirамēta & confingat fabulas nec miror nec moueor.Illud uero rideo qđ ait ꝑceptori suo placere satam esse propriū au/rigæ id ne a libris sibillynis acceptū putes ostendi multis Iuuenalē meū in cuius margine id scriptū est: sine ulla auctoritate ut multa alia in eiusmodi codicibus reperiunt. CONSedere duces.Emystichion ē Ouidii:sumptum de certamine Aiacis & Vlyxis in iudicio armorum. DVBia:pro libertate tanq̄ ageres causam de conditione tua. BVBulco iudice.hoc est apud iudicem rudem:hoc dicit q̄m multi īperatoꝝ indulgentia asciti fuerant in de curias.iudicum externi & barbari homines:quod Fidentinus somniat de Vespasiano.Bone deus q̄ ridiculū est. SCAlarum:scalæ gemoniæ dicebantur in quas damnati trahi solebant. Tranquil.Nemo punitorum non inge monias abiectus uncoq; tractus gloria scalarum erat:cū patronus reum damnabat.Sensus est:esto ꝙ uiceris: & damnaueris reum ad gemonias:quod pretiū uocis erit tibi.Alii putant scalas fuisse forulos & armaria causidico rum quæ palmarum foliis ornabantur quum illi uicissent causam Cicero Correpsimus scalis: hæc legi in mar/gine mei Iuuenalis antiqui. VT Tibi lasso.i.esto ꝙ tibi lasso post multos labores. FIGātur uirides palmæ sca larum:idest detur uictoria de reo damnato ad scalas in quas obtineris eum abiiciendum. QVOd uocis preti/um:idest quid præmii tibi erit.Exigua munera causidicorum deridet Mar.in Sabello longo epigrammate.Sal sumenta his mittebantur ut ille lucanica uentre cum falisco.Hic Iuue.siccus petasunculus. PELamidum:pelami des thynni sunt intra annum tēpus cū limum erunt nam πηλὸσ significat limum unde pelanides.Hæ in alica coctæ particulatimq; cōfectæ in genera cybiorū dispartiebantur:ut scribit plinius. EPImenia:sacra dicuntur menstrua:sed placet magis legas epimenida:nam epimenida schillæ genus est proximum bulbis quod Pli.scri/bit esse gratum cibis & Theophrastus angustiore folio ac minus aspero:ab usu ita appellatum:ī aphrica presta/bant Columella. Et quæ sicca legit getulis obruta glebis mittebātur aūt bulbi causidicis.Mar.Cum bulbis cocle isq; caseoq;. EPImenida aphroꝝ:appositio est ueteres bulbi apud aphros epimenida sunt. SI Quater egisti: idest si apud quatuor decurias iudicum causam egeris:& tum demum datus sit unus aureus. PARtes cad.i.disce dunt a lite:q̄ componunt arbitrio pragmaticorum:quos adeunt tanq̄ peritiores iuris.
MER. ¶RVS sati:pone la.quātū coniicere possumus Satus lacerta ditissimus fuit ut solus causidicoꝝ cēsus superaret CONSe.duc.ex Ouidio locus apud quem in consessu ducum græcoꝝ:Aiax causam agit petens arma patrue/

pis Achillis. DVBia pro libertate:aut statũ tetigit negocialẽ:in quo citra cõplexũ personarum Quinti.præci
piente cã tractatur:ut illud. Vtrũ q in assertione est:liber sit:aut cũ libertate agitur:quo iudicio. Vt Cicero in pri An tribus
mo de oratore scribit. Nullum grauius esse põt:ut cũ q̃rit̃ is q domini uolũtate cẽsus sit:si nõ sit cõditũ lustrum: lustris con
sit ne liber:& cõiunctim ne. BVBulco iudice:rustico,& imperito legum utpote qui in agris uersatus fuerit. Nã ditis sit li
ut Quinti.scribit. Rura plærũq in decurias iudicem mittebant. SCAlarũ gloria:orantiũ gradus ramis arbo ber
rum & frondibus coronari consueuerant quotiens orassent in signũ lætitiæ. SICcus petasunculus: diminutiuũ Petaso
a petasone. Est aũt petaso coxa porcina salita. Siccũ uero petasonẽ:ut ingratũ sperni debere docet Martialis cum
dicit. Musteus est propera:caros nec differ amicos. Nam mihi cũ uetulo sit petasone nihil. Et alibi. Et pulpam,du
bio de petasone uoras. ET uas pelamidum:pelamides thynnorũ genus. Nã thynni cordile,primum:limose ue Pelami
ro:aut e luto:pelamides incipiunt uocari:& cũ annũ excessere tẽpus thynni pelamides aũt ἀπὸ τοῦ πηλοῦ:id des
est a luto dicunt̃. VETeres afrorum epimendia bulbi:epimẽdia legẽdũ dicimus nõ epimenia. Est aũt epimendi Epimen
um:ut Plinius scribit:tertiũ bulbi genus cibis gratũ angustius folio:ac minus aspero. AFRorũ: nam in aphrica dium
nati bulbi Plinio teste:maxime laudabantur. Et Columella. Et quæ sicca legit getulis obruta glebis. Sunt autẽ bul Bulbi
bi genus cæpæ nõ absimile ascaloniæ. INDe cadunt partes in fœdera pragmaticorũ. Pragmatici teste Quin
tiliano iuris interp̃tes a græcis dicuntur:qui uelut ad arculas sedebãt:& parua mercede conducti iura oratoribus Pragma
suggerebant:hi proprie sunt aduocati. Nã tradẽte Asconio. Aduocati aut ius suggerebant:aut præsentiã suã ami ticus
co cõmodabant. Et sensus hic erit si oratori aureus unus obtigerit:Pragmatici q iura sũministrãt:partes sibi po Aduoca
scũt. Sed q̃ merces foret pragmaticorum Martialis hoc epigrãmate ad panicũ docet. Deseris urbanas tua p̃dia pa tus.
nice lites. Paruaq sũt tritæ p̃mia certa togæ. Frumẽtũ:miliũ:ptisanãq fabãq solebas Vẽdere pragmaticus nũc
emis agricola. SI Quater,egisti:ad ãpliationẽ iudiciorum respexit:quotiẽs causæ maiore cognitõe ĩdigẽtes nõ sta
ti decidebãt̃.sed p̃ducebãt̃. Vñ legim⁹ multos ter & q̃ter fuisse ãpliores. De ãpliatiõe plura dicem⁹ in ultĩa saty.
¶ CONsedere duces.i.iudices ignari iudicii:allusit aũt ad illud Ouidii. Cõsedere duces:& uulgi stãte corona. VAL.
Surgit ad hos clypei dominus septẽplicis aiax. Vtq erat ĩpatiẽs iræ segæia toruo. Littora cõspexit classemq in
littore uultũ. Intendensq manus agimus proh iuppiter ĩquit. Ante rates causam & mecum confertur ulyxes:
PRO libertate dubia:utrũ ancipiti uictoria sicut p̃ liberto uictor ponit̃. Virg. Victorq uirum uolitare per ora.
an certe dubia pro libertate quæ sit,ne danda an nõ nõdũ iudicatum eẽ uideat̃. BVBulco:iudice rustico indo
cto:ac per hoc sub quo non fuit tantopere æstuandum aduocatis:uel sui temporis iudicis est proprium nomen.
RVMpe miser tẽsum iecur:ut nullã tãdẽ asseq̃re mercedẽ:iecur aũt p̃ pulmõe posuit aut qa a iecore bilis sumat
initiũ. VIRides schalarum gloria palmæ:instar gladiatorum:iõ aũt schalarum gloria q apud ueteres aduocati schalas
haberent & armariola in q̃bus palmæ p̃figerent̃ uelut q̃dã statiões:q sisenna ĩtellexisse uolũt q ĩ corneliana cor
repsimus inq̃t ĩ schalas. SICcus petasunculus:laridi p̃na:cui⁹ primitiuũ ẽ petaso. Mar. Nã mihi cum uetulo sit pe
tasone nihil frustũ de p̃na p̃dicit̃ & sale obrutũ deinde ĩ fumo suspẽsũ asseruat̃. ET uas pelamydum : pelamy
des pisces sunt. ἀπὸ τοῦ πηλοῦ.i.a luto in quo uolutant̃ nomẽ habuerũt. Opianus in lib. quẽ de natura pisciũ
inscripsit. πηλαμύδες γόγγροι τε καὶ ὃν καλέουσιν ὀλίσθον γεῖτονα ναίεταουσιν ἀεὶ ποταμοῖσι θαλάσσῃ τ' ἠδὲ λίμναις οἳ θ' ἁλαρὸν ὕδωρ μετὰ πανεται ἁλμης.est autem pelamys fœminini gene
ris ut chlamis. VETeres bulbi:pisces ephexegesis. EPIMenia.i.munera mẽstrua aphrorum:quæ ex aphrica: ro
mã deferebant̃:uñ Mar. & ficus & libycæ gelata testa cũ bulbis cochleisq. AVT uinũ thyberi deuectum.non
transmarinũ aut q̃d uis,optimũ.ut de campano euectũ agro. AVReus unus:solitus aureus in fœdere pragma
ticorum ministrorum oratoris. Ci.in p̃rio de oratore:itaq nõ apud græcos infimi hoĩes ui credula adducti mĩstros
se p̃bẽt in iudiciis oratoribus hi q apud illos pragmatici uocant̃. Et Quintilia. neq ego sum nostri moris igna
rus oblitus ue eorũ qui uelut ad arculas sedent:& tela agentibus subministrant neq idem apud græcos nescio fa
ctitasse:uñ nomen his pragmaticorũ est ἀπὸ τῆς πραγματείας enim hoc est actione inditum nomen est.

Aemilio dabitur q̃tum petet:& melius nos
Egimus. hui⁹ enim stat currus aheneus alti
Quadriiuges in uestibulis. atq ipse feroci
Bellatore sedens curuatum hastile minatur
Eminus:& statua meditatur prælia lusca.
Sic pedo cõturbat:matho deficit: exit⁹ hic ẽ
Tong lli:magno cum rhinocerote lauari

¶ AEMilio dabitur quãtũ petet:Ostẽdit illud uerũ MAN.
esse. Quantũ quisque sua nũmorum seruat in arca:tan
tũ habet & fidei. Diuitib⁹ enim causidicis plura:q̃ pau
peribus cõferebant. AEMilio:diuiti causidico. DA
bitur:a clictibus. EGimus : scilicet causam nos pau
peres. IN uestibulis:satyra etiam.xvi.dixit. Vetustos
porticibus disponat auos. Nã ibi maiorum imagines
disponebãtur:ut latius illic oñdimus & in principio sa
tyræ.viii.aliqua. STAt currus aheneus. Plinius libro Statuæ in
xxxiiii. De origine & honore statuarum scribit q in atri atriis
is honos clientũ instituit colere patronos. Scribit itẽ Statuæ
sequenti capite q togata effigie antiquitus statuæ dica equestres
bantur. placuere & nudæ tenentes hastam. Cæsar quidem dictator loricatam ubi dicari in foro suo passus est. statuæ cau
Equestres uero statuæ factæ a græcis orto exemplo:postea uero ĩ bigis & quadrigis:unde & nostri currus in iis sidicorũ
qui triumphassent. Causidicorum uero statuas equestres fuisse Martialis ostendit libro nono his uerbis. Tam oculi uni
graue percussis in cudibus æra resultant. Causidicum medio quum faber aptat equo. BELlatore:idest equo. us uisus
LVSca:alter enim ex oculis claudebatur quo certior fieret ictus. Philosophus autem particula uigesima suorum
problematum scribit. Vno oculo exquisitius cerni quam duobus:quia plures motus duobus q̃ uno excitantur.
Et quia radii oculi utriusq non sine perturbatione in idem concidunt. itaq quum uno inspiuimus ad rectum con
spectum tanquam regulam melius quod rectum est depræhẽdere iudicareq habemus. SIC:quia diues. CON

turbat alios:scilicet causidicos. MATho deficit:succumbit quia pauper. De mathone latius satyra prima. EXItus hic est Tongilli:sensus est quod Tongillus ut conturbet alios sicuti pedo diues lectica uehebatur:& lata purpura induebatur sic enim magis ei credebant. CVM rhinocerote:in balnea guttum cũ oleo deferebant. Ditiores ex cornu Rhinocerotis habebant:alii uero ex taurino cornu:hinc Martia.ait libro.xiiii. Gestauit modo frõte me iuuencus. Verum Rhinocerota me putabas. Plinius autem scribit libro octauo quod rhinoceros est unius in nare cornu hostis elephanto cui in lõgitudine par cruribus multo lõgioribus color ẽ ei buxeus. ριν ρινοσ autem nasus dicitur κερασ cornu. Diodorus etiam plura libro.xiiii. de Rhinocerote:

Rhinoceros

DOM. ℭ AEMilio dabitur quantum. Idem apud Martialem est qui ait causidicos:ut conducerentur statuas ostentasse. Martialis. Tam graue percussis incudibus æra resultant. Causidicum medio cum faber aptat equo. SEDẽs bellatore equo:Describit statuam equestrẽ quam ostentant causidici ut conducantur. LVSca:nam in alterum latus & oculum incumbunt equites in hastam proni. PEDo causidicus:alter poeta cuius meminerunt Ouidius & Martialis. CONturbat:idest multa obiit negocia. Martialis. Conturbabit athlas alibi Conturbator aper uilius esurio. DEFicit:inopia perit. nihil enim lucrabatur. Martialis. Parua rogas magnos:sed non dãt hæc quoque magni. Vt leuius pudeat iam matho magna roga. HIC est exitus:idest hæc causa est quare conducat Tõgillus:de quo Martialis. Vri Tongillus male dicitur hemytriteo. Noui hominis mores:esurit atq; sitit. RHInocerote:rhinoceros uas significat:quo in balneis utebantur ex cornu Rhinocerotis:de quo diximus in commẽtariis Mar. inferioris conditionis homines pro rhinocerote utebantur gutto ex cornu Tauri. TVRba lutulenta:idest multitudine comitum qui eum per lutũ sunt comitati & lauantur una. Fidentinus Clunicus lutulenta exponit pro pediconum quasi in eo posset opes ostentare Tongillus quod pedicones multos haberet comites

MER. Statuæ ℭ STAt currus aheneus:maiorum statuæ (Vt ait Plinius) antiquitus togata effigie dicebãtur. Placuere & nudæ hastas tenentes equestres quoq; statuæ celebratæ sunt. Postea uero in bigis & quadrigis unde & triumphales natæ. Causidicorum autem statuas equestres fuisse significat Martialis. Tam graue percussis incudibus æra resultant causidicum:medio cum faber aptat equo. STAtua lusca:aut ꝙ uere luscus eẽt:aut positionem statuæ ostendit:cuius tantum solus oculus conspiceretur. PEDo & matho:causidicorum nomina. TONgilli: forsan hic est:de quo Martialis Vri tongillus male dicitur hemitriteo. Noui hominis mores esurit:atq; sitit. RHInocerote lauari:per rhinocerotem guttum corneum intelligimus:de quo Martialis. Gestauit modo fronte me iuuẽcus. Verum rhinocerota me putabas. In balnea siquidem guttum cum oleo deferebant antiqui. Est autem rhinoceros (ut Plinii uerbis rem aperiam) Animal ꝙ unum in nare cornu habet:hostis uidelicet elephanto:cornuque ad saxa limato præparat se pugnæ in dimicatione aluum maxime petens:quem scit esse molliorem: longitudo ei par:crura multo breuiora. Color buxeus:sed hic sensus:quemadmodum Tongillus gutto corneo:& ex rhinocerote balnea ingreditur:perturbatq; alios sic ambitiose ornatus causidicus deficiẽtibus reliquis:uictor est causæ illud addimus declinari rhinoceros otis:& reliqua huius desinentiæ. ut monoceros & ægoceros. Nec in obliquis casibus recipere n: Attici tamen declinant rhinoceros rhinocero.

Rhinoceros

VAL. ℭ AEMilio:diuiti. CVRrus aheneus:ex quo maiores eius ostendit triumphasse. NOS:pauperes. BELlatore:equo. CVRuatũ hastile minat:subaudiendũ sedẽtis. ET statua meditat ꝑlia lusca:ita sedet ut ꝑlia uideatur futura meditari lusca uetustate:aut ꝙ sertoriũ referat aut hãnibalẽ. SIC pedo:aduocatus sua auctoritate terrori ẽ. MAThо:alius aduocatus. DEFicit:deficio uerbũ multis solet modis casus asciscere:ut cũ Virg. in carmine georgico inqt. Cũ iã glãdes atq; arbuta sacræ deficerẽt siluæ:hoc est nõ suggererẽt glãdes atq; arbuta. Cæsar in cõmẽtariis:frustra inqt meæ uitæ subuenire conamini quẽ iã sanguis uiresq; deficiũt:deficere deesse absolute positũ. Hircius:q̃re neq; tãti sũ ai:ut sine spe castra oppugnãda cẽseã:neq; tãti timoris ut ipse deficiam. aliter idẽ alibi Martius Ruffus inqt q̃stor in castris relictus a curione cohortatus suos ne animo deficiãt. i. terreantur: & rursum alibi:sed posteaq̃ nõ modo ordeũ pabulumq; oĩbus locis herbaq; defecta:sed etiam fructus de arboribus deficiebat:ita Cicero:prudentia nunq̃ deficit oratorẽ:hoc est deserit:at Mart. defici hãc rẽ inquit hyblæis madidas thymis placẽtas defecit. Columella:iã ipse uero inqt fœcũditate ꝑstãt oĩbus quas ante rettuli:tũ ẽt patientia qppe turbines ĩbresq; sustinẽt & cõmode fluũt nec deficiũt macro solo. deficio autem a te. i. rebello magis notum est q̃ ut auctoritate cuiusquam comprobare necesse sit:est etiam ubi deficio significet idem ꝙ defecisco. ut hic matho deficit at tũ neutrũ:ut Priscianus ẽt inqt:actiuũ uero in aliis significatiõibus cuius passiuũ protulit Martia. Dulcia defecta modulat carmina lingua Cãtator cygnus funeris ipse sui. Quintilia. & aqua ciboq; defecti de facienda ad hostes deditione deliberẽt. Et Columella rerũ rusticarũ libro tertio inũgatũ q̃dam parte deficitur quadã superat. deficit igitur mihi hæc res quantum me legisse recolo nusquam inueni nisi apud eos quibus nulla aut perexigua latinitatis conceditur auctoritas. MATho deficit:possumus etiã exponere ab auctoritate sua declinat. EXItus hic est tongilli. ut & ipse quoq; deficiat:nã cũ opulẽtiæ apparatu q̃do querũt uel fingũt se q̃rere aliquid ꝙ magni cõstet idq; se empturos iactãt exitus tñ quales fuerint solet indicare q̃do breues & mutabiles rerũ uices eẽ & cõsueuerũt & fortuna nũq̃ simpliciter uidetur indulgere ut ubi fauor:& auctoritas ꝑsertim nullis innixa radicibus fuit sequat infœlicitas. EXItus hic ẽ tõgilli:q incõtinẽs fuit aduocatus. Mar. Oẽs tõgillũ medici iussere lauari. O stulti febrẽ creditis eẽ gula ẽ. MAGno cõ rhinocero. lauari q solet. i. magno gutto. inqt Probus ꝙ sicut rhinoceros sit ingẽtis nasi:aut certe ꝙ tõgillus nasutus ipse fuerit:quẽ tõgillanum appellauit. Mar. Tongillanus hẽt nasum:scio nõ nego:sed iã Nil ꝑter nasum tõgillanus hẽt. Est plane rhinoceros:ut inqt Pli. unius in nare cornu genitus hostis elephãto:cornu ad saxa limato ꝑparat se pugnæ:in dimicatione aluũ maxime petẽs q̃ scit eẽ molliorẽ:hinc sagacẽ & prudẽtẽ uirũ nasum rhinocerotis habere dicimus. Martia. iuuenesq; senesq; Et pueri nasum rhinocerotis habẽt. Cõpositũ uero nomẽ. απὸ ρινὸσ quod nasum significat. & κερασ cornu quo circa genitiuum ẽt rhinocerotos mittit quoniam κερασ facit κερατοσ sicut phileros philerotos.

Qui solet: & uexat lutulenta balnea turba
Perq; foꝝ iuuenes lógo p̄mit assere medos
Empturus pueros: argentũ myrrina uillas
Spondet enim tyrio stlataria purpura filo
Et tamẽ hoc ipsis est utile purpura uendit
Causidicũ: uẽdunt amethystina cõuenit illis
Et strepitu & facie maioris uiuere census
Sed finem impẽsæ nõ seruat prodigia roma
Vt redeant ueteres: ciceroni nemo ducentos
Nũc dederit nũmos nisi fulserit anulus ingẽs.
Respicit hoc primum qui litigat: an tibi serui
Octo: decẽ comites post te an sit sella: togati
Ante pedes: ideo conducta paulus agebat
Sardõyche: atq; iõ pluris quã cossus agebat

℄ LVTulenta: idest comitum cœtu lutulento. LONgo assere: est asser hoc loco lignum siue palus longus & eminens: quo lectica portabatur a seruis. De assere tamẽ latius saty. iii. MEDos: seruos ex media dicta a Medo Medeæ filio: de qua multa Strabo libro. xi. Vtq; Ptolomæus ait libro sexto. Media terminatur a septentrione parte hircani maris. Ab occasu maiori armenia: & assyria. Ab meridie perside. Ab oriente hircanis & parthia. plura diximus libro secundo geor. MYRrhina: uasa ex myrrhino: de quo late satyra sexta. SPONdet: promittit ostenditq; emere posse prædicta. STLataria purpura. i. lata & ampla: nã Festus sic inquit. Stlata genus nauigii latum magis q̃ altum & a latitudine sic appellatũ: sed ea consuetudine qua stlocum pro locum & stlitem pro litẽ dicebãt: hæc ille. TYRio filo. Apud tyrum purpuraꝝ piscatus hinc tyria purpura optima oĩum phibet. uerba sunt Strabonis li. xvi. ET tamen hoc: quia scilicet se diuites ostẽdunt. VENdit: clientibus. VENdunt. s. causidicum. AMEthistina: uestiméta uiolacea. Plinius lib. xxxii. scribit q̄ principatum Amethisti indice tenent perlucent omnes uiolaceo colore: scalpturis faciles indicæ absolutum purpuræ colorem habent: ad hancq; tingentium officinæ dirigũt uota. Idẽ quoq; libro nono dixerat sic. Nepos cornelius qui diui augusti principatu obiit. Me inquit iuuene uiolacea purpura uigebat cuius libra denariis centum uenibat. ILLis: causidcis. STRepitu: comitum. s. FACie: apparentia. FINem. idest modum: fit enim ultra uires & ultra modum impẽsa: quo ditiores ac digniores appareant. hinc ait Seneca quod etiam satyra tertia diximus in epistola. ii. Nõ ego ambitiosus sum: sed nemo aliter romæ potest uiuere nõ ego sumptuosus sum sed urbs ipsa magnas impensas exigit. PROdiga: cõsumptrix: prodigere. n teste festo consumere est. VT redeãt ueteres: sensus est: q̄ si Cicero oratorum summus tépore suo fuisset: nihil profecto lucratus esset: nisi diues apparuisset. VT: q̃uis. SERui octo: ii lecticam quod octophoron appellant ferebant: a sex uero hexaphoron dicebatur. TOGati: ante ambulones. AGEbat: causas. s. SARdonice: in satyra sexta diximus hanc gemmam romanis fuisse celeberrimam auctore Plinio.

MAN · asser · media · stlata · stlocus · Tyria purpura · amethystus · Romæ uiuere · prodigus · ꝓdigere · octophoron · hexaforõ

℄ LONgo assere: de asseribus ante est dictũ. EMPturus pueros. i. tanq̃ uelit emere pueros q in septis uẽdebantur quo q se diuites iactabãt accedebãt tanq̃ oĩa empturi: q̄ in mamurra deridet Mar. i septis mamurra diu multũq; uagatus. Hic ubi roma suas aurea uexat opes. SPOndet. i. præbet auctoritatem q̄ possit emere. STLataria purpura: antiqui Stlatũ prolatum dixerunt: ut Põpeius scribit. & stlitẽ pro litẽ: ut Fabius tradit: unde stlata latum nauigiũ dictũ est. purpura stlataria nõ a nauigio ut ego sentio dicit: sed est periphrasis lati claui: ut legas purpura stlataria. i. latus clauus purpureus quem gestat. TYRio filo. i. lana tyria. SED finem impensæ: eos carpit qui ut diuites uiderent & ita cõducerẽt fœnore uestes & comites cõducebãt: in quo Mar. Saufellum deridet Cĩctum togatis & post & ante Saufellũ. OCTo serui: nam hic erat iustus numerus his qui gestabantur. Catullus: octo homines parare rectos ad lecticam. Paulus causidicus cuius meminit Mar. Gratus sic tibi Paule sit decẽber.

DOM.

℄ MEDos: assyrios seruos. STLataria purpura: late stlateron scribit Põpeius Festus genus nauigii latum magis q̃ altũ & a latitudine sic appellatũ: sed ea cõsuetudine: qua stlotũ pro lotũ: & stlitem pro litem dicebant antiqui quã rem & Quintilianus notauit de arte grammatica scribens. TYRio filo: quia tyria purpura intensior erat & preciosior. Vir. & tyrio saturata murice palla. SPOndet: spondere est fidem præstare ita ut credi possit. EMPturus pueros. Seneca sæpe (ut supra diximus) arguit nimiam Ro. diligentiam: in exquirendis & emendis pueris: ergo causidicus ostentatione opũ ꝓmittit etiã se emptuꝝ pueros q̄ opulentissimi faciebant. AMEthystia: amethystus gẽma est: colore uiolaceo: uñ & color purpuræ amethystus dr̃: q̃ rursus (ut scribit Plinius) absolutus inebriat tyrio. ut sit ex utroq; nomen improbũ: simulq; luxuria duplex: quẽ colorẽ in uiola uidemus. & de carbunculis idẽ auctor loquens optimos eos ait esse amethystizontas: hoc est quoꝝ extremus igniculus in amethystinũ uiolã exeat. OCTo serui: octophoꝝ significat. Mar. Octophoro sanus portat auite philippus. Hũc tu si sanũ credis auite furis. TOGati ante pedes: ad ostẽtandas opes q̃rendãq; auctoritatẽ oratores causas acturi: exemplo potentiũ ciuiũ: togatos & ante ambulones p̄mittebãt: quem morem sæpissime Martialis notat.

MER. · Stlataria · Stlotus · Amethystus · Octophorum

℄ LVTulẽta tur. ceromaticoꝝ. LONgo p̄. asse. lõga lectica q̃ asseribus cõpacta ẽ. PREmit: portãtes assere medos. EMPturus pueros: pceꝝ filios q ro. ducti captiui fuerãt: aut q̄ illi potissimum in delitiis hr̃ent utpote uenustiores & seruitio aptiores. PVEros: seruos. ARGẽtũ: uasa argentea: ut fidẽ uẽditori faciat. MYRrhĩa: pocula: ut ipse superius grãdia tollunt crystallina maxima rursus myrrhina. SPONdet. n. tyrio stlataria purpura filo. i. pro eo fidem facit togata ipsius. Probus exponit illecebrosa. Ennius: & melior nauis q̃ q̃ stlataria portat. i. multi sonalis q̃ dr̃ uulgo batalaria. caper aũt de ortographia slataris inqt sine t lr̃a scribẽdũ ẽ a slata rate piratica: slatariã ergo purpurã dictã possumus accipe q̃ & lõginqs regionibus deuecta ẽ. Festus uero stlata: inqt genus nauigii latũ magis q̃ altũ & a latitudine sic appellatũ: sed ea cõsuetudine q̃ stlocũ ꝓ locũ stlitẽ ꝓ litẽ dicebãt. TYRio: muriceo. ET tñ ẽ illis hoc utile. hoc dicit. hãc opũ ostẽtationẽ turpis qdem secutus ẽ exitus. qñ & causas q̄ exiguæ auctoritatis habeãt agere desierint: sed tñ hæc ostẽtatio eis cõmodo cessit. PVRpura uẽdit causi-

VAL.

dicũ:facit ut pluris cõducat. VENdunt amethystina gẽmæ:per amethystũ enim oẽm debemus gẽmã accipere. STRepitu lõgiore:comitum ordine ut opulentiores uideantur. SED finem impensæ non seruat prodiga roma:at dilapidatores romani in impensis finem sibi imponunt nullũ. AN post te sella:in qua assideas si libeat. antiquam & ingenuam scripturam quidam non respicientes nunquid claudicet uersus inuerterunt an posita sella. TOGati ante pedes:romani qui togam uestem gestant.Probus tamen togati nominatiuum pluralem esse uult:ut sit sensus an togati sint tibi ante pedes qui litigant qui te consultant: AGEbat:orabat. SARdonyche:gemma:quæ & sarda dicitur.Plinius e diuerso ad hæc sarda utilissima quæ nomen cum sardonyche communicauit ipsa gemma uulgaris & primum a sardibus reperta:hanc Polycrates samiorum tyrannus fertur habuisse pulcherrimam:qui questus apud amicum de nimia foelicitate ab eodem iussus fortunam experiri abiecto in pelagus anulo aureo in quo ea gemma erat inclusa:satis piamenti arbitratus quod ea regale fastigium esset imminutum ea uoluit infoelix uideri molestia:sed foelix rursum in aliam foelicitatem trahentibus fatis uisus est.cum is ipse anulus in præcordiis capti piscis inuentus est exitũq; fortunæ suæ ex ea gemma recipit:captus siquidem ab hostibus secundas patibulo commutauit:ea gemma romam postea portata concordiæ templo dicata est. PLVris agebat:in causis agendis plura consequebatur.

Q uam basilus.rara in tenui facundia panno
Q uando licet flentẽ basilo deducere matrẽ:
Q uis bene dicentẽ basilũ ferat:accipiat te.
Gallia:uel potius nutricula causidicorum
Aphrica:si placuit mercedẽ imponere liguæ
Declamare doces.o ferrea pectora uecti:
Cum perimit sæuos,classis nũerosa tyrãnos:
Nã q̃cunq; sedẽs mõ legerat:hæc eadẽ stans
Proferet:atq; eadem cãtabit uersibus iisdem.
Occidit miseros crambe repetita magistros

MAN. ℂ RARa.s.est uel esse creditur: BASilio:paupi:causidico. FLENtem deducere matrem:solebant Causidici matres uxores & liberos ante iudices producere ut lachrymis ad misericordiam mouerentur. Vñ Ouidius libro tertio de ponto ad uxorem inquit Gratia si nulla est lachrymæ tibi gratia fient:hac potes aut nulla parte mouere deos.Nec si tunc fletu scindentur uerba nocebit.Interdum lachrymæ pondera uocis habẽt Sunt autem commouendi affectus in oratione:ut docet Fabius libro quarto & sexto.hinc Pedianus lib.tertio de prætura urbana ubi argumentum accusationis tractat sic ait.Repræhendunt hominis stultissimi. Tulium: q; in folio uerris innoxiam lædat attamen ignorantes illum accusatoria arte prouidere ne in epilogis productis ab Hortensio cõciliet misericordiã iudiciũ patri:hæc illæ.Et in oratione pro scauro sic idẽ Asconius ait.ipse quoq; Scaurus dixit p se ac magnope iudices mouit & squallore & lachrymis &c. GALlia: Quĩtilianus de eloquentia gallica hæc:Iulius florus in eloquentia galliarũ:quoniam ibi demum exercuit eã princeps:

(Margin: lachrimæ quid lachrimæ; Epilogi affectus)

APHrica:idem Quinti.lib.xi.scribit quod a se uisi sunt.Domitius Apher & iulius aphricanus longe præstantissimi oratores. DEClamare doces.Doctorum labores in declamationibus ostendit atq; mercedem nullam præberi ab discentibus. O FErrea pectora uecti:o hic admirandi est atq; stupendi. FERrea:dura & patientissima in declamandi labore. VECti:pro uectii de uectio autem Pli.li.xxix.capitulo primo sic ait:deinde est Vectius ualens adulterio Messalinæ Claudii cæsaris nobilitatus pariterq; eloquentiæ assectator &c.Ponitur autem hic pro quocunq; declamandi magistro. DEClamare doces:erat declamatio forensium actionum meditatio in scholis certa quædam ponebantur quæ themata dicimus inquit Fabius libro decimo. PERimit:dignos supplitio asserit. CLAssis nũerosa:prisci rethores militari exemplo declamantes discipulos in classes distribuebant & dicendi ordinem scd̃m uires ingenii dabant:& ita superiore loco quisq; declamabat ut præcedere profectu uidebatur hinc ingens erat contentio palmæ:ducere uero classem multo pulcherrimum:nam uictor classi præponebatur:eratq;.xxx.diebus in imperio:deinde uicto certaminis erat potestas.ut Fabius scribit. CLAssis numerosa:discipulorum acies ac numerus. LEGerat:scilicet classis ipsa:scribit Fabius quod ipsi præceptores pri⁹ materias componebant pronuntiabantque ut ad eorum exemplum discipuli se formarent. PROferet: sic legitur in atiquo textu.& ita legendum est. VErsibus:idest uerbis:uersus in prosa etiam dicuntur. CRAmbe. Tranquillus in libello ubi de grammaticis & oratoribus scribit quum meminit de declamatiõe sic ait. Veteres cõtrouersiæ aut ex historiis trahebantur:sicut sane nonnullæ usque adhuc aut ex ueritate ac re si q̃ forte recens accidisset.Itaque locorum etiam appellationibus additis proponi solebant & sic certæ collectæ editæque se habẽt.hæc ille:placet autem quod Pollicianus scribit:ut græcũ prouerbium Iuuenalis expresserit.Δὶς κράμβη θάνατος. quo significatur quod bis posita crambe mors est.Crambe autem brassicæ genus idq; expressit ut fastidium repetitæ sæpius controuersiæ denotaret.Cum uulgo quoq; recalfacta brassica iam in prouerbium fastidii concesserit:ipsius uero græci prouerbii mentionem Suida facit.Plinius autem libro.xx.c.xxvi.ubi brassicam in tris species diuidit.Sic ait.Tertia est proprie appellata Crambe tenuioribus foliis & simplicibus densissimisq; amarior sed efficacissima. CRAmberepetita:idest declamatio ipsa & controuersia repetita offendit magistros uti Crãbe:idest brassica recalfacta conuiuas.

(Margin: Declametoris ordo; Crambe; Cambre)

DOM. ℂ DEClamare doces:erãt qui declamare docerent proposita cõtrouersia ex historia aut oratione: Cicero ad præturam usq; græce declamauit latine Senior. VEctius:p pceptore quocũq; declamationũ hic ponitur:nã ut scribit Plinius.Vectius ualens adulterio messalinæ Claudii Cæsaris nobilitatus.pariterq; eloquentiæ assectator fuit. CLAssis:pars populi erat ut apud Liuium.Classis itẽ numerus discipulorum q in classem distributi:ut scribit Quinti.ordinem dicẽdi scd̃m ingenii uires seruabãt:ea nobis inquit ingens palmæ cõtẽtio:ducere uero classem multo pulcherrimum:nam uictor classi præponebatur.eratq; triginta diebus in imperio deinde certaminis erat ptãs. VEcti:legas genitiuo casu:ut dicat o q̃ patiens est uectius in eo munere. OCCidit miseros cam-

bre Cor.de declamationibus ita scribit.Declamationes aut ex historiis trahebantur sicut sane nonnullæ usq; ad huc:aut ex ueritate:ac re:si qua forte recens accidisset:itaq; locoꝝ etiam appellationibus additis proponi sole/bant & sic certæ collectæ editæq; se habent.Cambre igitur inscriptio est declamationis a loco:nam cambre op/pidum est in theutrania Troadis:ut scribit Pli:& e proxima regione est lesbos.in qua Mytylené occuparunt tyrã ni ut auctor est Strabo.Nigessilus & magarogilus.Alceus poeta:eos carmine est insectatus:unde aureum plectꝝ habuisse dicitur auctore Fabio.de tyrannis eiectis cãbre declamatio sæpe erat repetẽda a magistris: hæc placet sententia ut conueniat cũ eo quod dixit:Cũ perimit sæuos classis numerosa tyrannos:quod alii a Cãbro Scytha rum rege cuius meminit Diodorus.Cambrem declamationem deducunt:nulla ex parte accommodatum est.

MER. ℂ QVAndo licet basilo flenté deducere matrem:patroni(ut Quintilianus scribit)non solum dicendo:sed etiã faciendo lachrymas mouebant:unde sæpe eos producebant:qui periclitarent̃ squalidos atq; deformes: & liberos eorum ac parentes:ut horum deformi & miserando aspectu tragœdias mouerent. NVTricula causi/dicorum gallia:Quintilianus de eloquentia gallica hæc.Iulius florus in eloquentia galliaꝝ:qm̃ ibi demum exer cuit eam princeps. DEClamare doces:prisci rhetores per declamationes adolescentulos exercebant:quas an/te Ciceronem(ut Seneca ait)thesis uocabant.Mos cõtrouersias dixerunt atq; declamatiões.Est enim declama re(ut Caluus dixit)Iam non mediocriter dicere:qm̃ alterum putat esse domesticæ exercitationis:alterum hoc ẽ dicere ueræ actionis. CLAssis numerosa tyrannos:prisci rhetores militari exemplo declamantes discipulos in classes distribuebant & dicendi ordinem scd̃m uires ingenii dabant:& ita superiore loco quisq; declamabat:ut p̃cedere profectu uidebatur:hinc ingens erat contentio palmæ:ducere uero classem multo pulcherrimum. Nam uictor classi præponebatur:eratq; triginta diebus in imperio deinde uicto certaminis erat potestas:hæc Quin tilianus. TYRannos:frequentes huiusmodi erant scholasticæ controuersiæ.Tyrannicidæ premiũ:quod opta uerit dato:inde multiplex nascebatur de optione tyrannicidæ contentio. QVAecunq; sedens modo legerat. Hæc eadem stans proferet.hunc morem magistros in scholis seruasse scribunt Seneca Quintilia.atq; Philostra tus:ut ipsi prius materias componerent & pronunciarent:ut ad eorum exemplũ discipuli se formarent. CAM/bre repetita:materia uidetur cambre:& causa fuisse sæpius per declamantes tractata.

Marg.: Producti rei — Thesis — Contro. uersia — declamare — Dicere — classes — Declamã tium

VAL. ℂ RARa in tenui facundia panno:hoc dicit:impitũ uulgus solos diuites existimat sapientes & eloquẽtes: at q tunicas attritas hñt fatuos. BASilo:q paup fuit. FLEnté mr̃em:filii sui casum ut cæteri diuites oratores quo auditores ad misericordiã moueãt. FLEnté deducere mr̃em:usq; ad epilogos porare in qbus maxime cõmoué dæ misericordiæ loci sunt. ACCipiat te gallia:eas in galliã qñ romæ locus nisi uoluptatibus nõn est. SI Placet mercedé imponere:si uelis tibi mercedé ob eloquentiam dari quam in causis exerceas. DEclamare doces:ad so phistas sermonem uertit qui declamare.i.se foro p̃parare iuuenes in scholis docebãt:& est ordo & sensus:o pe/ctora ferrea patientissima uecti sophistæ qui doces declamare cũ classis numerosa perimit sæuos tyrãnos.i.cum thema propositũ & defendendæ qõnis ps altera ꝑposita sit:utrũ qs tyrannos ob liberandã p̃riam impune occi disse potuerit. CLAssis numerosa:multitudo declamãtiũ:ita.n.ueteres nominauerũt.Quintilia.nõ inutilé scio seruatũ eẽ a p̃ceptoribus meis moré qui cũ pueros in classes distribuerẽt ordiné dicẽdi scd̃m uires ingenii dabãt & ita superiore loco quisq; declamabat ut procedere profectũ uidebãt huius rei iudicia p̃bebant̃:ea nobis ingẽs palmæ contentio:ducere uero classem multo pulcherrimũ. SEDẽs:classis. LEGerat:p̃ceptori aut sedẽs lege/rat præceptor stans discipulus. CAMtabit:uocé tollet. VERsibus iisdé:iisdé uerbis q̃ in uersus ordine cõscri/pta sunt:nam is ordo uersus appellatur.Cice.ad brutum.Breues tuæ litteræ breues dico:immo nullæ:tribuis ne uersiculis his temporibus brutus ad me? dicti auté uersus qa a fine ad initium stilum uertimus uel ab initio ad fi nem:uel ꝙ alii a dextera parte in sinistram schedæ:alii a sinistra ad dextram scribant. OCCidit mi.cambre re pe.magistros.historia uel fabula ab aliquo tũ scripta tã frequenter exponebat̃:ut prouerbium teste Probo fue/rit de cambra:& anatho omnibus tritum:cum nihil tam sibi fuisse cognitum significare uoluerunt.

Quis color:& qđ sit cãæ gen⁹ atq; ubi sũma
Quæstio:quæ ueniãt diuersa parte sagittæ:
Nosse uolunt omnes:mercedé soluere nẽo:
Mercedé appellas:qd eni scio:culpa docẽtis
Scilicet arguit̃:quod læua in parte mamillæ
Nil salit arcadico iuueni:cuius mihi sexta
Quaq; die miserum dirus caput ãnibal iplet.
Quicqd id ẽ de quo deliberat:an petat urbẽ
A cannis:an post nimbos & fulmina cautus
Circũagat madidas a tempestate cohortes:
Quãtũuis stipulare:& ꝓtinus accipe:qđ do
Vt totiens illum pater audiat:ast alii sex
Et plures uno conclamant ore sophistæ.

MAN. ℂ QVIs color:ordo est.Nosse uolũt oẽs.Quis co lor &c. COLor:Rõné intelligit ad recusandũ depel lẽdi criminis cã sicuti in.vi.ẽt sat.ibi dic Quintiliane colorem.De rõne aũt Cicero in partitionibus sic ait Sed distinguẽdi gratia rõné appellamus eam.q affer tur ab reo ad recusandũ depellẽdi criminis causa quæ nisi esset qđ defenderet nõ haberet.Firmamẽtũ auté quod cõtra ad labefactandã rõnem refertur sine quo accusatio stare nõ potest.Ex rationis aũt & ex firma menti cõsultatione:& quasi cõcursu. Quæstio quæ/dã exoritur:quã disceptatioẽ uoco in qua quid ueni/at in iudiciũ & de quo disceptet̃:quæri solet. Nã pria aduersarioꝝ cõtẽtio diffusam habet qstioné:ut in cõ/iectura cœpit ne pecunias decius? in diffinione. Mi/nuerit ne maiestaté norbãus?In æquitate iure ne oc/ciderit oppinius gracchũ?Hæc ille.Quæ quidẽ oĩa hoc in loco optime cõueniunt.Tetigit enim Iuuena/lis rationem.Quum dixit.Quis color tetigit firma mentum:quum dixit quæ ueniant diuersa parte sagit tæ.Tetigit & reliqua. QVOD causæ genus.An demonstratiuum.An deliberatiũ.an iudiciale.Siue honestum

Marg.: Color — Ratio — Firmamẽ tum — Quæstio — Disceptatio — Genus causæ

admirabile:humile:anceps:obscurum:De quibus late Cice.li.primo rhet.Et Pedianus libro quarto de prætura urbana sic ait.Genus causæ in omnibus uerrinaꝝ libris admirabile:status principaliter cõiectura: propter hæc igitur uerba summa quæstio status intelligit̃ ab Iuuenale.Et Cicero libro tertio tuscu.sic ait.Nimiꝝ igit̃:ut i cau sis nõ semper utimur eodem statu sic enim appellamus controuersiarum genera &c. CAVsæ:causa est negociũ omnibus suis partibus spectans ad quæstionẽ.Aut causa est negocium cuius finis est controuersia:sic enim finit Apollodorus.ut scribit Fabius libro tertio capitulo quinto.Hermagoras uero causam esse dicit rẽ.quæ habet in se controuersiã in dicẽdo positam:cũ certaꝝ personaꝝ interpositione.Auctor est Cicero libro primo rheto. ATq; ubi summa quæstio:idest status an scilicet in coniectura an in diffinitione an in æquitate:ut ostendimus ex Ciceronis uerbis.Qui etiam in topicis sic ait.Quæstionũ aũt quacũq; de re sint duo sunt genera.Vnũ cognitionis:alteꝝ actionis.Cognitiõis sunt hæ quaꝝ finis ẽ sciẽtia ut si q̃ratur natura ne ius ꝓfectũ sit an ab aliqua q̃si cõtra dictione hoĩum & pactione.Actionis autẽ huiusmodi exempla sunt.sit ne sapientis ad rẽpublicã accedere.

Quæstionũ genera — COGnitionis quæstiones triartitæ sunt quũ an sit aut quid sit.aut quale sit q̃ritur hoꝝ primum coniectura secundum diffinitione tertiũ iuris & iniuriæ distinctione explicat̃.cõiecturæ ratio in quattuor partes distributa est quaꝝ ẽ una quum q̃ritur sit ne aliquid.altera unde ortum sit.Tertia quæ id causa effecerit.Quarta in q̃a de mutatione rei quæritur:hæc Cicero:quæ quidem omnia hic cõueniunt:ꝓsequtur:idem plura etiam supradicta declarantia:sed ne longior sim relinquo:tu lector ipse uidere poteris. QVAEstio:Cicero libro primo rhet. sic ait Quæstio est ea quæ cõflictione causarum gignit̃ cõtrouersia hoc modo non iure fecisti iure feci.Victorinus autem sic ait.Quæstio est uox intentionis & negationis.i.fecisti non feci:aut iure feci. QVAE ueniant diuersa parte sagittæ.firmamentum intelligit.Est enim firmamentum firmissima argumentatio defensoris ut inquit Cicero libro primo rhet.De quo etiã paulo superius dictũ est. MERcedẽ appellas.i.poscis:uerba sunt discipuli. CVLpa docentis:poetæ uerba:ẽ aũt sensus:q; docẽtis culpa arguitur cũ obtusus & hebes discipulus nil

Cor — potuerit discere. SCilicet:certe. LEVa in parte mamillæ.Pli.li.xi.scribit.Cor animalibus cæteris in medio pectore esse homini tantum infra leuam papillam cordi præcipuus calor.palpitat certe & quasi alterum mouetur ibi mens habitat Bruta existimantur animalium quibus durum riget audacia quibus paruum est:pauida quibus ꝑgrande maximum est: portionẽ asino uero lepori & quibusdã aliis.NIL salit archadico iuueni.hic optime Fabius libro primo sic ait:Illud tamen in primis testandum est nihil ꝑcepta atq; artes ualere nisi adiuuante natura quapp ei cui deerit ingenium non magis hæc scripta sunt q̃ de agroꝝ cultu sterilibus terris:& Hieronymus in aureola inquit lædit discipulus,magistrũ si p negligentiam suã,ꝑcepta eiusq; laborẽ disperdat. ARChadico iuueni: idest asinino ignauo:& frigido.Archades asini in achaia optimi & in italia rheatini:ut scri. Plinius lib.vii.ipsum animal frigoris maxime impatiens:ideo non generatur in ponto.Et Strabo scribit in archadia fuisse pecori pascua ꝑsertim equis atq; asinis equarũ suppositoribus. DIRus hannibal.declamatio de hannibale. A CAnnis:e uico illo Apuliæ.De cannis autem latius uideto in fine sat.ii. AN petat urbem a cãnis.Liuius libro.xxii.ubi de clade canensi meminit sic ait hannibali uictori:quum cæteri circũfusi gratularentur suaderentq;:ut tanto ꝑfunctus bello diei quod reliquum esset noctisq; insequentis quietẽ & ipse sibi sumeret:& fessis daret militibus. Maharbal præfectus equitũ minime cessandũ ratus immo ut qd hac pugna sit actum scias : die quĩto inquit uictor

Hannibal ad cannas — in capitolio epulaberis:sequere cum equite:ut prius te uenisse q̃ uentuꝝ sciãt.Præcedant Hannibal inquit inimici:læta res est:sed uia maior:q̃ ut eã statim capere animo possim:itaq; uoluntatem se laudare Maharbalis ait:ad

Hannibal ad urbem — consilium prænsandum tempus opus esse.Tũ Maharbal:nõ omnia eidẽ dii dedere.Vincere scis Hannibal:uictoria uti nescis:hæc Liuius. CIRcũagat:reducat. MADidas:a tempestate.Cum hannibal post canensem cladem ad tertium ab urbe roma lapidem super anienẽ castra posuisset.Cũq; per triduum in aciem utrinq; exercitus omnis descendisset:certamẽ tẽpestas diremit:nã cum in castra rediissent statim serenitas erat.In religonem ea res apud pœnos uersa est:auditaq; uox Hannibalis fertur.potiundæ sibi urbis romæ mõ mentẽ nõ dari:mõ

Turia fluuius — fortunã:his motus ad Turiã fluuium castra rettulit:sex milia passuũ ab urbe:rediitq; in campaniam:hæc oĩa scribit Liuius lib.xxvi.Nos etiam plura diximus satyra prima ibi. Ac proximus urbi hannibal. QVAntũuis stipulare:poetæ uerba sunt:est aũt sensus.Interroga quãtũuis:nã illico dabo:& age ut pater discipulũ totiẽs audiat quotiens præceptor ꝓfecto mercedẽ omnem reliqueret fastidio ductus:præceptori tamen nihil tribuit. AST alii sex:sensus est:q; aliq alii qui erant declamatores fictas materias relinquentes ueras in iudiciis causas agitabãt Erant enim effecti causidici ut aliquid lucrarent̃:sed tñ id minimũ erat:ut infra ostendet. VNO cõclamãt ore. Clamat̃ enim a causidicis in foro inde clamosum foꝝ dicit̃:Seneca in hercule furente:hic clamosi rabiosa fori iurga uendens improbus iras & uerba locat. SOPhistæ:philostratus ait:q; antiqui Sophistas denominabant

Sophistæ — rhetores declamantes & illustres.Et uictorinus in ꝓlogo suo super rhetoricis Ciceronis sic ait.Rhetor ẽ qui do-

Rhetor — cet litteras:atq; artes traditor eloquentiæ.Sophista ẽ apud quẽ dicẽdi exercitiũ discit̃.Orator est q in causis pri-

Sophista — uatis ac publicis plena & perfecta utitur eloquentia σοφια sapientia dicit̃ σοφιζω doceo sapiẽtiam σοφισμα

Orator — fraus deceptio cautela commentum captio σοφιζω doceo σοφιστης orator ꝑceptor sapiens deceptor.So

Sophistes — crates in gorgia Platonis inquit:q; idem profecto est Sophista ac rhetor uel propinquum aliquid atq; simile.

DOMI. — ¶ ARCadico iuueni.i.asinino:nam in arcadia optimi & maximi asini sunt:ut scribit Varro & Plini.& in italia reatini.Axius senator quadringentis asinum emit.Mecœnas pullo asinino uesci docuit:sed eo mortuo desitũ est. A CAnnis:cannæ in Apulia nobiles busto romanorum:ut scribit Plini.Cannæ item locrorum oppidulũ in Asia:ut Strabo tradit.A cannis:deliberauit enim Hannibal an duceret exercitum ad urbem uictis romanis ad cannas Maharbale præfecto equitum suadente:& hortãte:pollicenteq; ei cœnam in capitolio die quinto.læta respondit Hannibal res est:sed uia maior q̃ ut capere animo possim. CIRcũagat.i.reducat Silius.Constãtem & uana minantem.Circũagit castrisq; ducem succedere cogit. A TEmpestate:nã duplici tempestate cũ esset ad

tertium lapidem a pugna est reuocatus ut apud Liuium & alios scriptores est uolentem tertio progredi reduxit iuno ut Sillius cecinit. AST alii sex: ex hoc autem ostendit non esse subeundum munus docendi: quoniam Sophistæ qui se rhetoribus præstare contendunt iam magis audiuntur q̃ rhetores: nam falsis argumentationibus malas causas docent defendere. SOPhistæ: apud græcos rhetores dicuntur: Sophistæ item erant qui falsis argumentis malas causas tueri docebant: in eos scripsit Isocrates perpetuam orationem: quæ iscribitur κατ των σοφιςων iam ergo inquit uero rhetori non est locus. sed sophistæ tantum sunt in precio.

¶ QVIS color: & quod sit causæ genus: atq; ubi summa Quæstio: quæ ueniant diuersa parte sagittæ. his uerbis Iuue. diuisiones rhetorum significare uidet: rem sane utilissimam eloquentiæ studiosis: de qua latius dicendum arbitror: qm̃ correctores Quintiliani græce & latinæ uocis uim ignorantes pene nobis præcepta dicendi eripuerint. Nã qd diuisio rhetorum foret nescientes uerbum græcum: per quod latina dictio aperiebatur deleuerũt: hoc est παρενχειρησις in fidelioribus enim codicibus hæc legitur inscriptio. de diuisione siue parenchiresi. Et erat diuisio qñ pceptores discipulis propositam materiam diuisione dirigentes: uelut primas lineas ducebant. Eratq; declamatione minor utpote quæ capita tantum rerum: sine pbationibus affectibus & schematis contineret. Nam declamatio plenior: & uelut omnibus absoluta numeris uerã cãm repræsentabat: quod sic eẽ docet Seneca in declamationibus: de albutio qui sine fine euagabatur: hæc scribens: raro totam controuersiam implebat: nõ posses dicere diuisionem esse: non posses declamationem: tanq̃ declamationi deerat: tanq̃ diuisioni multum supererat. Quod utrunq; exercitationis genus mirifice conferre ad parãdam eloquentiã docet Quintilianus in prio oratoriarum instõnum his uerbis. Taceo de partitionibus: & de declamationibus rhetorum: qbus certe quãtuscũq; numerus adhibeatur tñ unusquisq; totum ferret. Ergo petens a discipulo pceptor colorem causæ genus summã qõnem: hoc est in qua cã uertit: & ex qua nascit status. Nã ubi summa qõ: ibi cõstitutio q̃rens itẽ partis aduersæ cõtradictiones: diuisione utebat. QVIS color: in omni controuersia potissimum de colore certabãt declamãtes (ut apud Senecam & Quintilianũ legimus). LEVa in parte mamillæ: Nil salit: hoc est: cuius pcordia frigescũt quæ obtusum arguũt ingeniũ. Virgilius. Frigidus obstiterit circũ pcordia sanguis. ARCadico iuueni. Asininã significat ignauiam. Nã generosos asinos olim in arcadia pgenitos fuisse scribunt Varro & Pli. HANnibal impleť: suasoria materia: in qua deliberat Hannibal: an post canensem cladem: Maharbalis sententiam secutus Romam petat: necne. & an romanis obsidentibus capuam: cũ ipse urbem Romam premeret: & ab imbre repulsus circũactis cohortibus in Apuliam reuertat. QVAntuuis stipulare: interroga: exponit Priscianus. Vnde & stipulatio cõtractus: q per interrogationẽ & rñsionem fit. Sũt aũt hæc uerba tradẽtis discipulũ rhetori. VT totiens illũ pater audiat: soliti erant patres accersitis amicis scholas ingredi declamantes filios audituri. Persi. Grandia si nollẽ perituri uerba Catonis. Discere: ab insano multũ laudãda magistro. Quæ pater adductis sudãs audiret amicis. SEX: sophistæ Philostratus in libro qui inscribit βιοισοφιςων: hoc ẽ uitæ sophistarum: hæc ait: Antiqui sophistas denominabant: nõ solũ rhetores declamãtes & illustres: sed & eos philosophos: q cum sermõis copia interptarent: & de utroq; sophistarum genere hoc est rhetoribus & philosophis. qui appellati sunt sophistæ uitas cõscribit. Sed Iuue. hac in parte sophistas accipit eos: qui meditationẽ oratoriã in scholis faciebant: & hic erit sensus. Alii sex sophistæ: hoc ẽ declamatores: fictas materias relinquentes: ueras in iudiciis cãs agitãt: quas a scholasticis causis. Sic Quintilianus diuidit. Nã q̃ in scholis abdicatorum: hæc in foro exheredatorum a parentibus: & bona apud cõsules repetẽtium rõ est q̃ illic male tractationis: hic rei uxoriæ cõquerit: utrius culpa diuortium factũ sit: q̃ illic dementiæ: hic petendi curatoris. Quare secundum declamantium mores subiecit fictas controuersias sileri ab iis: qui iam ueras causas tractare nouerunt. Sex autem sophistæ numerus finitus pro infinito.

¶ QVIs co. ordo est: oẽs nosse uolũt. Quis co. & qd sit causæ genus atq; ubi sũma qõ. & q̃ sagittæ diuersa parte ueniãt. nemo soluere mercedem: subaudiẽdũ uult. Schema enexæ rumenos. Quis co. q̃ dicendi forma aut qs locus. ET qd sit causæ ge. demõstratiuũ deliberatiuũ iudiciale: causæ genus exordiorum honestũ turpe dubiũ humile admirabile. Atq; ubi sũmã qõ. nõ thesim uel hipothesim itinitã uel definitã qõnẽ: hoc est ppositum & cãm q̃ oium qõnum suprema sunt genera: sed summã qõnem dicit q̃ in ea cã de q̃ agit sit sũma. uñ summus nascatur status. exẽpli cã. accusat millo clodianæ necis. fatet crimẽ. sed se purgat q struentem sibi insidias licuerit occidere hic summa qõ an licuerit occidere: & hinc status iurisdicialis assumptiuus. post quẽ sunt alii plures: ut cum q̃ritur uter utri pararit insidias coniecturalis & pariter inficialis. QVAe ueniãt diuersa parte sagittæ: metaphoricos sagittas uocat argumenta. hoc ẽ nosse uolũt q̃ nã in cã psint q̃q; noceãt: qd cõfirmãdũ qdq; refellẽdũ eẽ uideat. MERcedem appellas: uenuste. inducit discipulũ a quo merces petita laboris fuit pceptoris labores nullos erga se reputãtem: sed quod nihil sciat increpãtẽ. arguit. n. inqt culpa docẽtis. QVOd: qm: LEVa in parte mamillæ nil salit arcadico iuueni: qm̃ ipse merus ad discẽdũ asellus ẽ: qppe q in ei9 corde sanguinis hebescat: uñ ingenii potissimũ uis excitat. empedocles. sanguine cordis. n. noster uiget intellectus. ARCadico iuueni: q multo maximi in archadia sint asini: asinis uero frigidissimus inest sanguis: & ob hoc parum sensus habere dñr. Pli. aĩalium quibus fortior ac sanguis crassior sapientiora: qbus tenuior timidiora: qbus nullus aut minimus hebetia: igit hominẽ & qui ad asinos pxime accederet uoluit annotari. SEXta quaq; die: qua eadẽ repetunt. MISerũ: quod de re eadẽ totiẽs obtundat. DIRus hannibal: sæui hannibalis historia: aut dirus q nulli aut iurigẽtiũ aut diuino parendum unq̃ duxit: ueluti satis Liuius docet. DE quo deliberat hannibal: aut q ad agendum sibi sumit materiã. AN petat urbẽ: romam inuadat. A CAnnis: ubi Terẽtii Varronis temeritate tum cõsulis romana res ab ultima pernitie nõ abfuisset si mõ pœnus sua uti scisset fortuna: & in longius insequendi romanos nõ pertraxisset. PETat urbẽ a cannis: ut a magone hortabat. POST nimbos & fulgura: q̃ tũ aerẽ miscebant. CIRcunagat: a tempestate: incolumes circũ urbẽ ducat. CIRcũagat. hyphẽ est: si qdẽ m nõ abiicit. QVAntũ uis stipulare: subaudiẽdũ est a me (ut Priscianus ait.) inuenit & passiue dictũ stipulor abs te p interrogor. Suetonius in q̃rto p

MER. Parenchiresis quid iter diuisionẽ & declamationẽ Albutius Colore Stipulatio unde Philostratus sophistæ VAL.

toꝝ:minor quoq; uiginti annoꝝ stipulari nõ põt:differt aũt stipulari & astipulari:q; stipulari est iterrogare ubi pacisci qs uelit: astipulari aũt assentiri.Pli.lib.vii.naturalis historiæ.helanicus quosdam in ætolia epirotum gentis ducentos explere.cui astipulat̃ Damiates memorãs pistoreum ex his pcipuũ corpore uiribusq; ẽt trecẽtis uixisse & pauloante consecratus est nimis iantiensq; oraculi eiusdem iussu & iouis deorum summi a stipulatu euti mus poeta semp olympiæ uictor:& semel uictus.Cice.in academicis falsum eẽ stoici dicunt.& eoꝝ astipulator antiochus:& ad qntũ frẽm:annos tresdecĩ natũ cuius auus fuerit argẽtarius astipulator pr̃ uterq; uero pcarium qstũ fecerit. ET protin⁹ acci.qd do.aduerte q̃ dicã:sunt q exponãt accipe flagella:qd ualde absurdũ ur̃:nec quare ita uelit possum scire qñ nõ filiũ uerberari.sed erudiri pr̃ libẽter audit:pterea subiũgit ut totiens illũ pr̃ audiat nõ flẽtẽ filiũ:sed magistro reddentẽ q̃ pcepta accepit.legimus & in qbusdã antiqssimis codicibus accipe qd dã:ut sit sensus interroga:ut in stipulationibus solet quo aliquid a me consequare & accipias quod tecũ feras aliquid. VNO declamãt ore sophistæ:qui rhetoricam docebant in quo singularis est isocratis oratio:& Platonis plerique dialogi quando lucri aucupandi causa ea de se pollicerentur quæ minime præstare posse uidebantur.

Et ueras agitant lites raptore relicto:
Fusa uenena silent:malus igratusq; maritus
Et quæ iã ueteres sanãt mortaria cæcos:
Ergo sibi dabit ipse rudẽ si nostra mouebunt
Consilia:& uitæ diuersum iter ingredietur.
Ad pugnã qui rhetorica descendit ab umbra
Summula ne pereat qua utilis tessera uenit
Frumẽti:quippe hæc merces lautissima tẽta

MAN. ℭ RAPtore relicto:idest ficta cõtrouersia de raptore hoc ẽ stupratore:q frequẽs i scholis agebat̃ ad hũc modũ.Rapta raptoris aut nuptias idotatas:aut mortẽ optet.Vna nocte qdã duas rapuit:altera mortẽ optat altera nuptias.Hæc loca meo qdẽ iudicio Merula optime interptatus ẽ:iccirco & ego secutus sum:soleo enim doctoꝝ uiroꝝ iudicia sequi libẽter quũ recta eẽ uident̃:ubi aũt noui aliqd afferre possum:qd recti⁹ uisum fuerit:soleo quoq; libẽtissime a doctoꝝ etiã sentẽtiis diuertere:qd passim & hoc in ope: & in aliis uideri licet. FVSa uenena silẽt:hoc ẽ nõ agitat̃ a sophistis ficta cõtrouersia de uenenis:ut prius agitabat̃:sed ueras agitãt lites i FVSa uenena silent.actio hæc erat ueneficii ꝓ iuuene cõtra meretricẽ.Fabius.n.sic facit argumentũ in declamatione quadã. Meretrix amatori suo pauperi dedit odii potionẽ. ADOlescẽs desiit amare. accusat illã ueneficii.Conuenit ẽt actio illa ꝓ filio contra pr̃em.Cuius argumẽtũ sic facit.idẽ Quintilianus filiũ ter abdicare uoluit pater uictus. Inuenit quodã tẽpore in secreta domus parte medicamẽtũ terentẽ:interrogauit quid esset:cui parasset.ille dixit uenenũ: & se mori uelle iussit pater bibere.Ille effudit medicamentũ.accusat̃ a patre patricidii. MAlus maritus:malæ tractationis actionem tãgit ꝓ uxore cõtra maritũ:in argumento cuius sic ait Fabius:malæ tractatiõis sit actio. Quæ amissum filiũ nocte uidebit in somnis:indicauit marito:ille adhibito mago incantauit sepulchrũ.mater desiit uidere filium. ACCusat maritũ malæ tractationis. INGratusq; maritus:Actio ingrati:quæ talis inducitur a Seneca. Torta a tyranno uxor an de uiri tyrannicidio sciret perseuerauit negare.Postea maritus eius tyrannum occidit intra quinquẽnium nõ pariẽtẽ sterilitatis nomine dimisit.Agit illa ingrati. ET q iam ueteres sanant mortaria cæcos.Declamatio significat̃ filii conterentis in mortario medicamina ad sanandos cæci patris oculos:quæ nouerca uenena eẽ dixit:& pater credidit testamẽtũq; mutauit.Hæ deniq; scholasticæ erant controuersiæ:quæ quidẽ ob nulla laboris in docendo premia desierãt agi a sophistis:iã ueras causas in foro agentibus:ut aliquid lucrarentur quod tamẽ erat minimũ.ERGo sibi dabit ipse rudẽ.Cõsulit poeta amico pueros docẽti.ut consueto officio seposito aliud uiuendi iter ingrediat̃:ex illo enim nihil habet emolumẽti. ERGo sibi.ordo est.Ergo si nostra mouebunt consimilia dabit sibi rudem:& uitæ diuersum iter ingredietur ipse qui ab umbra rhetorica descẽdit ad pugnã:ne pereat sũmula &c. RVdẽ:docẽdi qetẽ & finẽ.De rude uirga latius sat.vi. DIVersum.s.ab arte rhetorica & declamandi atq; mõ. AD pugnã.i.ad forẽses & ueras cãs:nã dixit & ueras agitãt lites.ab umbra rhetorica.A declamatiõe & scolastica cõtrouersia.ficto.n.temate declamabãt.SVMmula:puula merces. THessera frumẽti:uilis erãt tesseræ qbus frumẽtorũ numerus designabat̃. Tessera ẽt dicebat̃ pceptum ducis:quo uel

Tessera ad aliqd opus:uel bellũ mouebat̃ exercitus.Quod Vegecius scri.li.ii.c.vii.hic ait.Maro.It bello Tessera signum VENit.i.uendit̃.ẽ.n.sensus q; tãti erat merces illa:qti uẽdebat̃ tessera uilis frumẽti.Nec aliter est intelligendũ. Magistratibus ãt licebat i usus suos frumẽtũ accipere:an uellẽt ꝓ frumẽto pretiũ.q̃ æstimatio dicebat̃.auctor ẽ Pedianus li.tertio de prætura urb. MERces.tũ docẽdi.tũ agẽdi. LAVtissima:opulenta optima.

DOMI. ℭ FVSA uenena.s.a Medea.i.si accuset̃ medea:q; fusco bitumine uenenato.cuius meminerũt Pli.& dio.Creõtẽ regẽ cũ Iasone q eius filiã Creusam.ut alii scribũt glaucã relicta Medea duxerat:& totã domũ combusserit:uix euadẽte Iasone.Sophistæ docẽt q̃ arte possit defendi ut absoluat̃. RAPtore re.cũ aufugit ab Iasone:icensa domo Creõtis. SILent:defendunt̃ & absoluũtur. MALus igra.ma.i.Iason cẽset̃ maritus malus & igratus & arte sophistarũ dãnat̃:tãquã malus maritus erga Medeã:cũ ipsa debeat puniri quoniã ipsa reliqt iasonem cõbusta domo & necatis filiis. ET mor.q.iã sa.i.iã arte sophistarũ iudicat̃ uenena prodesse.i.tantũ abest:ut Medea dãnet̃ q; magicẽ exercuerit in Esone restituẽdo ad iuuẽtã:ut iã ars magica salutaris hẽatur artificio sophistarum.

MER. ℭ RAPtore re.cõtrouersia de raptore.i.stupratore q frequẽs i scolis agebat̃ ad hũc modũ. Rapta raptoris:

Raptor aut nuptias idotatas:aut mortẽ optet. Vna nocte qdã duas rapuit:altera mortẽ optat:altera nuptias. FVsa.ue.

actio ueneficii si.Actio ẽ apd Qui.& Sene.frequẽs ad hũc modũ.Meretrix amatori suo paupi ddit odii potionẽ:adolescẽs desiit amar̃:accusat illã ueneficii.MAl⁹ ma.malæ tractatiõis actionẽ tãgit:cui⁹ tale apd Qui.hẽm⁹ exẽplũ:q amissũ

Malæ tractationis filiũ nocte uidbat i sõnis:idicauit marito:ille adhibito mago icãtauit sepulcꝝ:mr̃ dsiit uider̃ filiũ.Accusat maritũ malæ tractatiõis. INGratusq; ma.actio igrati:q talis iducit̃ a Seneca torta a tyrãno uxor nũqd de uiri tyrãnici

dio sciret:pseuerauit negare postea maritus eius tyrãnũ occidit:itra qnqnniũ nõ pariẽtẽ sterilitatis noĩe dimisit agit illa ingrati:hac in pte nõ possumus nõ mirari eos:q ad Iasonẽ & Medeã hmõi materias referũt. ET q iam sanant mortaria cæcos. Pli. scribit lapides mortarioꝝ:q succum reddũt:oculoꝝ medicamẽtis utiles existimari. Sed hac in parte declamatio significatur filii cõterẽtis in mortario medicamẽta ad sanãdos cæci patris oculos: q nouerca uenena esse dixit:& pr̃ credidit:testmq̃ mutauit.ergo tales scholasticæ erãt cõtrouersiæ:quæ desinũt agi a sophistis iam ueras cãs in foro agẽtibus. DABit ipse rudẽ:finẽ imponet. A gladiatoribus sumpta translatio:q donati rudæ gladiaturæ renũciabãt. DIVersum iter:contrariã uiã. AD pugnam q rhetorica descẽdit ab umbra:pugnã ꝑ forensi & uera cã posuit:umbrã uero ꝑ declamatiõe & scholastica cõtrouersia. QVA uilis tessera uenit. Romano populo tesseræ frumẽtariæ dabãtur:quod & Suetonius sæpe cõmemorat:& Persius do natum libertate seruum:& iam suam tribum habẽtem:scabiosum tesserula far possidere scribit. actio igrati Mortaria thessera

¶ VERas agitãt lites:re nõ uerbis. RAPtore relicto:themate de iasone q Medeam rapuit. FVSA uenena: ut qbus Iasonẽ perunxit quo uellus aureũ sine piculo raperet:uel qbus creusam Iasonis uxorẽ absumpsit:aut certe quibus peliã neci dedit:nã seqt̃ .ueteres sanãt mortaria cæcos. SILent:de eis nulla fit mẽtio. MALus:qui foe dera nõ seruauit. MAritus.iason. ET q iã ueteres sanãt mortaria cæcos:quibus uenena contriuit quo ex sene pueꝝ peliã faceret. Plautus in mercatore. Itẽ ut Medea peliã cõcoxit senẽ quẽ medicamẽto & suis uenenis dicit̃ fecisse rursum ex sene adolescẽtulũ:Itẽ ego te faciã:sed fabula tũ ꝑ diodoꝝ tũ ꝑ alios notior ẽ q ut ipsam pluribus necesse sit explicare:nec cur de iasone accipi hæc oĩa dicta nõ possint:haud satis itelligo.q si ad quẽuis uel ẽt plures referat̃ mõ thema intelligamus laborãdũ nõ puto. DABit sibi rudẽ:finẽ imponet a gladiatoribus sumpta trãslatiõe:ut ipse supra accepta rude ut cœpisset uegento uideri. AD pugnã:ad ueꝝ certamẽ. RHEtorica descẽdit ab umbra:ab instõne & schola declamãdi. SVMmula ne peat:tibi utpote ciui. QVA uilis tessera uenit frumẽti.q̃ uilis tibi frumẽti portio dat̃:qđ uiritim ptium ẽ:deuidebant̃.n.frumẽta & pecuniæ.& id genus alia ĩ populũ. Plautus in aulularia:nã nr̃ q ẽ magr̃ curiæ diuidere argẽti dixit nũmos in uiros: aut q̃ uilis tessera uenit frumẽti.q ex tuis ita neglectis ꝑdiolis redditus uenit. HAEC mer.q romæ traditur. LAtissima:ironicos. VAL.

Chrysogonus quãtí doceat uel pollío quantí
Lautorũ pueros artem scíndens theodorí.
Balnea sexcentís:& plurís porticus:in qua
Gestetur domin⁹ quotiẽs pluít:an ne serenũ
Expectet:spargatq̧ luto íumenta recentí:
Hic poti⁹ nãq̧ híc mũdæ nitet ungula mulæ
Parte alía longís numídarum fulta columnís
Surgat:& algentem rapíat cœnatío solem.
Quãticunq̧ domus ueníet quí fercula docte
Componít:ueníet quí pulmentaría condít.
Hos ínter sumptus sextertía quintilíano
Vt multum duo suffíciẽt:res nulla mínorís
Constabít patrí q̃ filíus:unde ígitur tot
Quintilíanus habet saltus:exempla nouorũ
Fatorum transí:fœlíx & pulcher & acer:
Fœlíx & sapíens & nobilís & generosus

¶ CHrysogonus:in.vi.sat:citharœdi nomẽ est.ibi.s. Sũt quæ chrysogonũ cãtare uetẽt:Pollio ẽt Citharœdi nomẽ ibidẽ:dicit.n. An capitolinã deberet pollio quærcũ sperare. Quapropter miror illos:q uoluerit hoc loco eẽ rhetoꝝ nomina. Cũ pro citharœdis accipi debeãt.ii enim maxime lucrabant̃: unde Mar.li. v.ad lupũ ait:de filo:Artes discere uult pecuniosas fac discat citharœdus aut choraules: qđ qdẽ latius dictũ ẽ in pricipio huiusce satyræ.ꝑ citharœdorum deniq̧ exẽpla ꝓbat Iuue.sophistas debere ingredi diuersum uiuẽdi iter:cũ illi qui lõge eis inferiores essent multo plura cõsequerent̃. LAutoꝝ:diuitũ. SCindẽs.deridens lacerans uituperãs:plus.n.citharœdi lucrabant̃ q̃ rhetores:q ãt scindere pro illis significatis poni soleat. Oui.quoq̧ ad inuidũ scribẽs ultima elegia de põto innuit his uerbis. Ergo sũmotũ patria ꝑscindere liuor Desine neu cineres sparge cruẽte meos:ubi & ꝑus dixerat:Inuide qd laceras Nasonis carmina rapti. Nõ solet ingeniis summa nocere dies. Et Pli.li.xxxvi. c.vi.sic ait.hic nãq̧ ẽ mamurra catulli ueronẽsis carminibus ꝑscissus. Teodori.theodorus cadareus fuit rhetoricæ ꝑceptor ut Suetonius tradit in Tyberio. Et Quintilianus lib.iii. BALnea sexcẽtis: ostendit poeta oĩa pluris cõstare parẽtibus q̃ filios:in illis.n.erudiẽdis minimũ qdẽ exponebãt. SEXcẽtis.cõstabunt supple. SEXcẽtis.s.sextertiis. PLuris.uidelicet illis sexcẽtis. DOminus:ipse emptor. AN ne serenũ.amici uerba. AN ne serenũ expectet.qsi dicat expectare debet. Et an ne spgãt iumẽta luto recẽti q̃si dicat minime spargere debet. HIC potius.in porticu potius gestet̃ dũ pluit. RECẽti.nup facto ob pluuiã. NITET.non enim luto spargitur. NVmidarum columnis. In numidia lapis optimus ad colũnas:unde Sueto.de honore Cæsaris a populo collato. Postea inqt solidã columnã ꝑpe uiginti pedũ lapidis numidici in foro statuit:inscripsitq̧ parẽti patriæ. Plinius aũt li.xxxvi.c.vi.scribit:Marcum Lepidum Catuli in consulatu collegam primum omnium Limina ex Numidico marmore in domo posuisse magna repræhensione aitque hoc primum inuecti Numidici marmoris uestigium se inuenisse:non in columnis tantum crustisue ab illo positum ut Mamurra caristium posuerat sed in ianuis & uilissimo liminum usu. FVLTA:munita. Plinius libro trigesimosexto capitulo sexto sic ait. Columnis demum utebantur in templis:nec lætitiæ causa:nondum.n.ista intelligebant̃ sed quia firmiora aliter statui non poterant:postea inquit q̧ Mamurra primus totis ædibus nullam nisi e marmore columnã habuit omnes solidas e caristio aut lunensi. ALGENtem solem.i.hibernum:Columella.n.li.i.c.sexto scribit q̧ cœnatiões brumales spectare dñt æqnoctialẽ occidẽtẽ:cœnatões uero æstiuæ ꝑspectẽt hibernũ oriẽtẽ:hoc ãt dixit:qa æstate cœnatur ad umbrã:hyeme ad solẽ. COEnatio. Varro scr.q ubi cœnabãt:cœnaculũ uocitabãt:sed posteaq̃ ĩ supiore pte cœnitare cœpunt supioris domus:uniuersa cœnacula dcã. Et Apul.li.ix.c.v.sic ait: Nec oblitus ille

MAN theodor. Numidicum marmor. cœnaculũ

ueteris amicitiæ promptæ suscipit: meq̃ per scalas complicitis pedibus in superius cœnaculũ attracto &c. Idẽ autem cœnatio est: ut hic locus ostendit: cœnandi uidelicet locus. QVAnticunq̃ domus: scilicet cõstabit. VEniet. s. quanticunq̃ est autem sensus: q̃ in ædificiis: & coquis parandis plurimum diuites impendunt: in filiis uero erudiendis pene nihil: & id quoniam illorum minimam curam gerunt: cum oppositum esse deberet. ADHibere: scilicet omnem curam & diligentiam circa filios: ut optime & diligenter edocerentur: quod quidem fieret si præceptoribus satisfieret. FERcula: iura: Apuleius libro decimo metamor. scribit diuitem quendam habuisse pistorem deliciarum qui panes & millita concinnabat ædulia. Habuisse etiam coquum qui sapidissimis nutrimẽ

pulmentaria tis succum pulmenta condita uapore mollibat. PVLMentaria: obsonia sapores dicuntur autem a pulte. Plinius enim libro. xviii. capitulo octauo sic ait. Pulte autem non pane longo tempore uixisse romanos manifestum

puls quoniam inde & pulmentaria hodieque dicuntur. hæc ille. Erat autem puls cibus ex farina factus: de qua Varro sic ait. puls appellata uel q̃ ita græci: uel ab eo uti scribit Apollodorus: q̃ ita sonet quum aqua feruenti inspicitur: postea inquit: q̃ a pulte pulmentum hinc pulmentarium dictum. Quod autem pulmentum pro obsonio pona

pulmentũ tur. Ostendit etiam Cicero libro quinto Tusculanarum his uerbis: cubile terra pulmentũ fames erat Anacharsi philosopho. QVINtiliano: ac si diceret summo rhetori. Vnde igitur tot amici uerba. IGITur si paruam mercedem recipit. EXEMpla. poetæ responsio. NOVorum: magnorum. FOELix & sapiens: Quintiliani diuitias & fortunæ & fatorum benignitati imputat: hinc ait. Fœlix ille tamen coruo quoq̃ rarior albo: ẽ. n. cõclusio horum omnium. FOELix. i. qui fœlix est & fortunatus est pulcher est acer & fortis. PVLCHer. philoso-

Deformis phus libro primo eth. ait: q̃ non satis ad fœlicitatem idoneus est qui penitus est deformis: aut ignobilis: aut solitarius sine prole. FOELix. i. qui fœlix est & fortunatus: est sapiẽs. ẽ nobilis: est generosus.

DOM. ¶ CHrysogonus: citharedus de quo ante: Sũt q̃ chrysogonũ cantare uetent. POLLio: alter citharœdus supra An capitolinam deberet pollio quercum. Sperare: & fidibus ꝓmittere. Mar. hærede theatro Pollione cantante. Citharœdi inq̃t q̃les sũt Chrysogonus & Pollio. maiorẽ mercedẽ cõsequũt sua disciplina q̃ rhetores. THeodorus: gadareus rhetor fuit. de quo Suetonius in Tyberio. Sæua ac lēta crudelitas: ne in puero q̃dẽ latuit q̃ Theodorus Gadareus rhetoricæ præceptor &c. Eiusdem meminit Fabius: hic dicebat rhetoricẽ esse artem sed ñ uirtutem: SCINdens. i. lacerãs & deridẽs: nam pollio ĩquit deridet artem rethoricẽ cum plus ipse lucretur discipli na sua. Scindere. i. aliquãdo comitiis lacerare pli. Hic nãq̃ est mamurra Catulli ueronẽsis Carminibus ꝓscissus. Fidentinus autem exponit scindẽs. i. diuidens lectiones more præceptorum. nam hic rudissimus accipit pollionem & Chrysogonum ꝓ rhetoribus. eadem. s. ipse rhetorica imbutus. SOLem algentem aut algẽtem solem dicit intrare in cœnationem: propter lapides speculares oppositos: quorum luxum insectatur pli. nam his solita arcetur ut q̃uis intus luceat nõ admodum caleat: aut certe situm cœnationis describit quæ columellæ præcepto ita edificatur. ut æstate hibernum orientem spectet: & hoc placet ut exponas algẽtem idest hibernum. QVintiliano: idest si ita parci sunt romani erga præceptores quo pacto Quintilianus est locupletatus: nam hic romæ rhetoricẽ professus est uiginti annis ut ipse scribit: primusq̃ mercedem publicam eo homine meruit: ut tradit Eusebius ex hispania a galba ductus.

MER. ¶ CHRysogonus & pollio: Illustres fuere rhetores. LAVtorũ: ditiorũ. ARTem scindẽs Theodori: in minu

theodorus tas particulas resecans Theodori gadarei præcepta: qui cũ a gadaribus iudeæ oppido oriundus eẽt: se Rhodium

Theodorei unde tamẽ dici maluit: hũc studiose audisse: cũ in eam insulã secessisset: tradit Tyberius Cæsar: cuius rhetoris sectatores: a ĩ morẽ sectæ philosophorũ: theodorei postea sunt appellati: scripsit de arte rhetorica libros: in quibus (Vt Quintius scri.) minutatim: & p capita q̃dã dicẽdi pcepta tradidit: ergo secãs diuidẽs uelut ex singulis q̃onibus singulos sensus eliciẽs. PORticus: ad gestatiões extruebãt porticus: ut supra diximus. Numidarũ columnis: numidico marmore. ALGẽtem capiat cœnatio solẽ. Cœnationem triclinium appellauit: quæ septentriones: tum ad

Cœnatio æstatis frigora: tum ad salubrioris aeris gratiã spectabat: hoc enim in architecturæ libris fieri debere tradit Vi-

Quintilianus ctruuius & Horatius. Nulla decem pedis metata opacam porticus excipiebat arcton. FOELix & sapiens & generosus: diuitias Quintiliani non minus fortunæ q̃ doctrinæ imputat. Vnde eum pariter fœlicem & prudentem appellat. Hic Romæ rhetoricam docuit: & primus publice salarium meruit.

VAL. ¶ CHRYsogonus: sophistes. LAVTorũ: diuitũ. ARtẽ scindẽs: oratoriã explicãs & in spẽs ptinẽs. THEodori: rhetoris. EXPectet: q̃m metuat pluuiã: cauit. n. ne mullæ ungula luto inq̃net: & sarie recte diuitum insana incessit fastigia. NVMidarũ: & ob hoc q̃ cõstẽt pluris. ET algẽtẽ rapiat cœnatio solem: ubi cœnitare in porticibus uelint: locũ apricũ hñt: q̃ septẽtrionalẽ plagã spectet. columella rerũ rusticarũ libro primo. Vrbana rursus in hibernacula. & æstiua sic degerat: ut spectẽt hiemalis tpis cubicula brumalẽ orietẽ. cœnationes æquinoctialiũ orietem. rursus æstiua cubicula spectẽt hibernũ orietem. QVAnticũq̃ domus: ꝓut lauta cuiuslibet fuerit domus talẽ hẽbit structorẽ ferculorũ. at filiorum quo eruditiores & magis morati sint nulla prorsus eis fuerit cura. VENiet q̃ pulmẽ. cõdat: q̃ græci uocãt obsonia. a pulte uero nomẽ ĩpositũ. Pli. pulte aũt nõ pane lõgo tempore uixisse romanos manifestũ q̃m inde & pulmẽtaria hodieq̃ dñr. QVIntiliano: utpote summo rhetori. NOVorũm fa. q̃ multa tribuerũt ei cõmoda. FOELix: diues aut cui aspirat fortuna. PVLcher: oſone speciosus. ACER. in argumẽtis. SAPiẽs: prudẽs moratus: aut multũ eruditionis habẽs.

MAN. ¶ SVBtexit. ordo ẽ fœlix subtexit. i. ĩsuit. Lunã ap-

Aluta positã nigræ alutæ. i. calceo: Mar. li. xii. in auarũ ami-

Luna cum. Quid petis rupta quũ pes uagus exit aluta. Et

in calceis subitus crassæ decidit imber aquæ. APPOsitã lunã Nobiles calceos nigros cũ luna inscripta gestabãt: qua quidẽ nõ sideris formã sed notã centenarii nmueri si

Appositam nigræ lunam subtexit alutæ.
Fœlix orator quoq̃ maximus & iaculator
Et si perfrixit cantat bene. distat enim quæ
Sidera te excipiant: modo primos ĩcipiẽtem

Edere uagitus. & adhuc a matre rubentem:
Si fortuna uolet fies de cõſule rhetor:
Si uolet hæc eadem fies de rhetore conſul.
Ventidius qd enim. qd tullius an ne aliud q̄
Sidus: & occulti miranda potentia fati.
Seruis regna dabũt: captiuis fata triũphos:
Fœlix ille tamen: coruo quoq; rarior albo.
Pœnituit multos uanæ ſterilisq; cathedræ.

gnificabãt: ꝙ initio ſenatores cẽtũ fuerũt: quoꝝ filii patritii hmõi calceis utebant. hinc Statius ait. Primaq; patritia clauſit ueſtigia luna. Plutar. uero aliter refert in problematibus. Sed quod diximus magis quadrare uidet. FOElix. i. q fœlix ẽ & fortunatus: ẽ maximus orator: ẽ maximus iaculator q̃lis. ſ. fuit Quintilianus & licet perfrixerit bñ cantat. ORATor: qs ſit orator: paulo ſupius dictũ. IACulator. argumentator uel dialecticus: uel ſophiſta. PER frixit: refrigeratus ẽ. q aũt perfrixerat raucus erat amiſſa uocis gratia. Mar. libro tertio in maximũ perfrixiſſe tuas q̃ſta eſt p̃fatio fauces. Quinti. uero ẽt ſi perfrixerit fatoꝝ beneficio uocis grãm ſeruat. DIStat. differt. SYDera te excipiãt. hoc ait: ꝙ Manilius libro. iii. ita ſcribit. Fata quoq; & uitas hominũ ſuſpẽdit ab aſtris: ſic fœlix: aut triſte uenit per ſingula fatũ. SI Fortuna uolet fies de rhetore conſul. ut Quinti. quẽ Auſonius ſcribit ad conſulatum perueniſſe. Et Suetonius de rhetoribus inquit. Magna etiam profeſſoꝝ atq; doctoꝝ ꝓfluxit copia: adeo floruit: ut nõnulli ex infima fortuna in ordinẽ ſenatoriũ atq; ad ſummos honores ꝓceſſerint. DE conſule rhetor. Vt Valerius Licinianus. De quo Pli. lib. iiii. epiſtola ad Cornelium Minutianũ ita ſcri. Audiſtine Valerium Licinianum in ſicilia ꝓfiteri: Nondũ te puto audiſſe: ẽ. n. recens nuntius. Prætorius hic mõ iter eloq̃ntiſſimos cauſaꝝ actores hẽbat. Nũc eo decidit: ut exul de ſenator̃ Rhetor de oratore fieret. Itaq; ipſe in p̃fatione dixit dolenter & grauiter: Quos tibi fortuna ludos facis: facis enim ex profeſſoribus ſenatores: ex ſenatoribus profeſſores &c. VENtidius qd enim: per exẽpla quod de fortuna dixerat probat. Valerius aũt lib. vi. c. x. ſcri. ꝙ aſculo capto Gn. Põpei magni pr̃ Ventidium ætate puberẽ ĩ triumpho ſuo populi oculis ſubiecit. Sed poſtea romæ ex parthis triũphum duxit: itaq; qui captiuus carcerẽ exhorruerat: uictor capitolium fœlicitate celebrauit. idem eodẽ anno prætor & conſul eſt factus. Gellius aũt lib. xiiii. c. iiii. De hoc uentidio baſſo latiſſime ſcripſit. QVID. n. ſ. factus ẽ. TVllius. i. marcus Cice. qui humili loco natus erat: tm̃ tñ fortuna potuit: ut romani populi patronus ſenator conſul eẽt: in eoq; uno oĩs ſtatus romanus eſſet: Vnde primus oĩum pr̃ p̃riæ appellatus: Magis aũt cõuenit de ſeruio tullo intelligere propter illud ſeruis regna dabũt &c. ALiud. ſ. fuit. SIDus. bonũ. ſ. & ꝓſpeꝝ. SERuis regna dabũt: In hoc ſeruius tullus teſtimonium p̃bet: de eo. n. lib. iii. ſic Valerius In tullo uero ſeruio fortuna p̃cipue uires ſuas oſtendit. Vernam huic urbi natum regem dando &c. Legito & liuium lib. i. SERuis regna dabũt. fit in dñatu ſeruitus. fit in ſeruitute dñatus ut inquit Cice. pro rege diotaro. CAPtiuis: ut de Ventidio baſſo dictum eſt. FOElix ille tamen: concludit q̃ntilianum ex fœlicitate & fortuna & doctrinam & diuitias conſecutum fuiſſe. FOELix ille tamen: Ille Quintilianus uidelicet: fœlix. ſ. eſt & rarior albo coruo: quoniam quidem rari rhetores uti Quintilianus fuere fœlices. Vnde optime ſequit: Pœnituit multos uanæ ſterilisq; cathedræ. POENituit multos: exemplo oſtendit multos docendi artem reliquiſſe: cum labori non ſatiſfieret: ut Thraſimacus: & ſecundus carinas rhetores.

Fata
Rhetores
Valerius Licinianus
Vẽtidius
Seruius tullus

¶ NIGræ lunã ſubtexit alutæ: nobiles lunatis calceis utebant more arcadũ: Euandro duce. quaſi ipſi hi eſſent qui genus recta linea ſoli ab illis deducerent: auctor ẽ Plutar. in q̃õnibus: ex cuius auctoritate plura de eo diximus in cõm. Mar. ꝓs aũt calcei excauata opiebat corio qd appellarũt ligulã: nã ſpẽm liguæ hẽbat & græce γλῶσσα i. lingua dr̃: ut ſcri. Pollux: nigros fuiſſe calceos in nobilibus ſcri. Hor. Nã ut qſq; inſanus nigris mediũ ĩpedit crus pellibus. SVBTexit i. opuit ligula appoſita. Papinius. Primaq; p̃tia clauſit ueſtigia luna: pudet & piget inſectari Fidentinum hoc loco: q alutã ſcribit eſſe genus terræ: nec qd mẽtiat ſatis intelligit. FIES rhetor de cõſule idem ſcrib. Cornelius. Magna inqt ꝓfeſſoꝝ atq; doctoꝝ profluxit copia: adeoq; floruit: ut nonnulli ex infima fortuna in ordinem ſenatoriũ atq; ad ſummos honores ꝓceſſerint. in eũdẽ ferme ſenſum pli. De conſule: ut ſilus nouarieſis q poſt ædilitatẽ factus ẽ rhetor. VENtidius: ex captiua aſculana natus: ductuſq; in triũphũ a ſtrabone Gnei Pompei patre primo redarius: deinde mulio demũ conſul primus de parthis triũphauit: tanta admiratione hoĩum: ut portẽtum dicerent iactato uerſu. Mulos q fricabat cõſul factus ẽ. Maſſurius ſcrib. eum bis ĩ triumphũ ductum eẽ: auctores ſunt Pli: Cice. Gel. Vale. SERuis. ut Tullo nato ex captiua: CAPtiuis triũphos: ut uẽtidio parthicũ triũphũ q olim captiuus fuit Strabonis Gn. Põpei pr̃is. POEnituit multos. Fidẽtinus hũc totũ locũ peruetit ut alia oĩa: Nos ita exponimus. Iuue. ab exẽplo oñdit q̃uis aliqs inſtituerit munus docẽdi. tam̃ eum debere deſiſtere qd & Thraſimachus & Secũdus rhetores fecerunt: cũ paruã aſſeq̃rent mercedẽ.

DOM.

¶ APPOſitã nigræ lunã ſubtexit alutæ: nobilitate illuſtres calceos nigros cũ luna inſcripta geſtabãt. Hor. ĩ ſermonibus. Nam ut qſq; inſanus nigris mediũ impediet crus Pellibus. & latum dimiſit pectore clauum. Martialis. Lunata nuſquam pellis & nuſquam toga. Cur ãt lunam ſubtexerẽt calceo Plutarchus in ꝓblemati. Romanorum has cãs dicit: Quod uelut ab Euãdro profecti Romani: ut archades ante lunam nati uiderẽtur: an ut elatos hoĩes ac ſupbos reꝝ humanaꝝ inſtabilitatis admonerent. cuius rei luna exemplo ſit: q̃ ab obſcuro primum prodit: tum progrediens luce ac ſplendore os ſuum complet: & cum clariſſima facta ſit rurſus defloreſcit. & ad nihilum redit. An modeſtiæ & diſciplinæ obedientia quædam erat: Vt dicto audientes eẽ: & ĩperiũ æquo aĩo ferre cõdiſcerent: & quẽadmodũ luna meliori obſequi: & ſolẽ: ut inqt Parmenides ſemper intueri ſolet: ſic hoĩes ſecũdum locũ tenere contẽti duci primas ptes relinquere: & honore & ptãte p illũ fruerent. ET ſi pfrixit cantat bñ. qui perfrixerũt rauci fiunt & uocis gratiã amittũt. Vñ multi legunt hac p̃fatione ſe excuſare qd pfrixiſſent. Mart. pfrixiſſe tuas q̃ſta ẽ p̃fatio fauces Cũ te excuſaris maxime quid recites. Sed Quinti. uel ſi perfrixerit bñficio fortunæ gratiam uocis tenet. FIES de rhetore conſul. hic de Quintiliano intelligendum eſt: quẽ ad

MER.
Calcei nigri
Luna
Cur luna in calceis
Quintilianus

cōsultatū peruenisse scribit Ausonius:& ipse in sexto oratoriarū̄ institutionū libro.ubi p̄matūram uxoris & filiorum morte deplorat cōsulatū suū significare u͛.Nā sermonē ad filiū cōuertēs ait.Tene cōsulari nup adeptione ad oīum spes bonorum prius admotū quē locū correctores deprauauerūt.nihil de Quintiliani consulatu intelligentes. FIES deconsule rhetor.existimo hac in pte Iuuenalē ad Valerii liciniani uerba allusisse:qui p̄torius & inter eloquētissimos:ut Iunior scribit plinius in Sicilia relegatus cū ꝓfiteret͛:& eo decidisset:Vt exul de senatore rhetor de oratore fieret:in p̄fatiōe dixit dolēter & grauiter.Quos tibi ludos fortuna facis:facis enim ex ꝓfessoribus senatores:& ex senatoribus ꝓfessores. VENtidius.hūc picentē:& ex humili loco natū:atq̧ a pōpeio Strabone cum matre captum:& egre uictum quæsiuisse historici tradunt:Deinde bello ciuili in amicitia Cæsaris:atq̧ in amplissimū ordinē peruenisse.Consul enim fact⁹ est:primusq̧ oīum de parthis triūphauit. QVid Tullius Seruius:Tullius e serua natus:post cæsum Tarquinium Romæ regnum optinuit.Ergo fatorum iussu Serui regnabunt:quod in Tullio apparuit.& captiui triūphabūt:quam rem de Ventidio legimus.

Val. Licinianus — *Ventidi⁹*

VAL. ¶ CAPPOsitā ni.lu.sub.alu.q̄ calceorū̄ forma nobilem romanorū̄ ciuē indicauit.Mar.nō externa sed & lunata ligula plāta.Coccina non lesum pingit aluta pedē:Plutarchus.q̄d ē q̄ q nobilitate p̄stare uidenť lunulas in calceis ferūt:an ut dicit castor:signū ē eius q̄ in luna eē dicit͛ habitationis:& post q̄ mortē animi rursus lunā sub pedib⁹ habebunt:an q̄ antiq̄ssimis p̄cipuum fuit q̄ fuerūt arcades ab euandro ꝓselines appellati:an sicut alia multa sic & hoc primū elatos hoīes ac supbos admonentes rerū̄ humanarū̄ instabilitates cuius rei luna exēplo sit q̄ ab obscuro primum ꝓdit:tum ꝓgrediēs luce ac splēdore os suū cōplet:& cū clarissima facta sit rursus deflorescit & ad nihilum redit:an hoc potius modestiæ & obediētiæ disciplina q̄dā erat ut dicto audiētes ēēe & imperiū æquo animo ferre cōdiscerēt:& quēadmodū luna meliori obsequi:& solē:ut inq̄t Parmenides sp̄ intueri solet:sic homines scd̄m locū tenere cōtēti duci primas ptes relinq̄re ut honore ac p̄tāte p illū fruerēť. ALVtæ:ꝓpriæ pelles caprinæ sūt.Cæsar i tertio com.de gestis in gallia.anchoræ ꝓ funib⁹ ferreis cathenis reuictæ pelles ꝓ uelis alutæq̧ tenuiter cōfectæ. ORAtor.ad agēdū diserteq̧ loq̄ndū. IACulator.ad argumētādū & q̄cq̄d in cā positū sit acutissime inuestigādū. ET si p͛.c.b.q̄ si fortuna aduersef uirtute admirabilis ēt existiabit͛.q̄d tropicos ē enūciatū. DIStat.differt. DIStat.n.q̄ side.te.exci.ꝓspa ne an aduersa. MOdo pri.ici.ede.uagi.uel ex hoc hūani gn̄is oñdit͛ infœlicitas:ut nēo futurā ꝓspitatē sibi possit polliceri:ubi i hoīs ipso nascētis exordio:i ipso uitæ uestibulo nihil citius q̄ fletus occurrit. ET adhuc a ma.ru.cū primū de aluo m̄ris excidit ifans. SI for.uo.mōdixit.Distat.n.q̄ sidera te excipiēt:nūc ait: SI for.uo.oñdit igit͛ hūanā fœlicitatē tū fato tum fortuna euenire:quo pacto āt distinguāť iter se fatū fortuna casus q̄tū ueteres tradiderūt in cōmē.quē in libello Ci.q̄ de fato inscribit͛ fecimus pluribus a nobis expositū ē. SI for.uo.ut multi. SI uelit hæc eadē:ut Vale.Licinianus Pli.in epistolis. Audisti ne Valeriū Licinianū:in sicilia ꝓfiteri nōdū puto te audisse:ē.n.recens nūcius:p̄torius hic mō inter eloquētissimos cārum actores hēbat͛:tūc eo decidit ut exul de senatore rhetor de oratore fieret:atq̧ ipse in præfatōne dixit dolēter & grauiter quos tibi fortuna ludos facis:facis.n ex ꝓfessoribus senatores ex senatoribus professores. VENtidius:quid enim qui genere picens loco humili cuius mater a Pompeio Strabone pompei magni patre capta est cum subegit asculanos puer ante currum triumphantis pompei ductus:qui sordidissime uinctū sibi mulio comparās in.C.Cæsaris beniuolentiā ꝓuenit:ut ad multas euectus sub eo administrationes fuerit:inde pontificatum consulatumq̧ adeptus est:inde q̄ hunc uentidium bassum agentem multos multi uidissent uulgo per uias sparsi uersiculi.Concurrite omnes augures haruspices Portentum inusitatum conflatūq̧ est recens.Nā mulos qui fricabat consul factus est.eundem bassum scribit Suetonius parthos tribus prœliis fugasse in syriā inrorumpentes & eum primum omnium de parthis triumphasse:& mortuum publico sepultum fuisse funere. QVID tulli.q̄ sua uirtute domū suā nobilē fecit:ut ipse in Salustiū:ego meis maioribus uirtute mea preluxi:ut si prius noti non fuerūt a me recipiāt initiū memoriæ suæ. AN ne aliud q̄ sidus.in quibus multi fata esse uoluerunt. OCCVlti.nō intellecti nobis. SERuis regna dabūt:ut seruio tullio regi romanorū̄. CAPTiuis fa.triū.ut supra uentidio euenisse ostendimus. POENituit mul.uanæ.steri.cathe.qui ex interp̄tamētis q̄ pueris effecerunt nullum assecuti sunt q̄ cathedrā conscēderint emolumentū:& iam de grāmaticis incipit loqui.

Sicut trasymachi:probat exitus.atq̧ secundi
Carinatis:& hunc inopem uidistis athenæ
Nil præter gelidas ausæ conferre cicutas:
Dii maiorū ūbris tenuē:& sine pōdere terrā
Spirātesq̧ crocos:& i urna ꝑpetuum uer
Qui præceptorem sancti uoluere parentis
Esse loco:metuēs uirgæ iā grādis achilles
Cantabat patriis i mōtibus:& cui nō tunc
Eliceret risum cytharœdi cauda magistri

MAN. *thrasimachus* ¶ THrasimachi.thrasimachus carthaginensis inter sophistas a philostrato scribit͛.EXITus.finis:relique rat*.n.docendi studium. *Secūdus carinas* SECundi carinatis:Taci.li.xv.In Nerone scrib.secūdum carinatem græca doctrina oretenus exercitū:q̄q̧ aīum non bonis artib⁹ imbuerat.Philostratus in uitis sophistarum:secūdum athenensem sophistam cōmemorat:Dion uero tradit Caligulā adeo inuidū & suspiciosum ad omnia ut secūdū carinatē rhetora in exiliū egerit:q̄ aliq̄n orōnem quandā per exercitationē in tyrannos dixisset. *Cicuta* CICutas:Cicuta uenenū est:publica atheniensiū pœna inuisa semini & foliis refrigeratoria uis:qui enim sic necanť:incipiūt algere ab extremitatibus corporis.Venerem extinguit testibus circa pubertatē illita: *Socrates discipuli officiorū* Hæc ex plinii libro.xxv.socrates aūt inter alios athenis damnatus publice uenenū cicutæ hausit:quod latius sat.xiii.oñdemus. DII maiorū̄ umbris:Maiores laudat:q̄ p̄ceptorē loco sancti parētis eē uoluerūt. VMBris.s.dēt PER petuum uer.continuos flores. QVI p.Fabius li.ii.de discipulorū̄ officio sic ait.Discipulos in unum interi moneo:ut p̄ceptores suos nō minus q̄ ipsa studia ament:& parētes eē nō q̄dē corporum:sed mentium credant.

Multum hæc pietas confert studio. Nam ita & libenter audient & dictis credent &c. Id autem fabius a Cicerone mutuatus est. Ait eni Ci. ad filiū scribens epistolam. Nō minus pceptorem amare habes q̄ ipsa studia. Cum ipse alter existat pr̄: nō dico corpoꝝ: sed mentium multo magis illis excellētium: libēter uelis audire: & dictis credere: & illi ut similis fias desiderare: & tandem inter alios studentes te lætū & alacrem reddere: & si quando emēderis: non te irasci: & si lauderis te inde clariorem studio præbere: quia præceptoris officiū est docere. Discipuli uero est: se docilem reddere quum opus sit &c. METuens uirgæ. Naso libro primo de arte sic ait. De achille

Achillis laus

Qui totiens socios: totiens perterruit hostes Creditur annosum pertimuisse senem.
Quas hector sensurus erat poscente magistro Verberibus iussas præbuit ille manus.

PATriis in mōtibus. Idest thessalis ut i pelio mōte. Thetis eni apud statii achilleida sic ait. Quid.n. cunabula paruo Pelion: & torui cōmisimus antra magistri. CITharædi magistri.i. chironis centauri. Naso libro.i. de arte. Phillirides puerum cithara perfecit achillem. Item æacidæ chiron: ego sum præceptor amoris.

D CM.

QVOrum ope & auxilio:piphrasis ẽ Bacchi e cereris ex carmĩe Virgiliano:q̃uis Macrobius & Probus p libe rũ illic solẽ iterpretẽt pCererẽ Lunã: quasi dicat quũ liber & ceres dederint nobis panẽ & uinũ ægre ferrent si ñ hæc coleremus Virg.caoniam pigui grãdẽ mutauit arista. PERone:Pero ex crudo corio calciamentũ erat quo & in bello utebãt Virg.Crudus tegit altera pero.& in uẽationibus aduersus niues:ut scri.Hora. POSt fi nem autũni:qa tũc homines uigilare & lucubrare icipiũt. RVBras.i.miniatas:Nã minium ut ẽt Plin.scri.i uo luminũ scriptura usurpabat. POSce uitẽ.i.cẽturionatũ i quo uitis gestabat ut añ ẽ dictũ. POSce.s.ab impera tore libello supplici. NAResq; pilosas nã pillosi hoies maioris roboris existimãt. LAElius:Lælium põit pro eo q militiæ curã suis tẽporibus habebat. FAC inquit ut Lælius a quo es scribẽdus cẽturio:& i militiã te negli gẽtem cultũ corpis.nã ita putabit idõeum militẽ. Quid suspicatur. Fidetin⁹ duce pceptore suo. Læliũ accepi hoc loco pro eo cuius meminit. Martialis:nã ille IocTius dicebat & theatri ñ militiæ curã habebat. BVXo.i.pectie nã ex buxo fiebat:Martialus:Multifido buxus q̃ tibi dente dat. GRAndes alas.i.grandibus pillis hispidas.nam uirilitas indicium dat ex pilis:cũ alibi fruticãtibus. Tũ sub alis quo tpe adulti dñr hircosi ob fetorem hircinum.

DIRue maurorum atteias.i.i mauritaniam extremã:aut ad caput rheni ubi sunt brigantes populi:& illic euer sis oppidis age ingentem prædam quia scilicet in his locis tunc arma erant romana.

MERV.
Hirnici unde
Vestini
Purpura uitiosa
Rubrica
Initium ui gilandi
Victis
Pecten
Volsellæ

¶MARsius:Marsi ultra picenũ agrũ populi sunt samnites uerius. HERnicus:i sabinis populus a saxis appel/ latus:q̃ hernica sabinoꝝ lingua dñr (Vt sentit Ser.) de his Virg. Hernica saxa colũt. Sed Macrobius a noĩe her/ nici pelasgi:qui dux fuit eoꝝ dictos hernicos tradit:quãtũ ex higino cognouit. VEStinus:uestinos caseum lau/ datissimum Romã misisse memoriæ proditũ est. Mart. He tibi uestino de grege massa uenit. PERone calcia mẽtũ ẽ pero. Virg. Crudus tegit altera pero pegrina. Seruius exponẽs illud in nono Virgilii. Ingenti murice:sic ait. Hanc Purpurã uitio fuisse:& dedecori apud maiores coustat Iuuenalis. Peregrina ignotaq; uobis ad scelus:at q; nephas q̃cũq; est purpura ducit. MEDia de nocte.uel noctu:ut ẽ illud Horatii. Vt iugulent hoies surgunt de nocte latrones. Aut post mediam noctem. RVBras maiorum leges apud priscos:quod & in nostra tpa dura/ uit.tituli Atq; capita legũ rubrica notabãt. Per. Præferti siqd masuri rubrica notauit. POSt finẽ autũni:quo tpe uigillabat:q̃q; a uulcanalibus (Vt scribit iunior Pli.) uigilare incipent:ut de Pli. lectum est. AVT uitẽ posce libel lo.sẽsus post libellos legũ.aut si legibus discẽdis dar operã nolueris:pete cẽturio natũ:uel tribunatũ militum. Nã ut supra dixius tribuni militũ atq; centuriones uitæ desides:& segnes milites castigabant. CAPut intactũ buxo. hoc ẽ negligentiore cultu corpis te robustũ militẽ existimet Lelius. BVXo.i.pectine. Martialis. Quid faciet nullos hic inuentura capillos. Multifido buxus que tibi dente datur. GRAndes alas.i.pilos.subalares:quos uol sellis tolli sæpe molliores homines iubebant.

VAL.

¶MARsus di.& her.olim.populi sunt monticolæ. VEStinusq;.s.e populi uestini quoq; sunt nõ lõge ab urbe sed hic propriũ nomẽ accipiẽdũ:cuius & Mar.ita meminit. Cũ grauis externas uestin⁹ duceret horas. Et iam per stygias esset iturus aq̃s. Vltia uoluentes orauit pensa sorores. Vt traherent parua stamia nulla mora:iã sibi defũ ct⁹ caris dum uiuat amicis. Mouerũt tetricas Tã pia uota deas:tã largas partit⁹ opes a luce recessit Seq; mori p⁹ hac credidit ille senem. NV.ru.ut panes fauni satyri. VET e.fasti.q̃r.q; grãde hoies uescerentur ante cererem & saturni traditum serendi modum. NIL uetitum.legibus uel consuetudine aut natura fieri prohibitum. AL to per gla.pero.tegi calciamenti gener. Vir.crudus tegit altera pero.a græcis περονι ansa dr qua supne ne pede facile elabatur calceus annectitur. AD scelus atq; nephas q̃cũ.ẽ pur.ducit.hoc dicit.opes quecunq; malorum sunt irritamẽta. POSt finẽ autũni cũ noctes longissimæ sunt. ACCipe cæras:tabulas cæratas. CAVsas age liti.cãs sume defẽdẽdas uñ lucrũ facias. PER lege ru.ma.q̃s ueteres leges cõdiderũt eaꝝ rubricas pdisce. AVT uitẽ posce.i.primi pilatũ. nã subiungit. VT locupletẽ aqlã tibi sexagesim⁹ annus afferat.& his erat mos uitẽ in manu gestare ut supra quoq; mõuimus. ET ui.po.libello.discẽdo.nã ut Vegecius de re militari: inquit signife/ ri nõ solum fideles sed ẽt litterati hoies deligebantur q & seruare deposita & scirent singulis reddere rationem.

SED.ca.inta.buxo pectine buxeo. NARes q; pilo.& grãdes miretur lælius alas.i. pilos in manibus demiret dux aliquis.ut lælius nec te ut glabellum umbraticũq; contemnat.

¶MAVrorum atteias.i.mapalia:de quibus late in.g. BRIgātum:brigātes ī britānia populi:ut Stra.docet li.iiii. Contra hos aūt post neronis mortē bella grauissima gesta sunt. LOCupletē aqui.quæ facit locupletes ante āt sexagesimū annū ab militia missio nō dabat. SOLuūt ti.cor.uen.philosophus particula.xviii.pble.scribit.Metuentibus aluū solui:& urinā prouocari qm̄ calor insitus nobis rē quācūq timuerit defugit atq ī ima de superis defluit hinc efficitur ut alui uesicæ quæ fundantur.Nam & anethum & absynthium & quæcūq urinam mouëant calida esse manifestum est.& hircius li.iiii.de bel.alex.sic ait.Sed terror hominibus mentem cōsiliūq eripit & mēbra debilitat. SVBeāt:offēdāt. ABLegandæ ty.ul.pelliū opus intelligit:trāstyberim nāq aīalia excoriabāt.Mar.li.vi.Nō detracta cani trāstyberina cutis. LVCri odor:ad illd̄ Vespasiāi allusit.scri.n.Trāqllus ita rep̄hendēti filio tito:q̄ ēt urinæ uectigal commentus esset:pecuniā ex prima pensione admouit ad nares:sciscitās num odore offenderet & illo negante atqui iqt e lotio ē. POEtæ:ennii.s. PRAesto:do p̄beo. FEStinare.ad auaritiam docendam. VT aiax: ironia est.Aiax enim & achilles parentes uīcere bn̄ gestis:nō āt uitiis. NONdū īple.ordo est.mala neqtiæ Nōdum impleuere medullas naturæ.i.nōdum maturus est & pfectus.NEQuitiæ:iniquitatis & auaritiæ. Quid āt pprie sit nequitia supius late patuit. LONgi cultri.i.nouaculæ.

MAN.
Brigantes
Metuentium qualitas
Lucrum ex quolibet

Dirue maurorū atteias:castella brigantum:
Vt locupletē aquilā tibi sexagesimus annus
Afferat:aut longos castrorum ferre labores
Si piget:& trepido soluūt tibi cornua uentrē
Cū lituis audita pares quod uendere possis
Pluris dimidio.nec te fastidia mercis:
Vllius subeant ablegandæ tyberim ultra
Nec credas ponendū aliquid discriminis iter
Vnguēta:& coriū:lucri bonus ē odor ex re
Qualibet.illa tuo sententia semper in ore
Versetur diis atq ipso ioue digna poetæ
Vn̄ habeas quærit nemo:sed oportet hēre
Hoc mōstrat uetulæ pueris poscētib9 assem
Hoc discūt omnes ante alpha & beta puellæ
Talibus instantem monitis quēcūq parentē
Sic possū affari:dico uanissime quis te
Festinare iubet:meliorem præsto magistro
Discipulū:securus abi:uinceris ut aiax
Præteriit telamonem.ut pelea uicit achilles
Parcendū est teneris:nōdū iplere medullas
Naturæ mala nequitiæ cum pectere barbā
Cœperit:et longi mucronē admittere cultri
Falsus erit testis uendet periuria summa

¶ATTEias:alii accipiunt digna maurorum atteias mapalia significare ego potius intelligo hoc significare mauritaniam ad extremam partem libiæ.Dionysius ad summam libyen habitant atteios undas alcide qua sunt statuæ.Maurusia plebs. CASTElla brigantum:brigātes populi iuxta caput rheni Ptolemæus ad caput rheni tagetium brigātiū. SEXAgesimus ānus:nam sexagesimo āno mittebantur a militia:ante missio nō cōcedebatur. QVOd uēdere possis:nūc docet filium exercere uilissimā ēt negociatiōem modo faciat lucrū. SOLuūt uentrē:ex re naturali:nam ex timore aliqn̄ soluit uenter. ABNegandæ:ēt si ea merces sit quæ fuerit mittēda ultra tyberim:ītelligit negociationē coriorum.nam aīalia excoriabant trāstyberim.Mar.Verum transtyberina cutis. ODOr lucri: pōt uideri notare ēt auaritiā Vespesiani qui rep̄hēdēti filio q uectigal ēt urinæ cōmētus esset:pecūiam ex prima pensione admouit ad nares interrogans an odore offenderetur:illo negante. Atqui inquit tibi lotio est POEtæ.s.ēnii.nā q uersus seqt ē ennii. FEStiare.i.q cogit te urgere filiū ad auaritiā. VT aiax:aptissima ironia.nā aiax nō cōtēdit uitiis cū p̄re telamōe sed uirtute. LONgi cultri.piphrasis ē nouaculæ.i.cū cœpit radere (barbā.

DOM I.

¶MAVrorum attegias:attegiæ uident eē munimēta:& ppugnacula maurorum:& est barbarum uerbum:quemadmodum mapalia & magalia. CAStella brigantum:brigantes populi britanniæ:contra quos bellum gestum est grauissimum post mortem Neronis.Vnde iulius quidam britanticus est dictus.His tunc imperitabat regina Catismanda:quæ Claudii triumphum instruxerat. LOCVpletem aquilam:aut auream dixit. Nam aquila aurea post Marium in exercitu semper usi sunt romani consules & duces.Aut locupletem propter opes bello partas. SOLVVNT tibi cornua uentrem.Nam multis alioquin mortibus& duris militibus clāgore tubarum uenter soluitur.ABLEgandæ tyberim ultra:hortatur ut quacunq merce rem augeat:uel pellibus despsandis.uel corio præparando:quando odor lucri ex quacunque re fuerit nares non infestet. Nam ut Vespasianus ipse repræhendenti filio q uectigal etiam urinæ commentus esset:pecuniam ex prima pensione admouit ad nares:interrogans an odore offenderetur illo neganti.At qui inquit tibi lotio est. TYBErim ultra: confectores pellium transtyberim officinas habebant:q̄ rem & hic & Martialis significat.quum ait.Et detracta cani transtyberina cutis.

MFR.
Attegiæ
Brigantes
Aquila
Despsere
Lotio
Transtyberim

¶DIRue maurorum atteias.Donatus in barbarismo atteias barbarum putat uerbum esse quo ædificia aiunt significari.legitur & attigua barbarum nomē.Ruffus festus de situ orbis.Alterius syriæ limes iacet usq sinopē: Gurgitis attiguam mediis hic impigra in aruis.quidam habent ad tegeas.i cæsaris cōmentariis de gestis ī aphrica ita scriptum est erat oppidum infra castra Scipionis nomine adtegea:ubi præsidium equestre circiter mille millitum ut pluralem pro singulari potuisse uideri possit more poetico. CASTELLa Bri.populorum.Tacitus in historia.iam uentum aut procul mari quod hiberniam insulam aspectat cum ortæ apud brigantes discordiæ retraxere ducem. VT LOcupletē aquilā:uexillum cui tu præsis hoc est cum uexillo opes.nam primum totius legionis signum est aquila. SEXagesimus annus afferat:idest ut cum sexagenarius fueris opes sis ingentes assecutus. ET Tre.sol.tibi cor.uen.ut præ formidine tubarum concentus audire non queas. CVM li.au-

VAL.

dita lituus tuba inflexa fuit:ut quidam existimant appellata est a sonitu quem Home.expressit κηγξεοσ: utrū uero lituus auguralis uirga ab ea tuba an tuba a lituo dicta quidam subdubitarunt. Ci.tamen quid lituus inquit ille nr̄ q̄ clarissimum ē īsigne auguratus un̄ nobis ē traditus nēpe eo regiones dixerit tū cū urbē ediderit qui q̄dē romuli idem in curuū& leniter a summo inflexū batillū q̄ ab eius litui quo canit̄ similitudine nomē inuenit hic q eo canūt liticines dicti. LVCri bon⁹ ē odor ex re qualibet.ad illud spectat:q̄ de Vespasiano tran qllus.iq̄t Repphēdēti.n.inqt filio tito q̄ ēt urinæ uectigal cōmētus eēt pecuniā ex pria pēsione admouit ad nares sciscitās nū odore offēderet:& illo negāte atq inqt lociū ē. ANTe alpha & beta puellæ. anteq̄ litterarū discāt elemēta. PRæteriit telamonē.patrem. PARcēdū,ē teneris.q plerūq̄ acta paulo liberius adolescentia melius deinceps uitā suam instituunt:ut & Ci.p celio.eqdē mulios inqt uidi in hac ciuitate & audiui non modo qui primi laboris gustarent genus huius uitæ:& extremis:ut dicitur digitis attigissent:sed qui totā adolescentiā uoluptatibus dedissent emersisse aliqñ & se ad frugē bonam:ut dicitur:recepisse:grauesq̄ hoies atq̄ illustres fuisse :datur.n.cōcessu omniū aliquis ludus ætati:& ipsa natura profundit adolescentiæ cupiditates:quæ si ita erumpunt ut nullius uitam labefactent nullius domum euertant faciles & tolerabiles haberi solent. MALa nequitiæ.cupiditatis. NONdum impleuere medulas.naturæ. LONgi mucronem admittere cultri.nouaculæ cum rasorios cultros admittere.i.radi incœperit.

Exigua cereris tangens aramq̄; pedeq̄;:
E latam iam crede nurum:si limina uestra
Mortifera cū dote subit:quib⁹ illa premetur.
Per summum digitis:nā quæ terraq̄: mariq̄:
Acquirenda putes:breuior uia conferet illi.
Null⁹.n.magni sceleris labor:hæc ego nūq̄
Mandaui dices olim: nec talia suasi:
Mentis causa malæ tn̄ est & origo penes te
Nā qsquis magni census præcepit amorem:
Et læuo monitu pueros producit auaros
Et qui per fraudes patrimonia conduplicare
Dat libertatem: & totas effudit habenas
Curriculo:quē si reuoces subsistere nescit
Et te contempto rapitur:metisq̄; relictis:
Nemo satis credit tātū delinquere:quātum:
Permittas adeo indulgent sibi latius ipsi
Cum dicis iuueni stultū q dōet amico:
Qui paupertatem leuet:attollatq̄;ppinqui:
Et spoliare doces:& circūscribere: & omni
Crimie diuitias acquirere:quarū amor ī teē
Quāt⁹ erat patriæ deciorū ī pector e quātū
Dilexit thebas:si græcia uera:mœneceus
In quarū sulcis.legiones dentibus anguis.
Cū clypeis nascūt̄: & horrida bella capessūt
Cōtinuo tanq̄ & tubicen surrexerit una
Ergo ignem cuius sintillas ipse dedisti.
Flagrantem & late rapientem cūcta uidebis
Nec tibi parcet̄ misero.trepidūq̄; magistrū
In cauea magno fremitu leo tollet alumnus
Nota mathēaticis genesis tua sed graue tar//
Expectare colos.morieris stamie nōdū das
Abrupto.iam nunc obstas.& uota moraris.

MAN ℂEXIGua sūma:pua pecūia. CERERis arā.ubi .sāctissimū iusiurādū hēbat: & bonis tm̄ iēē licebat:ut supra ostēdimus. ELAtā:ad fun⁹ latā p filiū. MORtifera dote.i.grādi:& ex q̄ mors ei paret̄. QVIb⁹ digitis:aconitū innuit:scri.n.Pli.li.xxvii.q̄ cōstat oīum uenenorū ocyssimū eē acōitū:& tactis quoq̄ genitalibus
Aconitū fœminini sexus aīaliū eodē die inferre mortē.hoc fuit uenenū: quo īteremptas dormiētes a calphurnio bestia uxores.M Cæcili⁹ accusator obiecit. NAM qsqs magni: ordo ē.nā qsquis præcepit amorē magni cēsus ET p.i.læuo.i.iniquo & sinistro monitu producit pueros auaros. ET q.i.etiā pducit pueros auaros qui dat libertatē cōduplicare pr̄imōia p fraudes &c. LEVo īiquo & sinistro. METis relictis:Circū septē metas i citabāt̄ eq:ut Cassiodor⁹ scribit. STVltū:eē. CIRcūscribere:auferre decipere:ut sa.x.dixim⁹. DECiorum in pectore:de iis supius late.fuere āt & plurimi q pro pr̄ia urbe roma obire uoluerunt.quorū qdē unus. L.Tubero.de quo pli.li.x.c.xv.ita scri.in capite ptoris
tubero urbani.L.Tuberonis ī foro iura p tribunali reddētis sedit.s.picus ita placide:ut manu apphēderet̄. Respōdere uates exitium īperio port ēdi si dimitteret̄. At si exanimaret̄.ptori.Et ille auem ptinus cōcerpsit. Nec multo post impleuit pdigiū. MENœce⁹ seu menœ
Menœceus cheus:is quū cognouisset p thyresiā uatē thebas semp fore liberas & nunq̄ posse capi si illic ipse occubuisset. ubi cauerna & cubile draconis erat:libens gladio icubuit clā pr̄e: ut morte sua libertatē pr̄iæ daret.Cicero ēt li.i.tusc.inqt.Menœcheus uero nō pmittit̄.q oraculo edito largitus ē pr̄iæ suū sāguinē. SI Græcia uera: pli.itē li.viii.c.xxi.sic.Mirū ē q̄ pcedat græcia credulis:nullum tā impudēs mendaciū ē:ut teste careat.&c. Et Cicero li.i.de legibus ait apd̄ herodotū patrē histo
Græcia mendax riæ:& apd̄ Theopōpū eē inūerabiles fabulas. LEGiones dentibus anguis Nascuntur: Ad illud rettulit. Si græcia uera:ut ostendat græcorum historias esse falsas:hinc supius ait in satyra.x.& quicquid græcia mendax audet in historia.Oui.autem li.iii.met.de Cadmo thebarum conditore iqt.spargit humi iussos mortalia semina dentes.Inde fide maius:glebæ cœpe moueri primaq̄ de sulcis acies appeuit hastæ.Tegmīa mox
ceruorum uita capitū:picto nutātia cono.Mox hūeri: pectusq̄ onerataq̄ brachia telis:existunt:crescitq̄ seges clypeata uirorum. GENesis.genitura & uitæ meta. GRAue:est tuo filio. OBStas:filio molestus es. VOTa.scilicet filii in te filius ante diem patrios inquirit in annos ait naso. MOR raris:uiuendo quidem diutius.

DO. ℂCEReris: ad arā cereris nā illic habebatur sanctissimū iusiurandum:ubi castis tm̄ & puris hoībus locus erat.

QVIbus digitis:ueneficiū per aconitū intelligit.nam aconitum uenenum ē ut ante diximus ex Pli.sniā:quod si gēitalia fœminini sexus attigerit statim necat:ide Marcus cecilius obiecit Calphurnio bestiæ q uxores dormientes necasset:& oēs mortuas esse eius digito.quo.s.gēitalia eaꝝ cū aconito tetigerāt. RELictis metis:hoc ē ultra metas.nā aurigarū disciplina erat:ut a carceribus discedētes ad metā celerius pueniret quæ rotūda erat:& eā lustraret septies quē ambitū q primū absoluerēt declarabātur uictores īdomiti eq ad metā n̄ subsistebāt.filius iqt nō solum ad metā pueniet:sed præteribit suo impetu elatus. MENœceus. Tebanus pro salute patriæ morti se obiecit ut scribit Ci.sed Epaminundæ Thebani gloria efficit:ut huius laus obscurior sit nam thebani solum Epaminundam prædicāt. IN quoꝝ sulcis:designat fabulosam historiam Cadmi:ut & q de menœceo dixit fabulosum ostendat uel certe ut thebas designet eius patriam hac periphrasi q placet. ALVmnus:hoc dicit fortasse ex temporum historia.nam leo mansuetus tpibus Domitiani in theatro magistrum a quo fuerat educatus lacerauit. Martialis Laserat ingrato leo perfidus ore magistrū. NOta mathematicis:hoc ē quis ex astrorum rōne quam mathemathici nouerūt uita tua pēdeat.tn̄ astrorum cursum īterpellabit.nam te interficiet ante destinatū tibi diem a fatis. OBStas:molestus es filio tanq̄ obstes quominus agat quicquid uelit.

¶CERetis tangēs hoc mō iurabāt aram cōtingentes & pedē diuæ. MEtisq̄ relictis:i plurali nūero dixit metis quia circū septē metas incitabātur eq (Vt cassiodorus refert.) DECiorū.nota historia:Hi.n.p republica se deuouerūt. DILexit thebas.si uera ē fama.Menœceus philostratus ευταιο ρικονεσι hoc ē i imaginibus describit.imaginē menœcei adolescētis qui quū cognouisset p tyresiā uatē thebas semp liberas fore:& nūq̄ capi posse.si illic ipse occubuisset ubi cauerna & cubile dracōis erat libēs gladio īcubuit clā prē:ut morte sua libertatem priæ daret.in thebano agro satis draconis dentibus(ut ferunt fabulæ)armati hoīes surrexerunt. NOTa mathēaticis:prisci mathēaticos Chaldeos & genethliacos eosdē eē dicebāt & hi hoīum natiuitates cōtēplabāt & d̄ uita prædicebant. TARdas expectare colos:ad fata respexit: quæ stamine uitam nostram sortiuntur. MERV. Philostratus menœceus Thebe Mathematicus Genethliacus

¶VENdet piuria sūma:exiguā tenui lucello peierabit. ELAtā iā crede nuruꝫ:speciosa figura ē:ut pteritū p futuro ponat. LAEuo monitu:sinistræ admonēdo. TOtas effudit habenas curriculo prope cōfestim:est enim aduerbium:ut ēt apud Plautū in epidico.dii īmortales te infœlicitent ut tu es gradibus grādibus:nā ut apud portū cōspexi curriculo occepi sequi uix mō adipiscēdi ptās data ē.aliqn̄ a curru īminutū est:ut apud Hora.Sunt quos curriculo puluerem olimpicū collegisse iuuat:aliqn̄ ad tps ēt refert.Ci.pro marcello ī uestro curriculo illo æmulo & imitatore stud oꝝ meoꝝ. ET Circūscribere:fallere. QVAntus erat pa.de.quos tres supra se pro patria deuouisse diximꝰ. QVātū dilexit thebas si græcia uera menœceus.nā sicut p mœnibus rōæ se curtius deuouit:athenaꝝ codrus:ita thebarū menœceus. nam cū inter argiuos & thebanos graue bellum traheret & pximi exitio thebani sibi uiderentur ab ipsis cōsultus apollo uter futurus uictor eēt r̄ndit tū demū thebanos uictores fore si regis creōtis filius se neci dedisset pro patria q cum se factūrū negaret creon:menœceus tn̄ filius gladio ī cūbēs sibi mortē cōsciuit:quidam e thebāis mœnibus se pcipitē dedisse ferūt. SI Græ.ue.ut græca narrat historia si mō uera sit q solet ī historia ī ueniri plærūq̄ mēdosior. SI græ.ue.me:menœceus triū ē syllabaꝝ:nam ultima diphtōgus ē q cū patrocli patrem sign ficarit nō ē qd̄ eius ondit pronymicū menœciades. IN quoꝝ sulcis legiōes dētibꝰ āguis id.n.ē.cur si græcia uera dixit:nā & ferūt cadmū thebas cōdētē serpentis a se īterfecti seuisse dentes:unde ad pugnam conferri milites oborti mutuis cecidere uulneribus:sed nota fabula est. TIBicen surrexerit una:qui eos ad pugnā incenderet. ERGo ignem cuius scintillas ipse dedisti flagrantem late & rapientē cūcta uidebis.ignis scintilla res est perexigua & pene spectando non uidetur:sed si fomitē cōphenderit mœnia urbis parentes longe lateq̄ saltus absumit:ut igitur scintilla emicuerit nocitura extiguēda ē: ita nascētibꝰ occurrē dum flagitiis. ET ra.cū.ui.oīa flāmis sūmittetē. TREpidūq̄ magistꝝ:i caueā magno fremitu leo tollet.aufer ret. ALVmnus:i.quē aluisti filius te ut occidat aggredief de leone āt sūpta similitudo q is magistrū aliqn̄ necet suū & Mar. Verba securi solitus leo ferre magri:isertāq̄ pati blādus i ora manū.Dedidicit pacē subito feritate reuersa.Quāta nec i libycis debuit eē iugis. NOTa mathematicis genesis tua.tuū ē astronomis cognitū horoscopum & mathematicū astronomū uocat.cū sint q̄ttuor disciplinæ q mathematicæ dn̄r. SED gra.tar.diu.moraris ut filio uī. EXPectate co.fati uices subire. MORieris stamīe nūdū abrupto nō tua sed uiolenta morte periclitabere:stamen a stando q stet in tela uelamentum:sed stamen hic pro filo ponitur:quæ ad oīa referunt oīa quæ de fatis poetæ confinxere. ET Vota moraris:filiū tuū tui auidū expectantē interitū in mora tenes. VAL.

Iā torquet iuuenē lōga & ceruina senectus
Ocīꝰ archigenē.q̄re:atq̄ eme qd̄ mithridates
Cōposuit:si uis aliā decerpere ficum
Atq̄ alias tractare rosas medicamē hn̄dū est
Sorbere añ cibū qd̄ debeat aut pater aut rex
Mōstro uoluptatē egregiā.cui nulla theatra
Nulla æquare queas prætoris pulpita lauti
Si spectas quāto capitis discrimine cōstant
Incremēta domus: ærata multus i arca
Fiscus:& ad uigilem ponendi castora nūmi:
Ex quo mars ultor galeā quoq̄ pdidit:& res

¶CERuīa senectus:Pli.li.viii.de ceruis sic. VITa ceruis i cōfesso lōga:post cētū ānos aliq̄bus captis cū torquibus aureis:quos alexāder magnus addiderat:adoptis iā cute i magna obesitate. ARCHigenē:medici nomē sui tpis.sat.ēt.vi.ait. Aduocat archigenem. MItridates is medicamibꝰ assuetꝰ erat ad uenēa phibēda q ad ætatē usq̄ suā iqt Apia.Mithridatica appellabāt pharmaca:d̄ mithridate uero latius i fine sat.vi.& alibi ēt. AVT pr̄:aut rex:eodē.n.mō pr̄ cauere debet a filiis uenenū:ut & rex solet ab aliis cauer̄. MONstro uoluptatē:sensus est:q si auaroꝝ picula & labores ac curas.& solicitudies aīaduerteres:maiori uoluptate afficeris:q̄ i theatris spectādo ludos:hūana.n.negocia in qt poeta.sunt maiores ludi:q̄.s.q fiūt in ipis theatris: LAVti.diuitis:& qui exornare quæat scænas & thea MAN.

Non potuit seruare suas: ergo om̃nia floræ
Et cereris licet: & cybeles aulea relinquas
Tanto maiores humana negocia ludi
An magis oblectant animum iactata petauro

tra pulcherrime. FIScus: pecũiæ sacculus de quo lati us sat.iiii. AD uigilẽ ponendi castora nũmi.i.in templo castoris ubi uigiles erant: & custodes.uel apud trapezitas: in foro.n.romano: ubi erãt castoris ædes: fœneratores erant: ibiq; pecunias quo tutiores essent deponebãt. Vti nunc & Venetiis fieri uidimus. MARs

Forum augusti' ultor: Suetonius scribit augustũ duobus foris non sufficientibus tertiũ forũ cõstruxisse: cũ æde Martis ultoris quã Marti bello philippẽsi pro ultione paterna susceptо uouerat: in eo etiam foro fœneratores erant. PER didit: furto.s.floræ aurea.i.florales lusus: iocosos dulces & festiuos cum uulgi lnĩa: a meretricibus.n.ludi celebrabantur de quibus late superius. ET Cereris: ludi Cereris cerealia dicti sunt quibus equoꝶ cursus in circo celebrabanť: primusq; eos.C.Mẽmius ædilis curulis fecit. CYBeles aulea. Megalesia dicit a iunio bruto istituta: facta æde magnæ matris deum in palatio. Auctor liuius. AN magis oblectant animum. Comparationem facit a petauristis idest illis qui per circulos corpus imittunt: & a fu

Petauristæ nabulis ad nautas: omnes enim pericula subeunt: dicitq; magis oblectare aĩum mercatorũ nautaꝶ spectacula q̃ prædictoꝶ: cum maiori periculo subiiciantur. PEtauro: dicũt petaurũ ludum eẽ: cum ligneus circulus habetur

Petaurus admodũ angustus: per quem agiliter aliquis transuolat. manibus directis necnõ pedibus ut nihil tangat & in terram pedibus cadit hic deducũt a πετάζω qd̃ est extẽdo: pãdo: uel a πετάομαι q̃ ẽ uolare.n.uideť Marti. lib.ii.

Petauro Quid si p graciles uias petauri Inuitũ iubeas subire ladã. idẽ lib.xi. Quã rota trãsmissio totiẽs ĩ pacta petauro.

Petauristæ. Petauristæ: inquit Nonius a ueteribus dicebantur qui uel saltibus uel scænis leuioribus mouerentur. Sunt & q ui scribunt petaurum genus ludi: in quo homines per aera rotarum pulsu iactabantur quod quidem uerum esse uidetur. Nam Manilius astronomus libro ultimo sic ait. Corpora quæ ualido saliunt excussa petauro.

DOM. ℂ SENectus ceruina: q̃ ei molesta ẽ ac si uixisses diu ut ceruus. Pli. uita ceruis ĩ cõfesso lõga post.c. ãnos aliq̃bus captis cũ torq̃bus aureis quos alexãder magnus addiderat adoꝑtis cute ĩ magna obesitate. Q VOd mithridates.i.antidotũ de quo dictũ ẽ. PATer aut rex.i.quo remedio nõ minus idiget iã pater ĩ tãta filioꝶ prauitate q̃q̃ habet regnum. NVMmi ponendi ad castra uigilem: ostendit imprudentiam auarorum qui periculo uitæ pecunias acquirant: quas sæpe solẽt amittere depositas apud nũmularios: nam pauloante inquit mẽsarii q erant in tertio foro ad ædẽ Martis ultoris spoliati oẽm depositã apud se pecuniã amiserũt adeo ut iã ad alterũ forum sint deponẽdæ ubi est ædes castoris. quod nõnulli dicũt de ærario publico qd̃ prius fuerit in æde martis: & postea translatũ ad ædem Castoris: plane falsum est: nam ærarium publicum in æde semper fuit Saturni: nec hic d̃ pecunia loquitur publica sed de priuata. AD Castora.i.apud nummularios qui sunt in altero foro ad ædẽ Castoris ædẽ: castoris in foro fuisse scribit Tranquillus & Strabo. MARs.i.mensarii qui sunt in tertio foro ubi tẽplum est martis ultoris cuius meminit Tranquillus. GALeam quoq;.i.ornamẽta ẽt tẽpli. OMNia floræ.i.relinque ludos megalesios & Florales Cereris & specta humana negocia in quibus maiores sũt ludi: & maior uoluptas spectandi. AN. Comparat nũc ludos qui exhibenť in theatro cũ iis quæ ĩ rebus hũanis ridẽda sunt. & hæc oñdit eẽ maioris uoluptatis si spectenť q̃ ludos theatrales. PETaurus: a Marcello petaurista ẽt dr̃ is q corpus p circulos ĩmittit a πωτέιμε qd̃ ẽ uolo. nã uolare uř. Mar. q; si p graciles uias petauri: & alibi q̃ rota trãsmisso totiens impacta petauro: memit Firmicus ĩ astronomico q affirmat tales hoĩes nasci sub delphĩe. Fidẽ. scripserat petauꝶ eẽ montẽ & nescio q̃s ineptias more suo sed scriptis nr̃is nugas suas emendauit: ubi ñ oĩo uel ptĩax fuit uel ꝑceptore caruit. Sensus ẽ: an maiorẽ uoluptatẽ affert petaurus ĩ theatro quũ iacit corpus p circulos uel funabulus qui ĩcedit p funẽ: q̃ mercator qui nauigat pp opes maioř ꝑiculo uitæ quã petaur⁹ & funabulus theatris ludãt.

MER. ℂ CERuina senectus: cerui uiuaces sũt natura eorũq; uita ĩ cõfessõ. ut ait Pli. longa post centũ annos aliquibus captis cũ torquibus aureis: quos Alexander magnus addiderat adopertis in cute magna obesitate: ex his uerbis confictum puto id quod de cæsaris cerua inuenta dicitur: in cuius collo torquis erat cum his litteris. Noli me tãgere: quia Cæsaris sum. Græci uero longam hominis uitam: quotiens significare uolunt hoc loquũť modo ὑπὲρ τὰς ἐλάφοις βεβιωκώς: hoc est qui ultra ceruos uixit. Q VOd mithridates: rex ponti mithridates confectionem Antidoti excogitauit. ut supra notauimus: contra naturam efficacissimam. FICVM atq; alias tractare rosas: per ficum autumnum: per rosas uer intellexit: sed alterum annum significat. AD VIGilem ponendi castra nummi. in foro Romano templum erat castoris: quod ut ex Plauto colligimus: & mercatores: & qui fœ

Templũ castoris nore pecunias locabant frequentare solebãt: ibiq; pecunias quo tutiores essent deponebant: quem morem ser

Venetiæ uandæ pecuniæ nunc uideo Venetiis seruari. MARS ultor galeamque perdidit. Cæsar augustus posteaq̃ cæ

Mars dem iulii Cæsaris ultus est templum erexit martis ultoris quod per Iuue. tempora a sacrilegis expilatũ fuit. Vn

ultor de ueluti per iocum ait poeta non esse committendas pecunias marti ultori. OMNia floræ: ludos florales si

petaurum gnificat iocosos & licentiæ atq; lasciuiæ plẽos. Martia. Nosses iocosæ dulce cum sacrum floræ. CERerís: cerealia festa. ET Cybeles: megalesiacos ludos accipe ĩ honorem cybeles magnæ deorum matris. IACTata petau

petaurista ro corpora: petaurum genus ludi: in quo homines per aera rotarum pulsu iactabantur: fitq; a græco ταιό αὐραιό. hoc est uentis & spiritibus: & πετάζειν uolare: græca est dictio. Vnde græci exponunt petaurum esse laqum & asseres q̃bus domos tegũt. iulius item polux petaurũ dicit esse asserculum: in quo uernaculæ galliæ recubare solẽt. Pom. festus petauristas scribit a Lucilio appellatos a petauro.s.cum ait. Sicuti mechanici cum alto exilire petauro. Elius quoque stilo quod aere uolent petauristas ꝓprie appellatos a uerbo græco petaurizo. sed No. Marcellus de petauristis sic loquitur. Petauristæ a ueteribus dicebantur uel saltibus uel scænis leuioribus mouerentur. Martia. Quod si graciles uias petauri Inuitum iubeas subire ladam. & alio loco. Quam rota transmisso totiens impacta petauro.

¶LONga & ceruina senectus:quia cerui diutissime uiuant & uiuacis cornua cerui. ATque emequod mithridates composuit:quae contra uenenum rex ponti mithridates inuenit remedia in eius capitiscrinio comperta. Plinius haud magnifacit & serenus irridet:ita enim reliquit. Antidotum uero multis mithridaria fertur Consociata modis:sed magnus scrinia regis Cum raperet uictor:uilem deprendit in illis Synthesin & uulgata satis medicamina risit. His denum rutae folium:salis & breue granum. Luglandesque duas:tereri cum corpore ficus. Hoc oriente die parco compressa lyaeo Sumebat metuens:dederat quod pocula matri. COMposuit:quia synthesis dicitur. NVLla theatra:nulla theatri spectacula. PRAEtoris pulpita:lusus qui in pulpitis edebatur ab his quos praetores conduxerant. INCrementa domus:quam auarus studeat accumulare. AERata multus in arca fiscus:multi in arca pecuniarum sacculi. ET Ad uigilem ponendi castora nummi:solebant enim in templis ueteres thesauros suos recondere,arbitrari a numinibus melius asseruatum iri:quod Plautus tum in aulularia tum etiam in bacchidibus nobis dat intelligi. ERGO omnia flore & cereris licet & cybel.aulea relinquas:hoc dicit nihil est quam cereris quam cybelles ludos spectes si quot sint auari aestus & iidem inanes spectandum putes. TANto maiores ἀνακολουθον:deest enim quanto. TANTo maio.huma.ne.lu.tanto caeteros ludos auaiorum excellit lusus qui obeundis cernit negociis. IACTata petauro corpora:excussa:petauristae enim a ueteribus dicebantur quod saltibus in scaenis leuioribus mouerentur:& haec proprietas a graeca nominatione descendit.ἀπο του πετασθαι. Varro de uita patrum lib.ii.nec minus alio in genere sunt ludi uelitis galli germani petauristae:inde petaurum is lusus. VAL.

Corpora:quique solet rectum descendere funem
Quam tu coritia semper qui puppe moraris
Atque habitas coro semper tollendus & austro
Perditus a siculis sacci mercator olentis
Qui gaudes pingui antiquae de littore cretae
Passum:& municipes iouis aduexisse lagoenas
Hic tamen ancipiti figens uestigia planta
Victum illa mercede parat:brumamque famemque
Illa reste cauet;tu propter mille talenta.

¶CORYcia puppe.i.Corycum petente proferendo croco cilicio:quod optimum in coryco monte:ut scribit Plinius libro.xxi.& solinus capite.xxxvi idem Plinius libro quinto.c.xxviii.scribit syriae proximam esse Ciliciam in qua est promontorium Corycos:eodem nomine oppidum:portus:& specus. ATque habitas coro:de puppi siciliam petente nunc intelligit. Nam & ibi crocum erat abunde ut docet Plinius ibidem & Solinus dicto loco. CORO:corus qui argestes aliter appellatur:ab occasu solstitiali flat. Auctor Plinius libro secundo. Grandines importat uti septentrio siccus est Corus:praeterquam desinens. Sunt autem qui scribant Corum dictum quod ipse uentorum circulum claudat & quasi Chorum faciat. Is antea cautus dictus. AVSTro:de hoc flante ab meridie:qui notus graece appellatur.i.humidus:latius ibi:uelut urgeat auster in sat.iiii. PERditus:perditum dicitur:quod recuperari non potest. PINgui littore cretae. Dionysius inquit. Nec longe ab iis sita est. Creta insula pulchra:& foecunda nutrixque iouis magni:ac frugum hubertate & pascuis copiosissima:meracissimo que inundans uino. CREtae:eudoxus tradit Cretam in aegeo sitam esse pelago. Strabo uero libro decimo ait.quod a septentrione aegeo perfunditur pelago simul:& cretico. Ab austro autem aphricano alluitur. Et Plinius libro quarto scribit. Centum urbium claram fama fuisse. Maro item:Creta iouis magni centum digesta per urbes. PASsum:a patiendo nomen acinis datur passis:ut scribit Plinius libro.xiiii.c.ii. passum inquit Nonius dicitur liquoris genus:quod ex uua passa cogitur. alibi quoque dixit:passum est proprie rugosum uel siccum Vnde & uua dicta passa est:quod sit rugis implicata:plura diximus libro .ii.ge. MVNicipes lagoenas iouis i.eiusdem patriae & ex eodem municipio & loco:ex quo Iuppiter:qui in creta natus & nutritus est a curetibus:ut ostendit Strabo libro.x.ait enim in cretensi uero historia Curetes iouis eductores nuncupantur. HIC Tamen:scilicet schoenobates & funabulus. CAVET:uitat:fugit.

MAN. Coricum Cilicia coricos Cotus Argestes Cautus Creta Passum

¶PVPPE coritia:idest errabunda & pyratica:nam cilices piratae erant ut ante est dictum:uel coritia exponas nam permanet in similitudine theatri:theatrum enim croco & uino spargebatur ut in commentariis Mart. Lubrica coritio quamuis sint pulpita nymbo. Ait igitur Petaurus & Funabulus non magis lubrico loco sunt quum ludunt & praecipiti ad fallenda uestigia in mortem quam tu quum es in naui quae quidem coritia est lubrica in mortem tanquam sparsa Croco ut etiam theatrum. SACCi olentis:Crocum ut puto intelligit Nam siculi ut scribit strabo:frumentum crocum:mel pecora pelles:lanas in urbem mitebant & sicanium crocum appellant. Papinius in siluis. PASsum:passum uini genus est:quod olim e Creta mittebatur ex uua:quam συκαν graeci:nos apiam & sirpulam appellamus. Fit pluribus modis:sed diligentiores uuas siccant sole donec paulo amplius dimidium pondus supersit:grana eximunt:quae madefacta uino donec intumescant exprimunt inde uinum est passum:Columella ex disciplina magonis aliter conficit. HIC tamen.s.funabulus. DOMI.

¶CORItia puppe:idest cicilia Est enim coricus oppidum ciliciae. Vnde & coritium antrum & coricium crocum legimus. SACCI mercator olentis:cyminum significat. Persius. Et olentis grana cymini. PASsum & municipes iouis aduexisse lagoenas Passum fit ex uua:quae in uite retorto pediculo aliquid passa est. Vel quia lectae uuae uitiosisque reiectis acinis super cannas ponantur in sole:per noctem tectae ne irrorentur:ubique exaruerint.acina decepta in dolium congerunt cum musto optimo submersa ubique cum biberunt uuae seque impleuerunt sexto die in fissellam conferunt & praelo praemunt passum tollentes. Hoc genus passi olim laudatissimum:quemadmodum & nunc a creta habebatur. Marti. Gnosia minoe genuit uindemia cretae Hoc tibi quod mulsum pauperis esse solet. Municipes autem dixit iouis conterraneas quia in ida monte Cretae genitus & educatus fuerit iuppiter. Est enim municeps eiusdem patriae:quo nomine tam poetae quam oratores utuntur. ANCipiti fingens uestigia planta:& funabulum & petauristam intelligere possumus.

MER. Coricium crocrum passum passum creticum Municeps

VAL. ¶QVIque solent rectum descendere funem: schoenobatæ. QVAM tu coritia semper qui puppe moraris: synecdochicos nauem dicit. CORycia semper qui puppe moraris: totus inquit Strabo: parnasus consecratus est: & antra & alia loca honore & sanctitate digna continens ex quibus celeberrimum & formosissimum est corycium nympharum antrum: ut a loco ubi compacta sit nauis dici uideatur corycia: sed id minime refert modo sciamus coryciam pro quo uis loco intelligi: ubi nauis fieri potuerit. CORO semper tollendus & austro: tropus est metalassis: coro qui argestes græce dicitur: qui inter septentrionem & fauonium flat: austro qui græce notus a pluuia dicitur oppositus aparctiæ. SACCi mercator olentis: in quo aromata fuere. ANTiquo de littore cretæ: quæ iouem nutriuit infantem: ergo antiqua est si cum aliis conferatur insulis. PINgue passum: passum ut Marcel. inquit: dicitur genus liquoris quod ex uua passa cogitur. Varro passum nominabant si in uindemia uuā diutius coactam legerent eamque passi essent in sole aduri: & Palladius passum inquit nunc fit ante uidemiā quod aphrica sueuit uersa conficere pingue atque iucundum & quod absconditum si utaris mellis uice ab inflatione te uindices: legitur ergo uuæ passæ & fiscellis clausæ iunco factis aliquatenus rariore contextu uirgis primo fortiter uerberant: deinde ubi uuarum corpus uis contusionis exoluerit coclæ supposita sporta comprimitur hic passum, est quicquid effluxerit & conditum uasculo mellis more seruatur. ET MVnicipes iouis aduexisse lagoenas: quoniam in creta iuppiter & natus & altus est: in lagoenis nobile in primis uinum asseruari solebat. Plautus in curculione: quasi lagoenam dicas in qua uinum chium seruari solet. ANCipiti figens uestigia plāta: dubius an domū rediturus sit incolumis. BRVmamque famemque: uestem ut sibi comparet & escam. ILLa teste cauet: hoc est naui synecdochicos. TV Qui affluis opibus. PROpter mille talēta: quod nos talentum græci talamon dicunt. Homerus: ἑπτὰ ἀπύρους τρίποδας δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα: quod a pondere habet nomen: pōdus uero non unum fuit sed paruum & magnum & mediocre talentum: atheniense talentum paruum minas sexaginta: magnum uero ferme octoginta tres & uncias quattuor: ut Timæus & Aristoteles scribunt: confecit.

Et centū uillas temerarius aspice portus (iā
Et plenū magnis trabibus mare: plus hoīum ē
In pelago ueniet classis quocunque uocarit
Spes lucri: nec carpathiū: gætulaque tantum
Aequora transiliet: sed lōge calpe relicta
Audiet herculeo stridentem gurgite solem
Grande operæpreciū est: ut tēso folle reuerti
Inde domum possis: tumidaque supbus aluta
Oceani monstra: & iuuenes uidisse marinos
Non unus mentes agitat furor ille sororis

MAN. solis occasus ¶CARPAthium est Carpatos insula excelsa: urbibus quattuor pollens: a qua carpathium pelagus: ut scribit Strabo libro undecimo de sporadibus. Qui etiam libro tertio ait. Carpathium mare esse usque Rhodium: Cretamque ac cyprum. Plinius libro quinto docet Carpathium unam esse de insulis rhodiorum. GETula æquora: idest libycum mare: iuxta quod ut Mela docet: sunt natio frequens multiplexque getuli. CALpe: oceanus ab occasu solis irrumpens. Leuo latere europam radit: Aphricā dextro scisisque calpe & Abila montibus: quos dicunt columnas herculis inter mauros funditur & hispaniam. Auctor est Solinus. HERculeo stridentem gurgite solem: possidonii sententia est: ut Strabo refert. Solem in finitimis oceani littoribus maiorem occidere ingēti causa strepitu: ac si in illo restringendo pelagus efferuescat. Statius item in siluis in lucani genethliaco ait: foelix heu nimis: & beata tellus. Quæ pronos hiperionis meatus: summis oceani uides in undis: stridoremque rotæ cadentis audis GRAnde operæpretium: idest laboris pretium: est autem ironia latius tamen superius de hac uoce. TENso folle: plena Crumena. INDE ab oceano. s. ALVta tumida. Idem quod tenso folle est. Aluta uero pellis mollior dicitur: supra latius patuit. OCEani monstra. Plinius libro nono scribit. Verum esse quicquid nascatur in parte naturæ ulla: & in mari esse: præterque multa: quæ nusquam alibi rerum quidem non solum animalium simulacra. Turraneus uero prodidit Beluam in gaditana littora cuius inter duas pinnas ultimæ caudæ cubita sexdeci fuisse dentes eiusdem centum uiginti. IVVEnes marinos. Tyberio principi nunciatum est uisum auditumque quodam in specu conca canentem. Tritonem & Diuo Augusto galliæ legatus compluris in littore apparere exanimes Nereidas scripsit. Viderunt aliqui in gaditano oceano: marinum hominem toto tempore absoluta similitudine ascendere nauigia nocturnis horis: statimque degrauari quas insiderit partes: & si diutius permaneat etiam mergi. Plinius auctor libro nono. NON unus mētes agitat furor. Varia stultitiæ genera esse docet in quibus etiam esse dicit: qui nauigant auaritiæ causa. ILLE sororis. Soror appellata est: quod quasi seorsum nascitur: separaturque ab ea domo: in qua nata est. & in aliam familiam transgreditur: ut inquit Labeo iurisconsultus. Frater uero dictus est: quasi fere alter: ut. P. Nigidius ait. Quæ omnia refert Gellius libro duodecimo. c. x. Ille sororis: orestem intelligit: qui postquam matrem occidit Clytemnestram confestim in furorem deuenit. Cum uideretur sibi occidisse matris imminere imaginem facibus & serpentibus armatam: & ei continuum minitantem exitiū. Vnde libro quarto Virgilius Aut agamennonius sæuis agitatus orestes Armatam facibus matrem & serpentibus atris. Quum fugit ultricesque sedent in limine diræ. In taurica tandem ab iphigenia sorore liberatus ē. De quo latius Naso libro tertio de ponto. Suetonius etiam de Nerone scribit quod sæpe confessus est exagitari se materna specie: uerberis furiarum: ac tædis ardentibus: præterea cælsus libro tertio. c. decimoctauo. Tria insaniæ genera ponit: prima insania & acuta & in febre est. græci phrenesin appellant. Alterum genus insaniæ est: quod fere sine febre incipit: leues deinde febriculas excitat & consistit in tristitia. Tertium genus est ex his longissimum adeo ut uitam ipsam non impediat: quod robusti corporis esse consueuit: huius autem ipsius species duæ sunt. Nam quidam imaginibus: non mente falluntur qualem insanientem Aiacem uel Orestem poetarum fabulæ ferunt: quidam animo desipiunt: hæc ex illo.

oceani monstra — tritones nereides Marinus homo, Soror Frater — orestis furor insaniæ genera

CAL pathium. Mare quod est inter rhodum & ægyptum tempestate & naufragiis insigne. AEQ uora ge tula.i.mare libycum quod syrtibus prætenditur:ut scribit Strabo & ægyptio finitur. SED longe calpe relicta: sensus est & exibit in oceanum ex freto gaditano:nam calpe mons dextra parte occurrit nauigantibus in oceanum alto cacumine ad radices habet oppidum calpe quod timosthenes scribit conditum fuisse ab Hercule: & olim appellatum heracleam. STRidendem solem:nam posidonius auctore Strabone ait in oceani littoribus sole illic occidente strepitum aquarum fieri qua efferuescant igne solari immisso. OPEræprecium:irrisio est ex ironia in auarum. ALVta,tumida:idest crumenta: quæ exaluta est tumenti & plena pecuniis idem est quod di xerat tenso folle. Fidentinus uero ex præceptoris consilio legit aluta tumida quia nobiles aluta utebantur tumi di:in hoc bene mecum agitur quod si contigerunt aduersarii quorum insania & ignorantia non tam a me refel lenda fuit multis uerbis quam breuiter proponenda:ipsa enim se ex omni parte ostendit. NON unus mentes multa inquit sunt stultorum genera.alii enim alia re insaniunt:ut etiam Fidentinus falsa auctorum interpretatio ne:& hoc quoq; inquit insaniæ genus est q̄d ii nauigant tot periculis ut acquirant opes. ILLe sororis. Orestis fu rorem notat qui furias expauescebat quum etiam in manibus iphigeniæ sororis esset a qua purificatus est:alii ele ctram intelligunt:quum tamen id absurdum sit.nec huic loco conueniat. DOMI.

CAR Pathium:ab insula carpatho:quæ media est inter rhodum & cretam:carpathium mare dicitur ad ægy ptum uergens:cum olim in hanc insulam illatus fuisset lepus:adeo creuere lepores:ut ab iis læderētur ualde oēs incolæ insulæ:ex quo natum est prouerbium:ut scribit Eustachius lepus carpathius. GETula:libyca a getula parte libyæ. CALpe relicta:metæ laborum herculis traduntur fuisse Abilla africæ in parte:calpe uero Europæ.claustra .s.utrinq; in ipsis faucibus impositi montis:corripuit ultimam huius nominis sua auctoritate Iuuena lis. HERculeo stridentem gurgite solem:legimus apud Strabonem posidonium tradere uulgo dici solem in fi nitimis oceani littoribus maiorem occidere ingenti cum strepitu perinde ac eo in profundum incidente in illo restringendo pelagus efferuescat:q̄ opinionem sequitur hic & Statius in genetliaco Lucani. Fœlix heu nimis & beata tellus. Quæ,pronis hyperionis meatus. Summis oceani uides in undis. Stridoremq; rotæ cadendis audis. TENso folle:pleno marsupio. TVMida aluta:idem pene est quod tenso folle:hoc est turgenti sacculo. Est sa ne aluta mollior pellis a cuius similitudine piscem alutarium nominat Plinius. OCEani monstra & iuuenes ui disse marinos. Scribit Plinius. Tiberio Cæsari nunciasse legatos olisi ponensium ob id missos:uisum auditumq; in quodam specu concha canentem tritonem. Præterea non esse falsam nereidum opinionem:& morientis ne reidis cantum tristem auditum fuisse:& in oceano gaditano marinum hominem toto corpore absoluta simili tudine ascendere nauigia nocturnis temporibus statimq; degrauari qua insederit parte:& circa littus Lugdunē sis prouinciæ trecentas amplius bestias mire uarietatis & magnitudinis reciprocans destituit oceanus. Simili ter in santonum littore & arietes & elephantes ac nereides uisas fuisse. Hic itaq; erit sensus:ab occidentali ocea no rediens hæc monstra a se uisa narrabit. NON unus men.agi.fu.hoc est multa perhibentur furoris & insa niæ genera. Inde orestes matricida diris agitabatur in ultionem cædis maternæ:& uel in manibus sororis iphi geniæ a qua expiatus tandem atq; liberatus fuit surrepto dianæ simulacro:quod in italiam detulerunt.

MER. Carpatos Lepus carpathiū Abilla Calpe Stridor solis occi dentis aluta Monstra oceani Furit Orestes

TEMErarius aspice portus:pro temerarie:ut pro nominatiuo uocatiuum Persius posuit. Censoremq; tuum uel quod trabeate salutas. MAGnis trabibus:nauibus. PLVS hominum & iam in pelago:subaudiendum q̄ in terris pelagus mare:quoniam græcum est cum generis neutri sit in us terminatum secundæ declinationis inue nitur. Vt chaos:Ouidius:ereboq; chaoq; & melo:quod etiam more græco declinatum inuenitur. Lucretius. Et cygnæa mele plæbeaq; dædala chordis:& rursum. Ac musæa mele per chordas organiciq;:excipitur genus q̄d aliorum analogiam non seruauit quippe q; tertiæ declinationis est:ut thus thuris pus puris:unde suppurate quic quid dicat Priscianus:latinorum nullum nomen generis est neutri in us terminatum secundæ declinationis præ ter uulgus:quod & masculini generis est. NEC carpathium:icario mari carpathium coniungitur: ut ab austro ægyptium & ab occasu creticum a carpatho e sporadibus insulis una carphatium dictum. GETula: lybica. SED Longe calpe relicta audiet herculeo stridentem gurgite solem:calpe in hispania herculis columna: ut in mauritania abilla. Ruffus festus de oris maritimis hic herculanæ stant columnæ quas monet. Vtriusq; haberi continentis legimus. Sunt parua porro saxa prominentia Abilla atq; calpe:calpe in hispano solo.maurisiorum est abilla:namq; abilla uocant gens punicorum mons q; altus barbaro est. Id est latino dicti:ut auctor Plautus est Calpeq; rursum in græcia species caua. Teresq; uisu nuncupatur & iugo. Atheniensis dicit euctemonitem:& sub iungit. Inesse quippe dicit ollis herculis. Et templa & aras inuehi aduenas rates. Deolitare:obire festino pede. Nefas putatum demori in insulis. SED longe calpe relicta:ablatiuus est a nominatiuo calpe qui semper pro ducitur:ut ipse supra penolope leuius torqueris arachne: & Luca.thetis maioribus undis. Hesperiam calpe sum moq; impleuit atlante:fecit ergo hic Iuuenalis systolem nisi sit a nominatiuo calpis. HERculeo:gurgite gaddi tano:cur herculeo ex his quæ dicta sunt satis patet. STRidentem gurgite solem:q; oceanum ingredi uel ex oce ano egredi & uulgarium opinione efferuescere uideatur. GRAnde operæ præcium:magnum quiddam. VT tenso folle:plenis pecunia loculis. TV Midaq; superbus aluta:hoc superioris est expositio nisi tumentia uentis secundis uela significari credamus q; uelorum loco galli pellibus olim uterentur. Cæsar in commentariis: pelles pro uelis alutæq; tenuiter confectæ:hæ siue propter lini inopiam atq; eius usus inscientiam:siue eo:quod est ma gis uerisimile:q; tantas tempestates oceani tantosq; impetus uentorum sustinere ac tantopere nauium regi uelis non satis commode posse arbitrabantur. OCEani monstra:q; nunq̄ antea uideris similia monstra uideantur IVVEnes uidisse marinos:tritones & id genus aliaq; humanam præ se ferant effigiem. ILLe:orestes. SO roris:electræ: VVLtu eumenidum:furiarum.

VAL.

MAN. ¶HIC Boue pcusso. Aiax Telamonis filius amissis armis achillis de quibus cũ Vlyxe certauerat in furorẽ uersus duos tauros domi alligatos scutica percutiebat quoꝝ alterum Vlyxem: alterum uero Agamẽnonem dictitabat: de quo late Sophocles. ITHacum: ulyxem ab ithaca patria ita dictum. PARcat tunicis .i. licet non laceret

catonis poenitẽtia uestimenta: uti furiosi assolent. CVRatoris eget: tanq̃ insanus. Curator. n. dr̃: qui curam alicuius gerit. DIStinguit̃: separatur ab naufragio & morte. Plutarchus scribit Catonem seniorem tribus in rebus poenitentiã egisse. Primum si mulieri: quisq̃ arcanum aliquando credidisset: scd̃m si aliquo naui trãsmisisset: quo pedestri itinere sibi proficisci licuisset. Tertium si qua dies ei per incuriam inanis effluxisset.

In manibus uultu eumenidũ terretur: & igni
Hic boue pcusso mugire agamẽnona credit:
Aut ithacũ: parcat tunicis licet atq; lacernis
habeant:ita Cice.in bruto.phalerius enim successit eis senibus adolescens eruditissimus ille quidem horum omnium sed non tam armis institutus q̃.palestra ita delectabat magis athenienses q̃ inflammabat.processe/rat enim in solem & puluerem nõ ut e militari tabernaculo:sed ut etheophrasti hois umbraculis: AGEN/di.litigãdi.Nec res atteritur longo sufflamine litis longa rei mora per translationem.nam currus sufflamen tenet ne procurrat longius.- NON esse in corpore census.eorum quæ censerentur.idest patrimonio relin/querentur quæ bona iurisconsulti castrensia uocant. ERGO corãnum signorum comitem de quo Hora/tius Tempore,quo iuuenis parthis horrendus ab alto.Demissum genus ænea tellure mariq;. Magnus erit nubet procera coranno.Filia nasicæ metuentis reddere soldum.Tum gener hoc faciet tabulas socero dabit atq; ut legat orabit:multum nasica negata.Accipiet tandem & tacitus leget inuenietq;.Nil sibi legatum præ ter plorare suisq;. Castrorumq; æra merentem.qui pro laboribus meritas in castris accipiebat annonas. IAM tremulus.senio cõfectus. HVNC labor æquus prouehit.sublimeq; facit. HOC referre uidetur ad ipsum maxime ducem attinere: SIT fœlicissimus idem q; fœlicibus uideatur imperare. VT læti phaleris omnes & torquibus omnes:ut qui pro uictoria corpus suum totiens periculis abiectauit is meritis eminen/tioribus apud imperatorem excellat & excellentissimis muneribus eniteat.

¶Finis in decio Iunio Iuuenale Aquinate commentarii domini Georgi ualle Placentini.

NIhil mihi in quo opere perficiendo molestus fuit q̃ quod Fidentinus ita plærunq; occurre/bat suis ineptiis.ut eas refellere pigeret:Nam quum scripta nostra aliquando legisset.quæ a ducentis ferme auditoribus excepta sunt:hoc anno a brotheo duce & præceptore suos com mentarios:quos olim ei dicauerat:emendare conatus est.Quos facile agnoscas. Nam ubi i ueram incidit sententiam quam a nobis accepit:suam illam ueterem proponit.falsam qui/dem & ridiculam:tum aut meam non probat quam non percipit:aut alios aliter sentire af firmat.Recte quidem:nam quotiens bene sentiendum est ad alios refert auctores.ipse enim bene nunquã sensit nisi quum nuper ex acadæmia romana magno auditorum consensu explosus in triuio ludum aperuit ad prima rudimenta tradenda uix receptus.Sed ita me deus amet.pudet de homine uerba facere. Est enim non modo indoctus sed etiam quod ex eius scriptis facile agnoscas:parum prudens ab omnibus ludibrio ha bentur.Brotheum excipio:qui similis ingenii:& doctrinæ hoiem magnifacit.ridebamus nuper cum quibus/dam iuuenibus doctissimis:quũ fidentini paradoxa in manibus essent.nam sponsione certa in prima pagi/na eius quinternionis.quem forte exciperent:tres errores indicaturum pollicitus sum quod profecto tam faciliter egi: ut ex primis decem uersibus quattuor sese obtulerint.Quid omnes numerum.Sunt enim pro/pe infiniti. Vna litura totus liber emendari potest:ut lepidissimus poeta ait.Quod coraules sit ꝓpriũ apud Tranquillum in nerone.Quod Glunicus apud Mar.legatur a Clunia oppido hispaniæ:ubi nos Glinicus le gimus pro medico:Quod Zelotæ sint armeniæ populi.idq; scribat Mar.trãscurrunt Zelotæ leuesq; lances quum illic Gabatæ legatur.Quod Crispinus piscator fuerit Neronis filius Sed nolo aliis redarguendi & ri/dendi materiam omnem præcipere in iis quoniam aliter nos scripsimus:ait se centum loca repræhendisse portenta sunt quæ multis etiam auctoribus aut falso aut non necessario nominatis in Iuuenalem edidit.& plane paradoxa quod ipsa inscriptione ingenue fassus est:Sunt enim παραδοξα. Et sententiam Iuuena lis.Equidem hæc non scripsissem.si in urbe tantum de hoc ageretur : ubi contemnitur.Sed quoniam ad ali/os hæc fortasse aliquando perueniunt:nolui eos ignorare quis sit Fidentinus:ne hominis ignorantiam aca/demiæ romanæ unde hæc emittuntur ascribendam iudicent. DOM.

¶Domitii Calderini Veronensis Secretarii apostolici defensio aduersus Brotheum grammaticum com mentariorum Martialis calumniatorem.cum recriminatione retaxationis Plinianæ:in qua Brotheus duce tis & septuaginta quinq; locis præstantissimum scriptorem deprauauit.

VTinam Heli & marce consilio meo mihi uti licuisset:quod ab ineũte ætate sponte suscepi:& omni tempore secutus sum libẽtissime:nulla enim nobis contentio esset cũ aduersariis istis qui nec suæ dignitatis ullam rationem habent nec studiorum meorũ:& otii:quod me pro fecto tantopere delectat uix ut multis contumeliis conuitiis clamoribus tandem aliquando excitari potuerim:& in hanc disceptationem impelli.turbulentissimam quidem.& istorum odio incredibili animiq; prauitate agitatam potius q̃ ulla litterarum cura uel susceptã:uel confirmatam:Nam ut sæpe ex me audiuistis non dissentiunt perditissimi homines:sed ode runt.Non docent:sed inuidẽt.Non disputant:sed obiurgant & insectantur:Nonne uideris quam solliciti sint quanta concursatione oẽs præsent.per totam urbem errantes:duo leuissimi asseclæ:qui suam famã iam diu/ prodiderunt:ut nunc obesse meæ conarentur.Hi brothei grammatici epistolarum inani numero glorian/tur:libellum prægrandem fore denunciant:in compitis ostentant: deniq; duæ alieni furoris faces.ad opti mi cuiusq; interitum comparate omnium oculis sese obiiciunt.Hæc & si a multis quotidie mihi nunciaban/tur.qui monebant & rogabant ut tam perditam maledicendi licentiam & temeritatem aliquando coerce rem.Tamen in animo erat dissimulare tantisper dum tertium & quartũ lucubrationis nostræ q̃ in manib⁹ est absoluerem libros in quibus non solum quæ multis epistolis calumniando & inuertendo obiiciunt faci le cõfutauimus:sed ita eorum coarguimus ignorantiam.ut in.cc.&.lxxv.locis Plinianũ codicem quem Bro theus iprimi iussit deprauasse fateatur necesse sit.Sed quũ librarius me⁹ nõ absit ab urbe quẽ intra triduũ spe ro affuturum:eorum sententiæ & auctoritati non nihil concedendum fuit. Qui interea aliquid a nobis emittendum censuerunt quo suæ leuitatis & ignorantiæ moneatur. cuius dedecus & infamiam libris no/

stris editis uix ferre poterit miser rectis sensibus:nisi omnino dissolutus sit:& plane perditus:qualis si est:qd aut ī me aut i alios dicat:nihil laboro.quum ī se qd dici possit:penitus iā diu neglexerit.De assectis nihil nūc q dē scribo.Paꝝ.n me mouet eoꝝ dementia:cuius mihi credite & pœnas dederunt hacten⁹: & paulopost eos grauius pœnitebit.Brotheo tantū grāmatico respondebo:qui si me Thimonē nominat quod utile omnes odio habeam.se Brotheum iustius appellari non ignoret:quem ne parētes quidē amare,potuerunt. Huius epistolæ numero quidē multæ grauitate uero & pondere nullæ feruntur.Ex iis septē sūt:qbus quantis cōtu meliis dei maximi fidem:q̄ in dignis psona:quā sustinet q̄ i honestis ætati iā igrauescenti:septē ī cōmētariis nostris loca labefactare:euertere:labefactare studet:& eo omnes ingenii neruos contēdit. De his igitur nūc agemus.reliquis ī alterū opus cō iectis.Primus.ē de Talis ac Thessaris:de quibus quid aut nos scripserimus: aut Brotheus damnet paucissimis explicabo.Thessara ut in nostris ē cōmētariis quattuor laterum erat.Talus sex ī qb⁹ canis afferebat iacturaꝫ.erat.n.unius puncti.ut scri.Pollux:Venus & Senio lucrū Persius. Quid dextet senio ferret.Scire erat in uoto damnosa canicula q̄tū raderet.Augustus præterea ita scri.Talis iactatis ut quisq; canē:aut senionem miserat in singulos talos singulos denarios cōferebat ī mediū.quos tollebat uniuersos qui uenerem iecerat.Multa præterea ex antiquorū monumentis luculenter repetimus: quæ q uolet. illic requiret.talus in q̄ κυβοσ græce dr̄ tessaram græci nō habent.sed ασραγαλον.At īquies Aulus Gellius testimonio Var.ait κυβον tessarā dici latine.qd Fest⁹ quoq; affirmat.Festi qdē & Gellii auctoritas apud me plurimū ualet:sꝫ uide ne apud te nimiū.Nō.n.a Talo tessarā distinxerunt:aut certe qd omnino esset Talus in ludo docuerunt.quum uero utrunq; nomē apud martialē legerē:ita ut semp tessara.talo īferior designetur.Nō mea magnanimo depugnat tessara talo alibi.Nō sū talorū numero,par tessara: Iuliū pollucē scri torē apud græcos diligētissimū sequēdū putaui:Nā ut Mar.talū & tessarā nominat.ille docet quid sit κυβοσ & ασραγαλοσ q̄ āt Astragalus.quem puto esse tessarā.quattuor tantum latera haberet.uel ex eo docet Pollux q̄ ait duo latera deesse ī Astragalo hoc est duo pūcta & quinq; quæ ī hoc:ut scribit n̄ sūt:ut ī κυβοισ.Astragal⁹ quidem talus in pede dicitur.sed idem in ludū translatus a nostris.Tessara appellatus est:a quattuor scilicet lateribus:quæ tātū habet ut perspicere licet:in quibus iactatus consistat.Tessara autē quattuor significat.unde Astralagus nomē tessaræ accepit.Occurret.Brotheus ī illa particula:quā ait.Nā q̄ Pollucē scriberē affirmat uno latere Astragali duo puncta altero quinq; n̄ esse:ut,sūt ī talo:apte mētitur.Remittas uelim aliqd mihi de persona tua in hac altercatiōe:& æquo aīo feras.Audes ne homo id ætatis.& dignitatis:q̄ uel n̄ legisti uel n̄ p cipisti.ī eo clamar̄ aliquē mētiri.Es ne tā duræ frontis.ut si tibi Iulii⁹ Pollucis uerba indicauero te nō pudeat: Si Iuliū pollucē habes.reqre ī nono libro ubi quū multa de Astragalo disseruisset λυάσ φησίδ πεντάσ ξ νασ τραγαλοισω σπερένκύβοισ ούρενεστιν.i.ut hæc quoq; ex nobis.discas:qui græce nescis:Duo aūt & quinq; in astragalis.ut ī talis n̄ sūt.Recognosce hæc uerba & aude negare:aut uerū esse q̄ nos tradidimus aut falsū q̄ tu disputasti.tantis contumeliis & tam longa epistola:quæ.tota hac una pollucis sententia explosa est.Quid enim aliud ī nobis īfirmare cōatus es:q̄ q̄ dixim⁹ tessarā paucioꝝ lateꝝ esse q̄ talū:ut tu cōtrarium astrueres Iulius Pollux aduersus te,testimoniū dicit.Mar.accusat:præuaricatio tua ē depræhēsa.Quid ī causa.aut mihi amplius est desiderandum:aut,tibi præterea relinquitur. Esto inquit Tessara:q̄ non sim par numero talorum:qui sex lateribus sunt.immo se imparem ait:si Brotheum audimus:quoniam plures in ludum tali:quam thessaræ iactari soleant.nam Euripides.xl.talorum numerum in ludo instituit.O uecordiam o ignorantiam non ferendam.Pollux a quo iste peruerse accipis.In thessaris inquit aliquando pūctus fuit.q octo significabat:sed quum.euripides inter.xl.eiectis.xxx.imperasset Athenis numerum ad.xl. collegit & auxit.auctor enim fuit:q̄ Pollux apertissime docet:ut quum olim punctus octo tantum significaret iam esset qui pro quadrigenta acciperetur:quem euripidium dixerunt.Tu uero quod de puncto ille scribit ad talorū numerum per linguæ græcæ ignorationem & stultitiam tuam refers:quæ de cane senione Venere Turricula talo arrogantissime pronuncias:ea omnia in commentariis nostris perscripta sunt: cum tertii decimi initio:tum in sequentibus distichis.ut ea inde discere potueris:quod in Iuuenalis quoq; sententia explicanda non erubuisti:nam cum eo uersu.Et latum media sulcū deducit harena.supplicium designari tradidisse: eius qui unco in gemonias abiicitur:cuius tracto media harena deducit & designat sulcum.addidissemq; duo eē pœnarum genera eorum qui ad palum damnarentur.repetitis illic multis antiquorum monumentis.qd auditores nostri exceperunt.Tu cuiusdam sententiæ me auctorem statuens qua nec dictaui unquam nec animo concæpi nostram accipis pro tua:& a nobis in eum locum:tradita epistolæ tuæ inserere non uereris ac pro tuis ostentare:quæ tamen iam deprehēsa sunt.& ad suum auctorem non sine furti tui irrisione reuertūtur.Sed iam de altero loca disseramus.Is est ex eo uersu.Hoc opus est subito fias ut sydere mutus & alibi. Zoile percussa est subito tibi sydere lingua:ubi nos sydus pro morbo accipiendum esse docuimus : a quo sidera ti,dicuntur.His:aut Pli.scribit.urina.pulli asinini nardo admixto per coniunctionē prodesse dicitur.brotheus sydere pro fato exposuerat :nunc interpraetatione nostra admonitus aliqd addit ne omnia discere uideatur.Syderatio inquit:quam græci άστροβληαν appellant:non sydus:est morbus.Quid deliras bone pater Quid tergiuersaris:Quin mihi agis gratias.q̄ te tanto errore liberaui:qui sydere pro fato illic acceperas:at q̄ ut altero quoq; te liberem primum dicas uelim ubi άστροβλησίαν syderationem quæ in homine aliquādo est morbum esse didicisti. Quis scribit. Theophrastus quidem ait αστροβλησιαν in arbores aliquando cadere:in hominem minime.Syderatio uero homini & arbori communis est:ut scribit Plinius.Sed dictionem græcam inculcare uoluisti:quam non recte didicisti ab eo qui te nuper docuit id, quod ipse dicere solet.de morbo inquam Mar.intelligit:quem sydus appellat.Pli.autem ex deriuatiuo sederationem. Audias ob securo subito sydere fias mutus:quo pacto īterpraetabamur nisi subito sydere: idest morbo:quē plini⁹ sydera

tionē Mar.ſydus uocat primitiuo uſus pro deriuatiuo:ut Plinius quoq; carbunculū morbum appellat & ex eo carbunculationem. Vermiculum & uermiculationem. Quid clamas. Quid angeris antequā hinc diſcedo tui erroris pueris te pudeat neceſſe eſt. Nam dum recte a nobis tradita auidius criminaris tuā prodidiſti igno rantiam bone pater:cum ſyderationem quæ in hominem cadit a ſydere nomen deducere oſtendere uelles. Hæc plinii uerba attuliſti. Syderatio tota e cœlo conſtat. Tu ne ita Plinii uerba itelligis. Tu ſenſum auctorū ita interptaris: Tu iſto ingenio ita elatus es: Hoc nō de hominis:ut putas:ſed arborum ſyderatione ille ſcrib. Communes enim quidam morbi ſunt:ut ait homini & arboribus:ut cum alii tum ſyderatio & carbunculatio mox addit. ſyderatio ſcilicet in arboribus tota e cœlo cōſtat:ideſt ex iniuria & intemperie aeris. Vnde grādo in eius cauſis intelligi debet & carbunculatio. Quid apertius & tamen non intelligis:ſed confundis:iactas transfers:deriuas:peruertis:& quod ille cauſis ſyderationis in arboribus dixit:tu de nominis deriuatione ſcriptum per ignorantiam putas. Videtis quam inanis:quam arrogans:quam temeraria Brothei de hoc repræhenſio fuerit. Iam hoc tertio loco de quo diſputabimus:non tam inſectanda eſt hominis ignorantia quā prauitas indicanda:& præuaricatio quæ facile ab omnibus depræhendi poterit:cum noſtrorum cōmentariorum particula:in qua calumniatur recitata fuerit. De corde bubulo eſt diſtichō.in ultimo libro. Pauper cauſidicus nullos referentia nummos Carmina cum ſcribas accipe cor:quod habes:ubi ita ſcripſimus de crumena puto intelligendum eſſe in formam cordis. Nam & bullam legimus formam cordis habuiſſe auctore Macrobio. quæ nonnunq̄ ex loro fiebat. Mittitur nunc cauſidico:qui poetice interdum operam dabat cauſis omiſſis: Repræhenſor carminis. Martia. ſupra. Carpere cauſidicus fertur mea carmina. Datur ergo ei cor bubulum anguſtiſſima crumena. cum male ſcribens carmina nullam cōſequat̄ pecuniā. Vel ſi placet intellige de corde bonis. Cor quod habes:ideſt accipe cor bouis:quia imprudens es & alter bos. Brotheus ex duabus ſententiis in priore accuſanda longam epiſtolam conſumit:& multis quidem contumeliis additis:quæ a nobis facillime refelli poſſunt. Nihil enim diximus quod uel ab auctoris ſenſu alienum ſit:uel teſte careat:ſed alteram tantū ſententiam probat:ut dicas cor:quod habes quia imprudens es A nobis ſcriptam fuiſſe non refert:ac pro ſua recitat: O inſignem calumniam:o impudentiam ante hunc diem inauditam. ſexcenti ſunt codices cōmētariorum noſtrorum qui pro me teſtimoniū dicūt. En hominem dignū quo cum in tenebris mices cū tot tabellis obſignatis palam inficiari nō erubeſcat. Speraſti te furto abuſurum:at deprætenſum ē te coarguit:derideris: & tamen eadē temeritate uerba mea illic de alica ſcripta cōfundis atq; inuertis:nā de eo quoq; loco nō nihil ē ſcribendum. Longam cōtumelioſam ſuperbiæ plenam epiſtolā cōmpoſuit:quā obiurgat q̄ aquā mulſam in tanto precio eſſe tradiderimus:ut Var. morbum regium dictum ſcribat:q̄ ea precioſiſſimo remedio curaret̄ ubi hoc legiſti in cōmentariis noſtris turpiſſime præuaricator: Ain tu nos ignoraſſe quod tribus in locis cōmētariorum pſcripſimus. De alica q̄ affirmauimus ea dari ſol'tā aqua mulſa elotam. Pli. ſecuti ſumus auctorē ita ſcribētem. Alica res romana eſt non pridē excogitata. Mox nōdum arbitror Pōpei magni ætate in uſu fuiſſe. tum eē q̄ eximie utilem nemo dubitat:ſiue elota detur ex aqua mulſa ſiue in ſorbitiones decocta:hæc Pli. Nos uero ita in cōmētariis:alica ab alendo dicitur:ut ſcribit Feſtus. Tū ætate Pōpei magni non erat in uſum utilis tamē habita & ſaluberrima:ſiue potāda daretur in modū ptyſanæ ſiue aqua mulſa elota. mox cum eēt explicandum id uerbū diſtichi. Mulſum poterit tibi mittere diues. Hæc uerba ſubiecimus:in tāto precio erat: ut Var. ſcribat morbū regium dictum eē q̄ mulſo precioſiſſimo remedio curabat̄:licet aliter antea dictū ſit ex ſentētia Cornelii celſi:require præterea hæc in cōmen. noſtris ſcripta in. xiii. ubi de mulſo hæc cū de paſſo ſcriberemus. Dulce hoc quidem:ſed minoris p̄cii quā mulſum ut Var. &c. Ac ne omnino dubitares nos plane quid ſit mulſum intellexiſſe eodē libro ille locus te monere potuit:ubi ita ſcripſimus. Mulſum uinum: de quo paulo ante eſt dictū:magno impēdio fiebat attico melle tēperatum:huius cōfecturā docent. Col. & Plin. Nemo eſt ut arbitror:qui ex his uerbis nō plane intelligat me quid inter aquam mulſam & mulſum interſit cognitum habuiſſe. Brotheus uero ita uerba mea recitat:ut non tam error meus in his aperiat:quam eius nepharium calumniæ ſcelus. In tanto precio eſt aqua mulſa:ita nō ſcripſi:nec in commentariis meis ē falſariæ impudentiſſime:ſed quū mulſum interpretaret illud addidi. in tanto precio erat:ut Var. morbum regium. Nec illic ē aqua mulſa. de qua paulo ante eodē diſticho ſcripſeram. Ex Pli. non modo auctoritate:ſ; uerbis: ut ita docerē qua re mulſū cum alica mitteret̄. Non poteſt. n. non uideri commercium mulſum cum alica cu; ea elueretur aqua etiam mulſa. Tu uero homo ad inanem doctrinæ iactantiam:quam nullam habes comparatus uerba Pli. tota pagina recitas:quid ſit mulſum quid melitites:de Pollione Romulo quid auguſto reſponderit:nec tamen indicas unde ea acceperis ut inuentorum gloriam:& doctrinæ laudem Pli. præripias. Nemo eſt qui impudentiam tuam non accuſet:iactantiam non oderit:furta non derideat. Ego uero de mulſo ſatis habui digitum ad fontem intendere:unde haurient qui uellent ea omnia quæ tu tanq̄ libris ſybillinis legendis qndecim uir creatus recitas:& pro tuis arrogantiſſime uſurpas. Equidem omnem tibi accuſationem hoc loco remitto:tametſi ea obiicis quæ ſine flagitiorum tuorum rep̄henſiōe diluere non poſſim. Nam ut me de mulſo recte ſenſiſſe & ſcripſiſſe demoſtrarem:calumnia tua indicanda fuit:qua uerba mea in comtariis peruertiſti Illud uero quam ſtulte obiicit:& accuſat q̄ apud Iuue. ita carmen illud legerimus. Contentus fama iaceat Luca. in hortis marmoreis:& Serano tenuiq; ſaleio gloria quantalibet Quid erit ſi gloria tātum eſt. Ipſe enim ſalmo legendum contendit. Credo ut Fidentino blandiretur:ad quem ſcribit:quem iure & merito uatem ſuum appellat. Is enim Terſites:tali Home. dignus eſt. aut certe homini gratiam referre uoluit ob paradoxa & portenta in Iuue. ei quæ inſcripſit & dicauit. homo litteratorum ludibrium triuiorum dedecus. Ex academia romana riſu & ſybillis iam diu exploſus. Sed quid me angit:ſi uterq; ſim anus eſt ſi alter al

terum ita extollit ut uterq; ab omnibus contemnatur. Nos q̄ in eo iuue. carmine interpretando secuti sumus uel inimicis iudicibus probaturos confido. Atq; ut inde incipiam codex meus perantiquus. quem ex gallia attulit: uobisq; ac multis aliis iam ostendi. Saleio scriptum habet non salino. Vidistis alterũ eiusdẽ uetustatis & fidei librum: quem Manillus auditor meus uobis apuit: ubi eadẽ dictio ita ut in nostro legitur. Iccirco ĩ cõmẽtariis nr̄is i iuue. ita dictauimus. Poeta diuitib⁹ r̄ndet q cõquerẽti & indignãti nihil poetis dari: obiicere poterãt q̄ eos laude cõtẽtos eẽ oporteret: Diuitẽ poetã: quales fuit Luca. fama cõtentũ esse posse. inter opes: quũ rebus ad uictũ necessariis minime indigeat: nihil uero prodesse laude serano & Saleio tenui ac pauperi. si præterea nihil habeant. Seranus nomẽ poetæ tempoꝶ iuue. cuius scripta ad nos nõ peruenerũt ut basii. Vmbri, caluini. multoꝶ præterea quos Mar. nominat. Salei meminit Quin. & cornelius. qui quũ eum ostendat maximo in honore apud Vespasianũ fuisse. hæc quoq; eodẽ ait. Securus sit aper & Saleius basius. & quisquis alius studiũ poeticæ & carminũ gloriã fouet. Brotheus uero ait Salino sarano: idest uitreo cõtentũ esse oportere. Lucanũ in hortis marmoreis. Enimuero Brotheu isto salino. tuo nihil insulsius est. Quin istam uocem cõpescis ignorantiæ iudicẽ: stultitiæ tristẽ. Si lucanus diues est. & in poetæ diuiti exemplũ affertur quo modo salino uitreo & tenui debet esse contentus quasi uero uictu Lucano Iuuenalis. illic præscribat: & ei⁹ diuitias operibus paternis. quarum etiam tacitus meminit non potius cõmemoret: ubi apud poetas legisti unq̃ Salinu; tenui pro mẽsa diuitis. omitto Horatiũ. Papiniũ. & alios apud quos salinũ de frugali & paupere dici legere potuisses nisi prouincialiũ negociorũ quæstus te occupassent. Quid præterea cõueniunt salinũ uitreũ & horti marmorei. O perditam audaciã & multoꝶ annoꝶ ĩpunitate cõfirmatã. Tu nobis ĩterp̃tãdi leges scribis. Tu tãta dignitatis tuæ iactura de Mar. nõ tandẽ disputare cœpisti: in quo mihi crede paꝶ uidisti: quid te aut tuũ ordinẽ deceat cuius nisi rationẽ ducerẽ maximam: ea audires quæ a uerecundo inimico uix cõmemorari possent: sed iam ad eam quoq; epistolã respõdebo. qua eius uersiculi. Siue leuem cursu uincere quæris Atã. Interpratationẽ nostra; carpit & obiurgat. Ea est Ata puer fuit: qui Vispano cõsule a meridie ad uespeꝶ. lxxv. milia passuũ cucurrit magna oĩum admiratione. Meminit historiæ Pli. omisso pueri noĩe. Si Pli. inquit nomen omisit quomodo potest augurari Domitius Atam illum esse de quo Pli. scribit. Esto ita suspicor: quonia; id ille pro miraculo refert: & ait nuper. i. annos. Hæc autẽ erãt Mar. tẽpora: qui cum uelocissimũ nominare uellet hũc magnæ admirationis accæpit: nec miꝶ si nomẽ ille suppræssit: hic rettulit q̄ ĩ multis aliis fieri uidem⁹ Solẽt. n. poetæ studiosissime nomina uel repræsentare: uel pro ueris fingere. At qui inquit brotheus nomen ab ata deductum putat qui: ut Festus affirmat terrã uix summis uestigiis attingit. nec in hoc mẽtitus sum: non ne ille ita scribit. Atæ qui attingunt magis terram quam ambulãt: id inquies accidit propter uitium crurum: nec id me mouet. Ego hoc tãtum accipio. q̄ ait terrã magis attingunt q̃ ambulãt: q̄ in altero propter uitium in altero ex uelocitate accidere potest. Vt solinus ait Ladam alexãdri cursorem tãtæ fuisse agilitatis: ut arenis pẽdẽtibus nulla indicia relinqueret uestigioꝶ. Ego antiquoꝶ sequor auctoritatẽ: tu nullius. ego quæ poetæ sensui cõueniãt: tu quæ absurda & alienissima sunt. Pudet. n. referre: q̄ scribis legẽdum esse Atlam: & hanc finisse filiam Scinei: ut obsecro legisti unq̃ atlam: ubi poetaꝶ omniu; hostis & ignare. Atalantes duas fuisse: alterã Iasi: alterã Scinei filiam ex apollonii interprete in Propertii commẽtariis recitauimus. Atalãtã Apollonius i argonautis. Ouidi. poetæ omnes græci latiniq; dixerũt. Tu Atla audes proferre. Tu atlam nominas: sed demus hoc infantiæ tuæ: uersum quoq; faciamus lõgiusculũ atq; uis legamus: siue leui cursu uincere quæris Athlantẽ: qui erit poetæ sensus: Certabat ne Mar. amicus uincere Atalãtã. quæ post tot hominu; sæcula uix ex tabula agnoscebat: nimis urgeo: iam ut puto erubescis. An ubiq; Brotheus uel calũniatur: uel suã prodit ignorãtiã. Illud me quoq; ad risũ ĩ primis puocat q̄ ubi puerilit er gestit ubi sibi ipsi applaudit: ubi de curru uictoriã salutat: in eo potissimũ est ridiculus: nec ab ignominia ullo præsidio uindicatur. id quod stultis accidere aiunt: qui tum sibi maxime sapere uidẽtur quum plurimũ insaniunt. idẽ nisi de brotheo omni luce clarius demõstro: me de tota causa deiectum ludibrio haberi facile patiar. Per lõgam epistolã scribit in expositionẽ nostrã illius loci Sadonyca uerum lychnitemq; terunctum: duasq; similes fluctibus maris gemmas. Dedisse Bassam ocliamq; iurabas. Vbi nos ita scripsimus. Lychnites lapides sunt a lucernarũ splendore dicti: quem præ se ferunt. Cõtra lychnites dicitur marmur: q̄ lucernaꝶ lumine sub terra fodiebat. Tar auctor & Pli. Codex antiquissimus habet lychnitẽ terunctum. Ego autẽ legẽdum puto perunctum: hoc est nitidum & maxime splẽdentẽ. Nam λυχνοσ græce: latine dicitur lucerna: unde & lapis ipse lychnites dicitur. Lychnus autẽ sine lucerna: quo magis uncta est: eo plus flammæ emittit. Ex ea igitur metaphora lychnitẽ perunctum. idest splẽdidum & flammas lucernæ perunctæ emittẽtem appellat ĩ disticis: Nõ notat parchos uncta lucerna patres. Gẽmas: idest smaragdos intelligas Quid hic accusas Brotheu: an q̄ smaragdos illis uerbis designari suspicatus sim: duasq; similes fluctibus maris gẽmas potius q̃ saphyros: ut tu cẽses intelligẽdum: cur ambigẽdu; mihi nõ sit: Nã multæ gẽmæ similes fluctibus maris esse possunt. Amethystus quum mare purpureum dicatur: saphyrus cum ceruleus sit. Smaragdus quum uiridis. Nam ceruleum dixi: nõ tam ut smaragdi colorem: quam ut maris significarẽ. Frequẽtius. n. mare ceruleum: quã uel purpureum: uel uiride legimus: quum aute; smaragdi a Martiale sæpissime inter preciosos lapillos numerẽtur. Saphyrus nusq̃ apud eundem poetam legatur: malui de smaragdis: quam de saphyro interpratari: sed hoc nõ te mouet. Illud accusas: q̄ lychni scripserim: pro lychnite. Ego nõ ita scripsi. id q̄ multis statim ostẽdi: a Plinio ea accepi uerba: in nullo autem Pliniano codice lychnicus est. Sed lychnites ĩ omnibus. Quid igitur potui aliter referre. quã Plinius ex cuius præscripto ea docebam: illud tantũ explicaui diuersis de causis marmur & lapillum lychnitem dici quãuis utrũq; a lychno: idest lucerna deducatur: q̄ aliter flãmas lucernæ præseruat alterum lucernarum lumine: ut Varro

tradit:sub terra fodiebatur.Plinius ex genere ardẽtiũ lychnites appellata a lucernarũ accẽsarũ præcipua gratia.Nascitur circa Ortholiam:totaq; carmina ac uicinis locis:sed probatissima in diis:quam quidem remissionem carbunculum esse dixerunt: sed in hoc ñ uersatur Brotheus alibi habet accusationis arcẽ:ex qua tota; causam agit.Al bi est iurgiorum caput alibi eius furoris sedes:q cum uersicul Sardonica uerum lychnitemq; perunctum ita legerim:ut uerum & perunctum pro epithetis gemmarum exposuerim·sardonica:scilicet uerum & lychnitẽ punctum. Hic clamat multisq; cõtumeliis uociferaꝫ. Verum & perunctum esse propria nomina a quibus se gemmam accæpisse dicebat Mancinus:uero sardonicem a teruncto lychnitem. Dicas oro interpres uerus quis fuit.An imperator:An qui nunquam mentireꝫ: Aut certe tandem expedi si potes qs hic tuerit:Hæres·os componis:manus demittis.O ineptum hominem.Nonne uides sardonica freq enti epitheto a Mar.dici quasi primæ sortis in suo genere:quum multi reperiantur non ueri:nec eiusdem præstãtiæ.Veros inquit Pli.non omnino sardonicas nasci.Idem de Onyce:unde nomen deduxit sardonis:Veram autem Onycem plurimas uariasq; cum lacteis yonis habere uenas.Ide; poeta alibi:ueros sardonicas'sed ipsa tradat.Alibi sardonicas ueros menses quæsiuit in omnes.Non uides inquam per epitheton a Martiale sardonica uerum appellari.Non audis quod si uerum sardonica per epitheton legitur:ne tu quidem aduersaberis quod sequitur lichnitemq; perunctum.Eodem modo esse accipiendum:siue aut perunctum:siue terunctum legas nihil impedio:nam utrũq; uim superlatiui habet:modo ad modum splendentem ex metaphora ut diximus exponas.Nam lichnites lapillus a lucerna dicitur cuius accensæ fulgorem præse fert. Inde quod lucernæ cõuenit:ad lapillum qui ab ea nomen est sortitus·poeta transtulit. Quid inquies:uestes punctas' dicemus lucidas.Quidni:si cædem lychnite appellarentur.Non.n.perunctum nitentem ubiq; simpliciter expono sed uel in lichno:idest lucerna uel in nomine ab ea deducto.Hic est ille locus in quo me tãtis cõtumeliis onerasti.Vbi triũphũ tibi finxisti:ubi si deo placet etiã in me deridendo facetus esse uoluisti.Nam perunctũ inquis hunc appellabimus.Miror quum tam mihi infensus sis tanto odio:sponte tua:nulla quidem culpa mea suscepto insecteris:cur perunctum appelles nomine proximo tuo gentilitio.Nam perunctus & perosus finitima admodum sunt:atq; eadem.Immo hoc plane tuum est.Nã Pogius uir eruditissimus.quũ in te olim elegãtiisima epistola inueheretꝫ:perunctum appellauit:alia ut puto de causa q̃ ut splendẽtẽ significaret. Epistola'in manibus est tuarũ uirtutũ testis & estimationis.Itaq; quod pogius tibi honorifice detulit nimiũ liberaliter ad nos remittis.Nam si est honestũ:cur te eius pudeat:Si contumeliosum tibi tantũ cõueniat. Vel ob nomẽ gentilitiũ.quod paucis litteris immutatis idem est.Hæc septem in cõmentariis nostris accusat brotheus:i qbus satis ut arbitror hoĩs & prauitatẽ refellimus & indicauimus ignorãtiã.in quam mihi credite nũquã tã turpiter ecẽt lapsus si ab officio nõ discedẽs mecũ de his disputasset aliquãdo ut quotidie solebat:q̃primũ e prouincia rediit.Hectorẽ.n Pomilionẽ suũ singulis pene horis ad me mittebat cõsulebatq; de rebus nõ nunq̃ in qbus docẽdis me eius uicẽ pudebat:adeo peruulgatæ erãt & perutiles.Nã uel negociorũ occupationibus oblitus esse uel'quod magis existimo nunq̃ didicisse aliquid uidebaꝫ.Renunciauimus ei more maiorũ amicitiã quod ad ipsius culpa an certa consilii mei ratione acciderit:aliquãdo explicabimus.Nunc aliis eadẽ hac epistola responderẽ.nisi ad grauiorẽ illã actionẽ redeũdũ esset. Vbi toto agmine nõ modo leues brothei icursiones repræssimus:sed oĩno uictum ac fugientẽ castris exuimus penetrauimus .n. ĩ cõmentatione; illã plinianã:ubi trecẽtũ ex locis irrupimus:quæ sua imperitia penitus cõcusserat & profligauerat. Quo ĩ genera nunc tãtũ septẽ proponã:ut causas agere a nobis discat:nã iudiciorũ & fori rationẽ non satis perfectam habere uidetur quum ei aduersari obiiciat quæ & facillime dirui possint:ut eum grauioribus reũ agãt: id qđ in præsenti cã demõstrauimus.Si quẽ accusare uis Brotheu:quod a puero adamasti:ea tibi colligẽda sunt carmina quæ nulla translatione:ĩficiatiõe:disputatione iuris:deniq; nullo defensionis genere uel euerti possint uel debilitari ne odio & nefario tuo instituto potius q̃ honesto studio ĩ cãm descendisse uidearis & nõ tã potuisse accusare:q̃ uoluisse:quod ab oĩ uiri officio alienissimũ est ĩ te uero ẽt impium haud q̃ simpliciter nos in te agemus.Pli.a doctissimis uiris emendatũ tu in ducentis & septuagitaquinq; locis peruertisti. A prohemio orsus:libris de cosmographia ĩtermissis: quãuis attingere ausus es. Ad septimũ accurristi.Inde ad operis usq; exitũ:alia inuertẽdo.alia demendo pulcherrimã historiã deprauasti.Negas te in eo laborasse:at manus tua ĩ margine codicis pliniani est quẽ librariis pro exemplo tradidisti.Hic apud me esset in tuæ ignorãtiæ testimonium multis ad me uenientibus sæpe proferꝫ:inficiaris.At quadringenti codices qui ex tuo exemplo manarunt testes sunt.Itaq; aut quæ cõmisisti defendas necesse ẽ:aut culpam fatearis:cũ nullus inficianti locus relictus sit.In principio statim prohœmii ubi de Catullo.Hæc pli.ille.n.ut scis permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit:q̃ uolebat existimari a tuis uernaculis & famulis:ita codices omnes habent & legendũ est. Nam quasi Pli.Catulli exemplo qui duriusculos uersus fecit ut alter quoq; Pli.i epistola scribit sui operis obscuritatem a familia'imperatoria abhorrẽtem:cui exposita & facilia præponenda erant excusare uelit:illius obiicit & præponit uersus:sed mutatis numeris non enim eo ordine uersum recitat:quo ille scripsit. Hic ait ille permutatis prioribus syllabis:Accusabit inquit Catullus duritiem meã qui & ipse duriuscule scripsit quã a tuis uernaculis & famulis existimari uellet:quasi dicat & ille dura scripsit:& insolita tuis famulis & uernaculis ut ego Tibi nõ dixi ne uideretur:aut poscere legeretur ab imperatore:aut illius ignorantiam damnare. Brotheus uero supercilio censorio:quã totum sensum ignoraret.ita inuertit:quam uolebat existimari:a uernaculis suis.quod aut sequebatur:& famulis deluit.O stultum hominem: scribebat ne Catullus uernaculis suis an ciuiũ auribus:Totum plinii sensum eo errore confudisti.Sed hoc & reliquos ĩ ꝓhœmio errores omitto in libris qui de cosmographia sequũtur pauca quædam immutare ausus es quæ utinam præteriisses:ne i tot

libris deprauata legerentur.In tertio Proclyta inquit Pli.non ab Aeneæ nutrice·sed quia profusa ab ænaria
erat:Apertum é quod sentiat.Pli.proclitam dici a βροχεω:quod est profundo. Fuit.n.profusa & diuulsa ab
ænaria:quæ eadé inarime/& pythæcusa dicitur:quod & ipse alibi scribit:& docet Strabo.Nõ aũt nutrice Ae
nea q̃ proclyta diceret.Huius meminit Dionysius Halicarnaseus:qui ait proclyta muliere troiana proclytã
ĩsulã dici:cui sniæ aduersans Pli.occurrit Brotheus ita scripsit proclyta nõ a Caieta Aeneæ nutrice: Vide ho
minis imperitiá q putauit fieri posse ut a Caieta proclytæ nomé dicatur.Quæ malum hic Caietæ mentio é
aut quæ cú proclyta litteraꝝ cognatio uel similitudo:Caieta quidem ab Aeneæ nutrice Caieta dicta est: non
autem proclyta. Tametsi illã quoq͙ Caietam nonnulli auctore Strabo. appellata putarũt quod κεαζα curua
lacones dicũt qui illic phormias in littore curuo condiderunt:& paulopost Pli.hæc inter paulisippũ & Neapo
lim:Megaris.Brotheus uero ita inuertit.Inter puteolanum sinum qui & Neapolim.Nimiꝝ paulisippũ nus
quam terraꝝ esse putauit homo adeo locoꝝ oĩum ignarus:ut nec tibi terrarũ sit satis adbuc nouerit: cum ta
men omnes codices pausilippũ proferãt:ꝙ si de pausilippo adhuc dubitas:lege pli.in fine noni libri:ubi hæc
reperies pausilippũ nulla est cápaniæ:haud procul Neapolim.In ea in Cæsaris piscinis a Pollione Vedio con
iectum piscem sexagesimum post annum expirasse scribit anneus Seneca.Iam tuũ erroré uel inuitus agno
scis.hoc nõ est a Domitio in epigrámatis interpraetatione dissentire:quáuis in eo quoque turpiter labaris: ac
non accuses:sed tete accusandum offeras.Pli.uerba peruertis quæ nõ intelligis:ut cuꝫ illic sententiam aliquã
uel ridiculam præponere possis:hic ignorantiá tantum fateri habeas.Sed iam ad septimuꝫ nenio ubi tuæ de
prauationis initium est:quod eadem temeritate in totius operis calcem perducitur.Pli.ubi de homine gene
rando & parcendi tempore scribit.hæc tradit ante septimum mensem haud unquam uitalis est septimo nõ
nisi pridie postero uel plenilunii die:aut inter lunio concepti nascũtur.Translatitium in ægypto est:& octa
uo gigni.Iam quidem & in italia tales partus esse uitales.Partus inquit octauo mense letalis est:Ita.n.est ĩtelli
gendum:sed tamé in ægypto indifferens:quod nec in aduersum nec in prosperum magis accipiat euentum
q̃ si alio tempore gigneret.Iam inquit in italia ĩdifferés est tales partus esse uitales.Nam nõ habetur miracu
li loco si octauo mense nati uiuunt.Translatitium indifferens significat.quo uerbo Gellius utitur & Trãquil
lus eo loco:sed aduersante conatibus suis Mar.Antonio cõsule.quem uel præcipuum adiutorem sperauerat:
acne publicum quidem & translatitium ulla in re sibi sine pactione grauissime mercedis impartiẽte ad opti
mates se cõtulit:ubi translatitium pro indifferentem dixit.Nec me fugit Pædianum ita scribere:trãslatitia ue
teres dixerũt nõ noua nec nuper inuenta sed aliunde translata:ut etiã apud Plinium pro nouo possis accipe
re translatitium:quasi dicat nuper obseruatum:nam pro nouo accipi testatur Pedianus:q̃uis antiquiores ali
ter accepisse idem affirmet.hæc quoniã Brotheus nõ legerat.nõ intelligebat ita imutauit.Relatum i ægypto
est & octauo gigni:quod q̃ a Pli.sensu alienũ sit:alioꝝ sit iudiciũ:tu Brotheu codices omnes ita scriptos per
uertis magna studiosoꝝ iactura:peracerba plinianæ dignitatis iniuria.grauissimo tuo dedecore & infamia:
eodem uolumine Pli corpore uesco esse:sed eximiis uiribus.Vescum quid sit Festus docet. Vescum iquit ꝑ
pusillo utebãtur quáuis lucillius edacem Vescum dixerit.Mar.uescum exiguum ĩterpraetatur & minutũ Gel
lius.Ouidius idem brotbeus cum uescũ quid esset nõ ĩtelligeret ita ĩuertit.Corpore neruosos constat esse exĩ
miis uiribus.O temeritaté tu uerborum Solini tu nõ percipis umbram quandam secutus a Pli.recte scripta
in tuæ ignorantiæ leges ducere audes:si me audies operam dabis ut quæ ex tua deprauatione sunt ædita exẽ
pla omnia uel comburantur:uel si quis tantum laborem ferre possit.emédentur ne plinianæ uigiliæ sua digni
tate per tuum flagitium defraudatæ in posteros propagentur:Equidem uereor:ne si omnia eius deprauati
onis testimonia ex septimo tantum libro nunc sumpsero:de reliquis silere uidear quod bene emendauerit:
quum multo grauius in sequentibus peccauerit:ubi Pli.historia & magis recondita est:& exquisitioris doctri
næ artibus ĩstructa.Sed ita profecto res habet:ut i initio scripsimus nos hanc epistolam quasi feriátes & ludẽ
tes scribere:nam i altero opere quod paulopost ædetur tota actione singuli librorum omnium eius errata ꝑ
secuti sumus.Id quum nuper Brotheus ex quodam cui operis particulam ostenderam:audiuisset:fuissetq͙ ab
eodem monitus:ut locum undecimi emédaret:cuius repræhensionem in libris nostris forte ipse legerat sta
tim trepidus ad malas artes confugit:& dolum nouumq͙ commentus est mendacium epistolamq͙ q̃primũ
ædidit:qua me in eo accusat in quo ipsum nõ modo reum habeo:sed dánai cunctis doctoꝝ hoĩum suffragiis
Nam in undecimo ubi de apibus Pli.ita scribit.Tunc ostenta faciunt priuata & publica uua dependente in
domibus templis ne sæpe expiata magnis euentibus.Brotheus nõ ĩtelligens quid sit uua in apibus.ita depra
uando supponit:una dependentes pro uua depédente.Hũc autem locum apud Iuue.explicauimus eo uersu.
Examen quæ apium lõga cõsederit una.Culmine delubri.ubi hæc auditoribus dictauimus:reccitatis primuꝫ
Pli.uerbis: Vuam apes facere dicũtur:quum cõnexis pedibus in racemi speciem depédẽt: Vir.de apibus im
mésasq͙ trahi nubes iamq͙ arbore summa Cõfluere:& désis uuam dimittere ramis.Columella animaduer
tito an totum examen in speciem unius uuæ depédeat.Tu uero brotheu in margine codicis Pliniani q apud
me est una depédentes scripsisti.Quadringenti codices istis médis tuis impræssi:ita habent Theodorus uir
doctissimus.Ioannes alleriensium præsul.Alii præterea etiam tui asseclæ.hoc sciunt:locum hunc legerunt:dã
narunt ignorátiá:& tamé tu audes mentiri calumniandoq͙ affirmare uel te nõ ita scripsisse:uel me perperã
auditores eum locum docuisse:sed ad septimum redeo Eodé libro cum de prodigiosis partubus scribere uel
let ita exorsus est. Tergeminos nasci certum est Horatiorum curiatorumq͙ exempla.Supra inter ostenta ad
ducitur.præter q̃ in ægypto ubi fœtifer potu Nilus:Nã illic octo sine ostento ut Solinus exꝑssit nascunt. Vt
uero Pli.demonstraret plures tribus eodem partu nasci ostentum esse.Addit proxime supræmis diui augu

sti annis fausta quædam e plæbe. Ostiæ duos mares totidem fœminas enixa: famen quæ secuta est: portendit haud dubie. At qui Brotheus qui musas ore suo locuturas fuisse. si ore humano loquerent. existimat. nec pli. aliter scripsisse: q̃ ipse solet. Vbi plinius ait. Supra hoc est ultra ternarium numerum inter ostenta adducitur deprauando ita scripsit: sed hoc inter ostenta adducitur. Non uides tantum abesse ut quæ uult Pli. sentias: ut etiam aduerseris. Nam q̃ ille ex historia affirmat. Tu per ignorantiam negas. tergeminos inquit nasci non ē portentu; Nam Horatios tergeminos & curiatios in historiis legimus. Tu uero a Pli. dissentiens. Tergeminos quoq̃ nasci affirmas esse ostentum: Et ne hoc Pli. codices emendare: an eum uocare in ius & ignorantiæ accusare: quod est tua sententia non scribat: Quid: nonne cum de ratione partium eodem libro præceperũt tu quasi nouas naturæ leges & ex hetruria accitus aruspex promulgares: ita eius sentẽtiam sustulisti: ut nec qd ille uoluerit pcipi possit. neq̃ qd aruspicina tua præscribat: ulla ex pte intelligamus: ille hæc de dẽtibus i septimo. Quibus ĩ dextra pte gemini supne a canibus cognominati fortunæ blandimẽta pollicent sicut i agrippina Domitii neronis matre. Cõtra in leua: quid sibi uelit. Pli. satis pcipimus: nisi tu hæc deprauaueris. Nam quũ ĩ hoĩe q̃ sunt ĩter morales & priores dẽtes tẽdẽtes in acutũ canini dicãtur: qui hos inquit Pli. habent geminos sup in dextra pte fortunæ fauor his Portẽditur. Cõtra qui ĩ leua. Idẽ solinus ex Pli. uerbis ut solet: quos cinodõtas uocãt qbus gemini pcedut a dextra pte fortunæ blãdimẽta pmittũt: qbus ab leua uersa uice Brotheus hũc locũ una uerbi labefactatiõe totũ euertit. Nã ita homo rudis emẽdauit: quibus ĩ dextra pte genuini supne a canibus cognominati: ubi uno uulnere duobus locis Pli. cõfundit. Nã si ĩ dextra pte genuinos habentibus fortunæ fauor portẽdit qs erit q aliq nõ speret. Nemo. n. ẽ q uel genuinus careat nisi qbus uel ætate uel casu aliquo deciderint. Oĩbus pterea tã in dextra pte q̃ ĩ leua sunt genuini. ut iisdẽ ex brothei snĩa & blãdimẽta fortunæ & iniuria portẽdat. O ignorãtiã: nec genuini a canibus nomẽ acceperũt: ut Brotheus Pli. affirmare cogit. De caninis est loqui: uel uno uerbo solinus te monere potuit. Nã cynodũras dixit quasi κυνοσ οδόντεσ: idest cenis dẽtes. In his portẽti discrimẽ est. Si aũt in dextra aut in leua genuini fuerint & tñ tu genuinos duobus ĩ locis ut multi apud me uiderũt in media pagina & in margine scripsisti: & quidẽ grandioribus lr̃is ne oĩno dubiũ relinqueres ignorãtiæ tuæ & temeritatis. Sed nescio quo pacto ppositũ tuoꝝ numeꝝ nõ seruaui. Na qui septẽ tantũ pmiserã nomẽ recẽsui. Nimiꝝ hi duo me ĩprudẽte & inuito ex tãta turba elapsi sunt Properãt in lucẽ uenire oẽs: sunt autem ducẽti & septuaginta quinq̃ ut cito audiãtur: nã incredibili consensu cõspirarũt ut te tã pclari auctoris Sicariũ accusent & dãnent: id ut celeriter fiat operã dabo. Opus nostrum iã pene absolutum est quod simul ac editum fuerit. circũstabũt irati: & tanq̃ Eumenides: ut in fabulis est faces admouebunt: ac flagitiorũ tuoꝝ cõscientia te torquæbunt & cruciabunt. Ego me his patronũ profiteor. His aderonã piam & iustam causam non deserrã: in qua tam doctrinæ: aut ingenii fructus a me quærendus ẽ: quã officii in ciuem meũ & pietatis: quẽ p ignorãtiã de pristinæ laudis dignitate deicere conatus es. Vos uero Heli & marce phosphore dabitis ueniã si Brothei insolentia me a uobis abduxit: ut quũ ad uos scripserim i hunc tamẽ unũ oẽm ferme contulerim orationem. In qua si aliquãdo acerbior fui: testor uirtutem ipsam: me id nõ spõte sed necessario ægisse. Non quidem q̃ illius contumeliæ quibus me insolentissime ĩsectat quottidie: stomachum aliquem fecerint qui uel ipsa iniuriaꝝ diuturnitate in eo iam mihi penitus conuulsus est: sed qm̃ ea quæ uel obiecit: uel cõmisit eiꝰ sũt generis: ut aliter nec refelli posse: nec accusari debere uiderent. Valete.

¶ Venetiis Impressum est hoc Iuuenalis opus cum quattuor commentariis per Ioannem de Cereto alias Tacuinum de Tridino. M.CCCCCI. die uero. x. Decembris.

Comparẽs corã Serenissimo Príncipe: & Excellẽtissimo Dñío Egregius Vir Ioãnes de Trídino alías Tacuínus: librorũ ĩpressor ad uniuersalẽ utilitatẽ & cõmodũ oĩum studere uolẽtiũ: ĩprimi facere itẽat elegãtissimos tres cõmẽtarios ĩ uniuersalẽ aditos p Eruditissimos uiros Domitiũ Calderinũ. Georgiũ uallã & Antoniũ mãcinellũ. Infrascripti. D. Cosiliarii ad pces ipsius Ioãnis id deuote petẽtis & supplicãtis terminãtes decreuerũt & terminarũt. ac decernunt & termínãt: ut nequis sit qui uelit audeat ĩprimere seu ĩprimi facere cõmẽtarios pdictos ĩ hac urbe nec ĩ toto Dñío siue alibi ẽt ĩ aliena dictiõe ĩpressos uẽdere seu uendi facere in alíquo loco subiecto Serenissimo domínío per Decennium: prat̃q̃ Ioannes prædictos: aut habentes causam ab eo sub pœna cuilibet contra facienti duca. decem pro quolibet uolumine impresso contra formam præsentis termínationis & amissionis librorum. Cuius pœnæ medietas sit accusatoris: alia uero medietas applicetur arsenatui: Sicq̃ mandat inuiolate obseruari ab omnibus rectoribus & officialibus suis tam intus q̃ extra.

Consiliarii
D. Marcus Barbo.
D. Franciscus Fuscareno
D. Nicolaus Triuisanus
D. Franciscus Bernardo.

a
ℭ Argumentũ
ab apate,
ℭNOn magis
ſcriptam

b
dinem corporis
H ęc ego
externorum
& tenui

c
honore
guis q̃q̃
minemus
inde ex

d
lib.vii. tacit.a
huc.nam
Sed more
uitreo priapo

e
Quid cremere
turHIC Sedquæ
Alii prochytam
tus de legiſſe tamen

f
ℭFVItuſq;
deſideriis
& ungula
ligionibus

g
genus:quo
nem cocyto
dum queq;
.i.ſylua

h
in ipſo
tyram qui
latur.BLAnda
moriæ.Noctes

i
nixa ut
cius appellatur
dimus.Cannæ
poſcimus.

k
genere græcorum
ſemper puſio
intelligit
ludorum ab'

l
docet porti
q̃ puer inde
Non es amaturus
tiquiſſimum

m
tis coxe
NOVIſſima
petuo igni
ſiccis adhuc

n
ℭTYBeri mane
Interpres
ℭSPONdet
eſt appellata

o
ℭMAne:nocte
neolum quod
rea:regem
ℭPRopter

p
lis Achillis
ℭLVtulenta
bre cor.
tertium lapidem

q
aliud boni
tia:iſperi
ℭHos.ſ.
re queat

r
tra te.i.
At uos
mors eſt
malo id

ſ
quinii ſuperbi
CEVmarſia
agreſtibus
mæ enim

t
trones.i.
to conſulatu
Principis
& poteſtate

u
Fabius illic
obſerent at
ℭQVod facin'
ſem inquit

x
diebus in
litias ueteres
ℭEMVla
ſunt ſolis

y
tarunt.ET
Veſtibus
uete.Pli.
la tranſlata

z
& cum mercurio
ſalus dubia
ſtoriæ lege
q̃ fœla

&
Cum furor
damnatq;
ℭMAVrorum
QVIbus

ɔ
bes atq;
integumenta
Cicero libro
bris uulneribus

ꝶ
ℭDIGnuʒ barba
habeant.ita
tionem Mar.

LAVS DEO